Cartæ
et
Alia Munimenta
quæ ad
Dominium de Glamorgancia
pertinent.

VOL. IV.

MCCCXXXII—MCCCCLII.

Talygarn, 1910.

Cardiff:
PRINTED BY WILLIAM LEWIS, DUKE STREET.
MDCCCCX.


LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO

Pages 1177 to 1632.

Charters DCCCCLII to MCXCIV.

DCCCCLII.

(I.) INSPEXIMUS AND CONFIRMATION BY EDWARD III., 18 MARCH, 6TH YEAR, A.D. 1332, OF (II.) THE INSPEXIMUS AND CONFIRMATION BY EDWARD II., 20 SEPTEMBER, 6TH YEAR, A.D. 1312, OF (III.) THE CHARTER OF HENRY III., 8 MARCH, 18TH YEAR, A.D. 1234, TO THE BURGESSES OF SWEYNESHIE, (*i.e.*) SWANSEA.

[MARGAM CHARTER.]

(I.) EDWARDUS Dei gratia Rex ANGL. Dom. HIB. et dux AQUIETANIE archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem.

Inspeximus cartam confirmacionis celebris memorie domini nuper Regis ANGLIE patris nostri in hec verba :—

(II.) EDWARDUS Dei gratia Rex ANGL. Dom. HIB. et dux ACQUIETANIE archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus nostris salutem.

Inspeximus cartam quam celebris memorie dominus HENRICUS quondam Rex ANGL. avus noster fecit burgensibus de SWEYNESHIE in hec verba :—

(III.) HENRICUS Dei gratia Rex ANGL. etc. Sciatis nos concessisse, etc., *to* octavo die Marcij, anno regni nostri octavo decimo.

(II.) Nos autem concessionem et confirmacionem predictas ratas habentes et gratas eos pro nobis et hered . nostris, quantum in nobis est ; concedimus et confirmamus sicut dicta carta ipsius avi nostri rationabiliter testatur.

Hiis testibus, venerabilibus patribus W[ALTERO REYNOLDS] WYGORNIENSI, et J[OHANNE de BROKENESFORD], BATHONIENSI et WELLENSI episcopis, ADOMARO de VALENCIA comite PEMBROCHIE . HUGONE le DESPENSER . NICHOLAO de SEGRAVE . EDMUNDO de MALO LACU senescallo hospicij nostri . WILLELMO de MONTE ACUTO . et alijs.

Datum per manum nostram apud WYNDESORE vicesimo die Septembris anno regni nostri sexto.

(III.) Nos autem concessiones et confirmaciones predictas ratas hab. et gratas, eas pro nob. et hered. nostris, quan. in nob. est, nunc. burgensibus dicte Ville de SWEYNESEYE eorumque hered. et succes. concedimus et confirmamus sicut carte predicte rationabiliter testantur.

Hiis testibus . Venerab. patribus J[OHANNE de STRATFORD], WYNTONIENSI episcopo, cancellario nostre; W[ILLELMO AYREMINE], NORWICENSI episcopo, thesaurario nostro; JOHANNE de ELTHAM, comite CORNUBIENSI, fratre nostro carissimo; JOHANNE de WARENNA, comite SURREIE; WILLELMO de Ros de HAMELAKE, WILLELMO de MONTE ACUTO, RADULPHO de NEVILLE, senescallo hospicij nostri et alijs.

Datum per manum nostram apud WESTMONASTERIUM decimo octavo die Marcij anno regni nostri sexto.

Dupplicata . examinata per R. de MASON et J. de POKELINGTON.

DCCCCLIII.

JOHN, BISHOP OF LLANDAFF, ADMITS BY DECREE THE TITLE TO THE TITHES OF KENFIG, NEWCASTLE, LALESTON, AND TYTHEGSTON, CLAIMED BY MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 A. 27.] 23 JULY. 1332.

Universis Sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere pervenerint . Frater JOHANNES permissione divina episcopus LANDAVENSIS salutem in eo qui est omnium vera salus.

Cum nos actualem visitacionem nostram in dyocesi nostra excercentes religiosos viros abbatem et conventum de MARGAN CISTERCIENSIS ordinis nostre dyocesis omnes decimas proprii laboris in parochia de KENEFEG', necnon et omnes decimas

garbarum ad dictam ecclesiam de Kenefeg', et ad omnes capellas ejusdem ecclesie pertinentes ac eciam omnes decimas proprii laboris provenientes de parochia ecclesie de Novo Castro . necnon omnes decimas garbarum cum omnibus juribus ecclesiasticis ad dictam ecclesiam de Novo Castro pertinentibus et omnes decimas garbarum capellarum de Laweleston . et Tegestowe . ex concessione et donacione religiosorum virorum abbatis et conventus de Teokesburia in perpetuam firmam se optinere pretendentes, ad ostendendum et exhibendum si quid pro se haberent quare hujusmodi firmam detinebant contra jura . ad certos diem et locum peremptorie fecerimus evocari, qui per fratrem Thomam Benet monachum dicte domus procuratorem sufficienter constitutum ad dictos diem et locum comparuerunt, dicto procuratore munimenta et instrumenta quamplura occasione dicte firme nomine predictorum religiosorum virorum de Margan predicta exhibente, instanterque petente nomine dominorum suorum predictorum ut pote sufficienter et legittime munitorum ab examine nostro se dimitti per decretum . Nos vero super exhibitis volentes plenius deliberare ad faciendum super eisdem prefato procuratori nomine dominorum suorum certos diem et locum prefiximus . Quibus die et loco prefato procuratore ut prius comparente visisque instrumentis et munimentis predicte firme concessionis et plenarie discussis . premissisque aliis que requirebantur in hac parte prefatos abbatem et conventum de Margan quoad firmam dictarum decimarum sufficienter munitos in personam dicti procuratoris ab examine nostro dimisimus per decretum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus fecimus apponi.

Datum apud Worletone x^mo. kalend' Augusti anno Domini millesimo ccc^mo. tricesimo secundo.

Worleton, now Duffryn St. Nicholas or Golwch, was long a manor attached to the See of Llandaff. About the time of Elizabeth the Bishop, probably Kitchen, conveyed it away, and it became the seat of the family of Button. Nash was another manor alienated from the See in like fashion.

DCCCCLIV.

FOUNDATION OF THE HOSPITAL OF ST. DAVID AT SWANSEA BY HENRY DE GOWER, BISHOP OF ST. DAVID'S.

[Harl. MS. 1249, f. 103b, p. 204.]

1 Aug. 6 Edw. III. 1332.

In nomine gloriosissimæ et individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen.

Nos Henricus de Goheria permissione divina Menevensis episcopus confisi de summi rerum et bonorum opificis bonitate necnon ejusdem gratiæ defunctæ innisi qui vota hominum pro sua voluntate ad bonum dirigit et disponit.

Sane ad instar Samaritani alligantis misericorditer illius vulnera semianimi qui incidit in latrones sentientes eum erigendum et reparandum fore potissime per opera pietatis quod utique nonnulli catholici episcopi et alii Christi fideles Sancta devotione pensantes in plerisque mundi partibus per loca divina celebrantium atque pauperum alimoniis perpetuo deputanda de suis bonis et possessionibus construere decreverunt, quorum disposiciones salubres ipsis revera divinitus inspirat ac pia volentes ut convenit amplecti desiderio ipsisque summæ solicitudinis studio adhærere . Ne cæci sacerdotes decrepiti viribusque corporeis destituti et alii pauperes in episcopatu Menevensi suis perpetuo careant alimentis in scandalum cleri et ecclesiæ mendicantes . De consensu domini nostri Regis Angliæ et dominorum loci quoddam hospitale in honorem beati David archiepiscopi et confessoris patroni nostri pro salute animæ nostræ prædecessorum et progenitorum nostrorum de terris et possessionibus patrimonii nostri in Sweynes[eye] et aliis adquisitis pro sex capellanis ad instar senarii numeri qui est numerus perfectus in dicto hospitio singulis diebus pro vivis et defunctis infrascriptis perpetuis temporibus divina celebraturis et aliis pauperibus capellanis et laicis corporeis viribus destitutis sustentandis in eodem hospitali fundamus in Sweynes[eye] predicta super terris tenementis et redditibus inferius specificatis.

In primis damus et in perpetuam et puram eleemosinam dicto hospitali assignavimus tenementum quod magister et capellani dicti hospitalis inhabitent juxta ecclesiam beatæ Mariæ de Sweynes[eye] predicta . Necnon tredecim burgagia quorum unum burgagium fuerat Roberti Jordan juxta tenementum quod fuit quondam domini Walteri de Pederton quondam rectoris ecclesiæ de Sweynes-[eye] predicta, et aliud burgagium jacet juxta tenementum Thomæ Harald, et dimidium burgagium quod quondam fuit Thomæ Mareschall et jacet juxta tenementum Roberti de Weston, et dimidium burgagium jacet in Ffisher-street juxta curtilagium Johannis de Soper, et duo burgagia versus Tawey quæ quondam fuerunt Isabellæ de Neth, et unum burgagium quod jacet extra portam Harald quod fuit ejusdem Isabellæ, et unum burgagium quod fuit Johannis Harald et jacet extra portam Haraldi.

Item unum burgagium quod fuit Petri de la Bere et jacet extra predictam portam . et unum burgagium quod fuit Henrici Jordan et jacet juxta murum Sweynes' predictæ . Et unum burgagium quod fuit de patrimonio nostro predicto versus Tawey . et dimidium burgagium quod fuit Johannis Batyn et jacet inter curtilagium juxta murum de Sweynes[eye] predicta . Et dimidium burgagii quod fuit Thomæ Dobyn extra portam Harald[i] . Et xi. curtilagia jacent inter tenementum quod fuit quondam Johannis Harald extra portam Harald ex parte australi et duas acras Willelmi de Loch ex parte boreali et abuttant . . . . murum de Sweynes[eye] predicta ad unum finem versus orientem et ad aliam finem versus stratam Regiam versus occidentem quæ continent tres acras terræ et xxxij. acras terræ arabilis cum duobus gurgitibus in Sweynes[eye] predicta quæ fuerunt de dicto patrimonio nostro Walteri de Pederton . Thomæ Perkyn . Thomæ de Sweynes[eye] et Roberti Jordan . Necnon unum messuagium unum curtilagium cum gardino et decem acras terræ arabilis quæ fuerunt Roberti de Weston in Penard . Et duo mesuagia sexaginta acras terre arabilis octo acras prati montani duodecim acras gravæ et moræ una cum medietate unius molendini

aquatici in le Est Ketti in parochia de Sweynes[eye] predicta que fuerunt dicti Roberti de Weston et Thomæ Perkyn . Et unum messuagium lviij.[1] terræ arabilis cum viij. acris gravæ apud Kyluorth quæ fuerunt de dicto patrimonio nostro in feodo de Pennard . Et viginti acras terre arabilis apud le Cowyke in feodo et parochia de Sweynes[eye] quæ fuerunt dicti Roberti de Weston . et lx. acras terræ arabilis triginta acras prati montani xl. acras Wallensis terræ terræ wastæ que fuerunt Petri de la Bere et Thomæ filii ejus in Penniler et parochia de Langevelach cum omnibus juribus et libertatibus quæ et quas dictus dominus noster Rex et Dominus Goheriæ in favorem et subsidium dicti hospitalis et degentium in eodem ad instantiam et prosecucionem nostram per cartas suas nobis inde confectas pro se et eorum heredibus concesserunt et imperpetuum confirmaverunt.

Collatione etiam dictorum magistratus et vicariæ cum vacaverint nobis et successoribus nostris episcopis qui pro tempore fuerint et capitulo ecclesiæ nostræ Menevensis sede vacante reservata. Volumus etiam et per presentes statuimus quod magister seu custos dicti hospitalis et capellani qui pro tempore fuerint in eodem ut premittitur celebraturi et alii pauperes in dicto hospitali degentes pro anima quondam domini nostri domini David Menevensis episcopi et ceterorum predecessorum nostrorum et pro statu nostro et successorum nostrorum episcoporum qui pro tempore fuerint dum superstites fuerimus et pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus . Necnon pro statu salubri illustrissimi principis domini nostri domini Edwardi Dei gratia Regis Angliæ et dominæ nostræ Reginæ consortis ipsius et pro animabus progenitorum suorum pro domino Johanne de Moubray domino Goheriæ et pro animo dominæ Alinæ matris suæ et cæterorum progenitorum suorum pro domino Johanne de Bochun comite Herefordiæ fratribus et antecessoribus suis pro domino Roberto de Penrys Ricardo de Penrys eorum liberis et antecessoribus suis pro Roberto de Weston et Luciæ consortis ejusdem et eorum antecessoribus pro Roberto filio Nicholai Martyn pro Petro de la Bere Agnete uxore ejus

THOMA de la BERE eorum filiis et aliis liberis suis . Et pro aliis omnibus benefactoribus dicti hospitalis qui in fundacione construccione et sustentacione ejusdem hospitalis et degentium in eodem manus apposuerunt adjutrices in missis suis et aliis devotionum suffragiis specialiter orent et instanter ipsos Deo recomendent dum in dicto hospitali vixerint aut de bonis ejusdem sustentati fuerint perpetuis temporibus profuturis.

Sub consimili etiam forma et devotione pro animabus GALFRIDI DON et ISABELLÆ de NETH sororis suæ et pro animabus omnium fidelium defunctorum satagant misericordiam nostri redemptoris jugiter implorare. In quorum omnium premissorum testimonium sigillum nostrum una cum sigillis communibus capituli ecclesiæ nostræ MENEVENSIS et dicti hospitalis beati DAVID de SWEYNES[EYE] presentibus est appensum. Hiis testibus . nobilibus viris domino JOHANNE de BOHUN comite HEREFORDIE . dominis JOHANNE de MOUBRAY domino GOUHERIÆ . EDWARDO de BOHUN Barone . ROBERTO de PENRYS . JOHANNE de LONGETON militibus . RICARDO WOLFE . RICARDO de PENRYS . ROBERTO de WESTON . PETRO de la BERE . JOHANNE de MARE et aliis.

Datum apud SWEYNES[EYE] kalend' Augusti anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ tricesimo secundo ac anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum sexto et consecrationis nostræ quinto.

No authentic pedigree of the Welsh De la Beres has been preserved. They seem to have been of Gower. See No. DCCCXLIV.

(1) A word wanting here in MS.

DCCCCLV.

POWER OF ATTORNEY BY JOHN AND AGNES LE WOLF TO ROBERT DE WESTON, AND ANOTHER, TO TAKE SEISIN OF LAND IN PILTON AND BOREWES NEAR LLANGENYDD.

[Margam Charter.]

20 Nov. 6 Edw. III. 1332.

Pateat universis per presentes quod ego Johannes le Wolf' filius Ricardi le Wolf', et Agnes uxor mea, attornavimus et loco nostro posuimus Robertum de Weston de Sweynese et Johannem Robyn de eadem conjunctim et divisim ad capiendum plenam seysinam in terris de Pilton' et Borewes juxta Langenith', et etiam in terris de Nydeueuh' in dominio Gouherie cum suis pertinentiis, que et quas dominus Philippus de Sweynes[eye] rector ecclesie de Penmayn in Gouheria et Willelmus de Clynton' habuerunt ex dono et feoffamento Ricardi le Wolf patris mei predicti, excepta una carucata terre in dicto loco de Nydeueuh', quam idem Ricardus pater meus habet de dono et feoffamento eorundem domini Philippi et Willelmi ad terminum vite sue, juxta formam et tenorem carte eorundem domini Philippi et Willelmi michi et Agneti uxori mee predicte inde confecte. In cujus rei testimonium quia sigilla nostra pluribus sunt incognita sigillum venerabilis patris domini Henrici Dei gratia Menevensis episcopi presentibus literis procuravimus apponi. Et nos Henricus permissione divina Menevensis episcopus ad instantem et personalem rogatum dictorum Johannis et Agnetis sigillum nostrum presentibus apponi fecimus in testimonium premissorum.

Datum apud Lantefey . xx$^{mo.}$ die Novembris anno regni Regis Edwardi tertii post conquestum sexto.

Three seals in green wax.

1. ⅝in. diam. A rose or six-foil, on it a lion's face.

‘ + EN . MI . LE . ROSE . LE . LI[VN] . REPO[SE.] ’

2. Fragments of an oval. Two saints.

3. The Bishop's seal, centre-part only ; the bishop standing.

Endorsed—‘ Llangenith and Nydeueuh.’

DCCCCLVI.

GRANT BY JOHN DE AVENE, LORD OF AVENE, KILVEI, ETC., ISABELLA HIS WIFE, AND THOMAS THEIR SON, TO GRIFFIN GETHYN, OF LAND IN THE LORDSHIP OF KILVEI.

[Francis MS.]

Epiphany. 6 Jan. 6 Edw. III. 1333.

Sciant presentes et futuri quod nos Johannes de Avene dominus de Avene . Suly et de Kilvei . et Isabella uxor mea et Thomas filius noster dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Griffino Gethyn ap Madoc ap Res et heredibus suis ac assignatis duas acras prati cum pertinentiis jacentes apud Gwencluncurnaz in dominio de Kilvei inter terram Cradoci ap Ener vocatam Tulegaren ex parte orientali et terram ipsius Cradoci vocatam Corsloyn ex parte occidentali et fontem vocatam Ffononxgailthaz ex parte australi et terram Traharn ap Jevan ap Traharn ex parte boriali pro decem solidis sterlingorum nobis pre manibus persolutis. Habendum et tenendum eidem Griffino et heredibus suis ac assignatis de nobis et heredibus nostris ac assignatis libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum cum omnibus pertinentiis libertatibus liberis consuetudinibus ae aysiamentis suis quibuscunque. Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris ac assignatis ipse Griffinus et heredes sui ac assignati duos denarios bone et usualis monete ad festum Sancti Michaelis et faciendo alia servicia debita et de jure consueta. Et nos vero predicti Johannes et Isabella et Thomas et heredes nostri predictas duas acras prati cum pertinentiis libertatibus liberis consuetudinibus ac aysiamentis suis omnimodis ut predictum est eidem Griffino et heredibus suis ac assignatis per redditus et servicia in forma prenotata contra omnes mortales warantizabimus et defendemus imperpetuum.

In cujus rei testimonium huic presenti carte sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Morgano ap Res tunc senescallo nostro de Kilvey . Madoco Voil

bedello ibidem . Res ap Howell ap Morgan . Leysano Res . Roberto ap Rees . Willelmo Duy ap Meuric Vaghan . Meuric Vaghan . Meuric War et multis aliis.

Datum et confectum apud Kilvey die Mercurii in festo Epiphanie Domini anno regni Regis Edwardi tertii post conquestum sexto.

DCCCCLVII.

RECORD OF A CAUSE HEARD IN THE COUNTY COURT OF GLAMORGAN, HELD AT CARDIFF, WHEREIN JOHN LOVEL, STEWARD OF MARGAM ABBEY, MAINTAINS HIS RIGHT OF WRECK AT THE BURROWS, NEAR MARGAM.

[Margam Charter.]

Monday after St. Hillary. 18 Jan. 6 Edw. III. 1333.

Comitatus Glamorgancie tentus apud Kaerdyf die Lune proxima post festum Sancti Hillarii anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum sexto . Coram Johanne de Mounteney tunc vicecomite Glamorgancie et Morgannokie.

Johannes Lovel seneschallus abbatis ecclesie beate Marie de Margan allocutus est ad sectam domini de hoc quod ipse cepit et appropriavit ad opus dicti abbatis domini sui unum batellum precio xl$^{sol.}$ tres fardellos lane precio lx$^{sol.}$ unam parvam coffram et unum cadum precii viij$^{den.}$ que bona fuerunt Philippo Filias . Thome le Wallare . Johanni le Rede . Johanni de Chorchehey' . Thome de Penmark' . Henrico le Glouare et cuidam puelle nomine Sussanne qui submersi fuerunt in mare et projecti ad terram per undas maris apud Borwys juxta Margam . que quidem bona deberent esse domino Willelmo la Zousche domino Glamorgancie et Morgannokie ut wreccum

suum, etc. Et dictus JOHANNES LOVEL presens est et bene recognoscit et advocat capcionem et appropriacionem dictorum bonorum ad opus dicti abbatis domini sui eo quod dicta terra de BORWYS ubi predicta bona projecti (*sic*) fuerunt de mare est proprium solum dicti abbatis et conventus sui de MARGAN. Et dicit quod predictus abbas dominus suus et predecessores sui a tempore quo non exstat memoria habuerunt et habere solent sine aliqua interrupcione seu impedimento alicujus domini GLAMORGANCIE et MORGANNOKIE seu ballivi omnimoda wreccum et proficuos supra dictam terram de BORWYS provenientia. Et quod nullam injuriam fecit domino ponit se super patriam. Per quod capta est inquisitio per sacramentum . HENRICI de UMFRAVILLE . EDWARDI de ESTRADELYNG' militum . JOHANNIS le NORREYS . JOHANNIS le FFLEMINGES . LEWELINI ap KENEWREK' . DAVYD ap LEWEL[IN] . PHILIPPI le NERBERD . RICARDI le NORREYS . JOHANNIS DENEYS . MATHEI le SOOR . ALEXANDRI le PRIOUR et ROGERI GRANT . duodecim juratorum qui dicunt super sacramentum suum quod dictus JOHANNES LOVEL nullam injuriam domino fecit eo quod dictus abbas et predecessores sui a tempore quo non extat [me]moria habuerunt et habere solent wreccum et omnia proficua super predictam terram suam de BORWYS per projeccionem maris vel alio quocunque modo per infortuniam provenientia. Ideo consideratum est quod dictus JOHANNES LOVEL sit inde quietus et quod dictus abbas habeat predicta bona ut wreccum suum, etc.

Small seal, red wax, about 1in. diam. Shield of arms *couché*; a bend cotised between six owls. Background replenished with slipped quatrefoils. Crest on a helmet, broken off.

'+ S' . IOH'IS DE . MO[UNTENEY.]'

Endorsed—' Wreccum apud le Borwes juxta Margan, 6 Edw. III.' and ' De Wrecco.'

DCCCCLVIII.

INSPEXIMUS AND RECITATION BY JOHN DE MOUMBRAY, LORD DE GOWER, OF A CHARTER BY HENRY, EARL OF WARWICK, TO NEATH ABBEY, OF A FISHERY UNDER PULCANAN, Etc.

[Coll. Top. et Geneal., 1837. Vol. IV., p. 29.]

16 August. 8 Edw. III. 1334.

Sciant presentes et futuri quod nos Johannes de Moumbray dominus insule de Haxiholme honoris de Brembre et de Gouheria inspeximus cartam Henrici quondam comitis de Warwyk et domini Gouherie in hec verba :—

'Sciant presentes et futuri quod ego Henricus comes de Warwyk et dominus de Gouweria do et confirmo Deo et abbathie de Neeth et monachis ibidem Deo servientibus unam piscariam desub Pulcanan quam Ranulfus heremita quondam tenuit . Et libertatem piscandi et pisces capiendi et habendi cujuscunque generis fuerint ubique inter Pulcanan et aquam de Tauwy cum retibus et aliis ingeniis prout melius sibi viderit expedire omni tempore anni . Et liberam licenciam construendi et levandi unam gurgitem ex transverso ejusdem aque de Tauwy a terra eorum apud Glyntauwy que vocatur Enysumwen usque ad firmam et siccam terram de Gouweria. Et quod habeant iidem monachi et eorum successores totam piscacionem ejusdem aque tam ex parte terre mee de Gouweria quam ex parte terre eorum per quadraginta perticatas ex utraque parte terre dicte gurgitis. Preterea concedo et confirmo predictis monachis totam illam donacionem quam fecit eis Henricus de Vilers in feodo de Talbont videlicet totam terram que est inter hos quatuor terminos ab occidentali parte aque de Lohot; a meridie rivulus qui vocatur Winuein et a capite illius rivuli indirectum usque ad fossam que est sub Predewen et inde usque ad proximum rivulum sicut idem rivulus cadit in Liv, ab orientali parte aque Liv, ab aquilonali duo

rivuli qui oriuntur inter KEUENARTH et COPPEDEGROUE quorum unus cadit in LOHOT et alter in LIV, per juxta ALNETUM, et capellam Sancti MICHAELIS de CARNU que est inter dictos terminos simul cum omnibus aisiamentis tocius feodi de TALBONT in pascuis et aquis in moris et mariscis. Et ubique communionem in pasturis et ceteris aisiamentis ad predictum feodum pertinentem. Hec omnia dedi predictis monachis in liberam elemosinam imperpetuum. Et ego et heredes mei omnia predicta cum pertinenciis predictis monachis et eorum successoribus contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei memoriam hanc meam cartam eisdem monachis feci et sigillo meo consignavi. Hiis testibus. ANTONIO monacho. CADIVOR sacerdote. WILLELMO de LONDONIIS. et multis aliis.'

Preterea inspeximus cartam WILLELMI quondam comitis de WARWYK et domini GOUHERIE sub eo qui sequitur tenore:—

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS comes de WARWYK et dominus de GOUWERIA do et confirmo Deo et abbathie de NEETH et monachis ibidem Deo servientibus totam illam donacionem quam fecit eis HENRICUS comes de WARWYK' antecessor meus videlicet unam piscariam [etc. sub verbis precedentibus usque ad verbum] pertinentem. Hec omnia do et confirmo predictis monachis et eorum successoribus simul cum libertate de tholoneo et omni consuetudine seculari pro quacunque vendicione vel empcione per se vel per suos facta vel facienda per totam terram meam in futurum in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ea omnia et singula tam ego quam heredes mei eisdem in forma predicta warantizabimus imperpetuum. Et quia dissensiones sepe fuerunt inter me et dictos monachos pro finibus inter terram meam de KILUEY et terram eorum quam tenent de comite GLOUCESTRIE in occidentali parte aque de NEETH, ego cum consilio meo et dicti monachi per assensum ejusdem comitis eosdem fines perambulavimus. Incipiendo ab illo loco ubi rivulus qui vocatur CREMELYN cadit in MALAM MORAM, et sic ascendendo per eundem rivulum usque ad proximum vadum saxosum ubi via ducens de LANSAMLE se extendit ultra

dictum rivulum per Eskeyrhyrayth versus dictam abbatiam, et inde directe per boscum usque ad fontem Sancti Iltuti et inde linealiter usque ad Fonnon Doym, et inde directe in rivulum qui vocatur Gleys, et inde per eundem rivulum usque ad illum locum ubi idem rivulus cadit in Tauwy. Et quia non potuimus pro aquis et moris perambulare fines predictarum terrarum a dicto loco ubi Cremelyn cadit in Malam Moram usque ad mare unanimi voluntate eundem rivulum descendentem per medium ejusdem more usque in mare finem constituimus. Quos quidem fines et omnia predicta perhenniter duratura pro me et heredibus meis confirmo per sigilli mei impressionem. Hiis testibus. Nigello de Mundavilla. Henrico fratre comitis. Radlfo de la Mare. et multis aliis.

Nos autem ad honorem Dei et ecclesie ac pro salute anime nostre et pro animabus omnium antecessorum heredum et successorum nostrorum omnes et singulas donaciones concessiones et confirmaciones predictas necnon concessiones et confirmaciones quascunque quas Willelmus de Brewes' avus noster dudum dominus Gowerie per cartam suam magnam de libertatibus ejusdem patrie fecit abbatibus prioribus hospitalariis templariis militibus libere tenentibus et eorum tenentibus ac eorum hominibus tam Anglicis quam Walensibus infra precinctum comitatus Anglicani Gouherie habitantibus seu terram tenentibus. Donaciones insuper concessiones et confirmaciones quas singuli antecessores nostri fecerunt per cartas suas prefatis monachis tam specialiter eisdem quam generaliter cum comitate Gouherie. Donaciones etiam concessiones et confirmaciones omnes et singulas quas liberi tenentes infra limites terre de Gouheria fecerunt per cartas suas predictis monachis de terris tenementis et libertatibus quibuscunque ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris ac assignatis quantum in nobis est dilectis in Christo nunc abbati et monachis loci predicti et eorum successoribus concedimus remisimus ratificamus et confirmamus in liberam puram et perpetuum elemosinam sicut aliqua elemosina liberius dari potest vel teneri. Salvo uno esperuario rubeo nobis et heredibus nostris annuatim in festo nativitatis beati Johannis

BAPTISTE pro quodam tenemeto in LOGHERNE quod vocatur ILONDE annuatim persolvendo pro omnibus aliis serviciis consuetudinibus sectis donis auxiliis quibuscunque imperpetuum. Volentes et concedentes pro nobis heredibus nostris et assignatis quod ista carta et omnes alie carte supradicte secundum vim formam et effectum earundem in omnibus suis articulis firmiter et inviolabiliter observentur imperpetuum . Licet articuli aliqui in eisdem vel aliqua earundem contenti hucusque minime fuerint observati. Concessimus etiam pro nobis heredibus et assignatis nostris quod nos nec heredes nostri nec aliquis per nos pro nobis seu nomine nostro aliquid faciemus vel perquiremus per quod ista carta vel aliquam dictarum cartarum aliqualiter infringatur vel infirmetur ant adnichiletur . et si aliquid ab aliquo perquisitum vel factum fuit contra easdem nichil valeat et pro nullo habeatur in futurum. Quare precipimus et mandamus senescallo nostro GOUHERIE et omnibus ac singulis ballivis et ministris nostris parcium illarum tam presentibus quam futuris quod istam cartam et omnes predictas cartas tam magnam cartam de libertatibus GOUHERIE quam alias quascunque secundum tenorem earundem plenarie allocetis. Et omnes libertates et singulas in eisdem et singulis earundem contentas usitatas et non usitatas conservetis illesas et ab aliis de cetero conservari faciatis imperpetuum. In cujus rei testimonium hanc presentem cartam nostram sigilli nostri impressione roboravimus. Hiis testibus . dominis THOMA de LACON' . tunc senescallo GOUHERIE . NICHOLAO de HEWYK . ROBERTO de PENRES . JOHANNE de LANGETON militibus . RICARDO de PENRES . JOHANNE de la BERE . RICARDO de RICHEMOUND . PHILLIPO SCORLAG' . ROBERTO de la MARE . RICARDO SCORLAG' . ADA de la BERE . ROBERTO MANXEL . RICARDO MANXEL et aliis.

Datum apud OSTREMUE sextodecimo die mensis Augusti anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto . et anno regni REGIS EDWARDI tercij post conquestum octavo.

John de Mowbray was the heir of the Lords Braose of Bremher and Gower, and of Henry de Newburgh, Earl of Warwick and Lord of Gower, who died in 1123, and two of whose charters, s.d. he here recites and confirms. The first gift is of the fishery, of what is now Pwll Cynon. The Tawey is the

river of Abertawe or Swansea. Talybont is Llandeilo-Tal-y-Bont on the Llwchwr. Predwen is represented by Coed Bridwen on the upper Lliw. Keuenarth is Cefn-Ardel on the same stream. St. Michael's Chapel de Carnu is evidently Capel-y-Cwrt-y-Carn.

William de Newburgh was Henry's grandson, and died s.p., 1184. Anxious to avoid a quarrel with the Earl of Gloucester concerning the boundary of the Lordship of Kilvae, he perambulated the borders, and, having the approval of the Earl and the House of Neath, he describes them. Cremelyn is the Crymlyn brook, which is still the feeder of Pwll-Cynon. The 'vadum saxosum' is the rocky pass now crossed by the Neath and Llansamlet road; Eskeyrhyrath is probably Tir-Esgair, a little south of that road. St. Iltyd's well and Fonnon Doym are lost, but the Clais brook falls into the Thawe at Pont-Glais, and still marks the northern boundary of Kilvae.

The Charter is by William, Earl of Warwick and Lord of Gower, is witnessed by Thomas de Lacon, the seneschal, as the acting Sheriff, and is dated from Oystermouth, the largest and strongest of the Gower Castles, and in its present state, the oldest.

DCCCCLIX.

QUIT-CLAIM BY GILBERT DE TURBIRVILLA, LORD OF LANDYMORE, TO ROBERT DE PENRES, OF THE LORDSHIP OF LANDYMORE.

[Francis MS.]

27 April. 9 Edw. III. 1335.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Gilbertus de Turbirvilla dominus de Landymore filius et heres domini Pagani de Turbirvilla salutem in Domino sempiternam. Cum dominus Willelmus de Brewousa filius et heres domini Johannis de Brewousa olim disseisivit dominum Gilbertum de Turbirvilla proavum meum de manerio de Landimore cum pertinentiis in domino de Gouheria qui illud tenuit in feodo talliato conjunctim cum Matilde uxore ejus et cujus quidem manerii feodum et jus ad me tanquam heredem eorundem pertinet. Et postmodum predictus dominus Willelmus de Brewousa filius et heres domini Johannis Brewousa et dominus Willelmus de Brewousa dominus Gouherie filius ejusdem domini Willelmi et dominus Willelmus de Brewousa filius ejusdem domini Willelmi domini Gouherie dominum Robertum de Penres militem heredes suos et assignatos et alios tenentes

de quibus dictus dominus ROBERTUS perquisivit de aliquibus terris et tenementis infra illud manerium ad exheredacionem meam feofassent sub certa forma tenendis. Noverit universitas vestra me dicto domino ROBERTO heredibus suis seu assignatis gratiam velle facere specialem in hac parte ac omnino pro me et heredibus meis quietum clamare in perpetuum. Concessi eidem domino ROBERTO pro me et heredibus meis quod ipse dominus ROBERTUS et heredes sui imperpetuum habeant et teneant omnia predicta terras et tenementa cum pertinentiis que habuit ex dono et concessione dictorum domini WILLELMI de BREWOUSA filii et heredis domini JOHANNIS de BREWOUSA et domini WILLELMI de BREWOUSA domini GOUHERIE filii ejusdem domini WILLELMI et domini WILLELMI de BREWOUSA filii ejusdem domini WILLELMI domini GOUHERIE ac aliorum tenencium de quibus dictus dominus ROBERTUS perquisivit de me et heredibus meis per servicia et consuetudines que eidem domino WILLELMO domino GOUHERIE inde fecit et per sectam ad curiam meam ibidem de tribus septimanis in tres septimanas et per forinseca servicia que ad illa tenementa pertinent. Salva tamen mihi et heredibus meis cognicione omnium placitorum ad curiam meam de LANDYMORE contingencium omnium tenencium et residencium infra feodum meum de LANDYMORE. Nolens quod idem dominus ROBERTUS heredes sui seu assignati per me heredes meos ve[l] assignatos aliquo alio titulo occasionentur nec in aliquo molestentur seu graventur. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . domino JOHANNE de LANGETON' milite . JOHANNE de la BERE . RICARDO de PENRES . WILLELMO de PENRES . ROBERTO de la MARE . et multis aliis.

Datum apud LANDYMORE vicesimo septimo die mensis Aprilis anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum nono.

DCCCCLX.

GRANT IN TAIL BY DAVID, RECTOR OF COYTIFF, AND JOHN SEYS, CHAPLAIN TO ROGER DE BERKEROLIS, OF THE MANOR OF MERTHYR MAWR FOR ONE HUNDRED MARKS.

[Francis MS.] 28 July. 1335.

Sciant presentes et futuri quod nos David rector ecclesie de Coytif et Johannes Seys capellanus dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Rogero de Berkerolis filio domini Willelmi de Berkerolis militis et Katerine uxori ejus totum manerium nostrum de Marthelmaur cum suis pertinenciis ut in terris pratis pasturis boscis viis semitis molendinis aquis piscariis tenentibus et eorum redditibus et serviciis una cum omnibus aliis libertatibus aisiamentis et commodis ad dictum manerium aliquo modo spectantibus. Habendum et tenendum dictum manerium cum suis pertinenciis ut in terris pratis pasturis boscis viis semitis molendinis aquis piscariis tenentibus et eorum redditibus et serviciis una cum omnibus aliis libertatibus aisiamentis et commodis ad dictum manerium aliquo modo spectantibus predictis Rogero et Katerine uxori ejus et heredibus de corporibus suis procreatis de capitalibus dominis Glamorgancie per servicia inde debita et consueta libere quiete bene integre et in pace jure hereditario imperpetuum. Pro hac autem nostra donacione concessione et presentis carte nostre confirmacione dederunt nobis predicti Rogerus et Katerina uxor ejus centum marcas sterlingorum pre manibus. Et nos vero dicti David rector ecclesie de Coytif et Johannes Seys capellanus et heredes nostri et assignati predictum manerium cum suis pertinenciis ut in terris pratis pasturis boscis viis semitis molendinis aquis piscariis tenentibus et eorum redditibus et serviciis una cum omnibus aliis libertatibus aisiamentis et commodis ad dictum manerium aliquo modo spectantibus predictis Rogero et Katerine uxori ejus et heredibus de corporibus suis procreatis contra omnes mortales warantizabimus et defendemus

imperpetuum. Et ut hec nostra donacio concessio et presentis carte nostre confirmacio rata et stabilis imperpetuum permaneant hanc presentem cartam sigillorum nostrorum impressionibus roboravimus et confirmavimus. Hiis testibus . domino Henrico de Umframville . domino Philippo le Flemmyng militibus . Johanne de Avene . Philippo de Nerber . Thoma Joel et aliis.

Datum apud Marthelmaur vicesimo octavo die Julii anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto.

Seal wanting.

Endorsed—' Marthilmaur, carta talliata, 1331.'

DCCCCLXI.

CONFIRMATION BY JOHN DE MOWBRAY, LORD OF HAXIHOLM, BRAMBER, AND GOWER, OF THE RECOVERY IN HIS COURT OF GOWER, BY GILBERT DE TURBERVILE OF COYTIF, OF THE MANOR OF LANDYMOR.

[Margam Charter.]

18 March. 10 Edw. III. 1336.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit . Johannes de Moubray dominus insule de Haxiholme honoris de Brembre et de Gouheria in Wallia salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod cum Gilbertus de Turbervile de Coytif petierit versus nos in curia nostra de Gouheria per breve de forma donacionis de cancellaria nostra Gouherie manerium de Landymor cum pertinentiis in terra nostra de Gouheria de seisina domini Gilberti de Turbervile et Matildis uxoris ejus proavi et proave dicti Gilberti quorum heres ipse est . et predictum manerium versus nos in curia nostra predicta recuperavit per veredictum cujusdam inquisicionis inter nos et ipsum inde capte et per judicium ejusdem curie nostre et racione ejusdem judicii et executionis ejusdem . predictus Gilbertus

seisitus est de manerio predicto ut de jure suo et hereditate per formam donationis in predictis recordo et processu contentam . et hec via juris et legis quibus utimur in terra nostra predicta . Nos intendentes juratores predicte inquisicionis in premissis verum fecisse sacramentum predicta veredictum et judicium ratificamus acceptamus approbamus et confirmamus pro nobis et heredibus nostris et assignatis imperpetuum. Ita quod predictus GILBERTUS et heredes sui seu assignati predicto manerio [nullo modo] implacitentur molestentur in aliquibus seu graventur per nos heredes seu assignatos nostros racione veredicti judicii vel execucionis predictorum set ab omni actione petendi vel calumpniandi predictum manerium versus prefatum GILBERTUM heredes seu assignatos suos per juratam viginti et quatuor militum vel racione alicujus erroris in predicto judicio vel in processu ejusdem si quis fuerit simus exclusi imperpetuum. Salvo nobis et heredibus nostris superiori domino nostro de predicto manerio et serviciis debitis et consuetis. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum nostrum apposuimus.

Datum XVIIJ. die Marcii . anno regni Regis EDWARDI tercii . post conquestum decimo.

Six apertures for a plait, but seal and plait both gone.

Endorsed —' Placit. de Landymore.'

DCCCCLXII.

EXTENT BY MARGAM ABBEY OF ALL HER LANDS AND POSSESSIONS, WITH COUNTER STATEMENT OF LIABILITIES, ADDRESSED TO THE ABBOT OF CLAIRVAUX.

[MARGAM CHARTER.]

THURSDAY AFTER THE OCTAVE OF EASTER. 11 APRIL. 1336.

Reverentissimo patri suo in CHRISTO domino abbati CLAREVALLIS suus filius de MARGAN obedientiam promptissimam cum honore mansuro.

Mandatis apostolicis ac vestris cupientes cum omni devocione et diligencia utrobique ut condecet parere facultates et proventus filie vestre patenter declaramus in rebus subscriptis :—

Optinemus in Grangia de Langewy viij. carucatas terre que valent per annum cvj$^{s.}$ viij$^{d.}$ Et de prato ibidem iiij$^{xx.}$ iij. acras que valent per annum xlj$^{s.}$ vj$^{d.}$

In grangia de Stormy vj. carucatas terre que valent per annum iiij$^{li.}$ Et de prato ibidem xxxvj. acras que valent xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$

In grangia Sancti Michaelis vii. carucatas terre que valent iiij$^{li.}$ xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$ Et de prato ibidem xxix. acras que valent xiiij$^{s.}$ vj$^{d.}$

In grangia de Gardino vij. carucatas terre que valent lxx$^{s.}$ Et de prato ibidem lxx. acras que valent xxx$^{s.}$

In grangia de Midd' v. carucatas terre que valent lx$^{s.}$ Et de prato ibidem xliiij. acras que valent xx$^{s.}$

In grangia de Meles iiij. carucatas terre que valent xl$^{s.}$ Et de prato ibidem xxxv. acras que valent xv$^{s.}$

In Marecrosberwes i. carucatam terre que valet vj$^{s.}$ viij$^{d.}$ Et de prato ibidem xx. acras que valent x$^{s.}$

In grangia de Terrys iij. carucatas terre que valent xxx$^{s.}$

Apud Listelbone i. carucatam terre que valet xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$ Et de prato ibidem vij. acras que valent ij$^{s.}$

Item apud Lanmeuthin v. carucatas terre que valent l$^{s.}$ Et de prato ibidem xl. acras que valent xx$^{s.}$ Et sunt ibidem duo molendina unum fullericum et aliud aquaticum que valent xl$^{s.}$

Item apud Horegroue . dimidiam carucatam terre et valet v$^{s.}$ Et de prato ibidem i. acram et dimidiam que valent vj$^{d.}$

Item apud Detherek' . dimidiam carucatam terre que valet iiij$^{s.}$ Et de prato ibidem iij. acras que valent xij$^{d.}$

Item apud Rossoulyn i. carucatam terre et valet vj$^{s.}$ viij$^{d.}$ Et de prato ibidiem xx. acras que valent iiij$^{s.}$

Item apud HENDRIAGO de pastura que valet x$^{d.}$

Apud HAVOTHDUGA IIIJ. acras prati et valent VIIJ$^{d.}$

Apud MOYL x. acras prati et valent x$^{d.}$

Item apud HAVOTHALOK I. carucatam terre et valet v$^{s.}$ Et de prato ibidem xxx. acras que valent v$^{s.}$

Item apud BONEVILST[ON] de redditu asise annuatim L$^{s.}$ Et de operibus nativorum ibidem v$^{s.}$ x$^{d.}$

Apud KERDIF' v$^{s.}$ IIIJ$^{d.}$

Apud KEDWELY VJ$^{s.}$ VIIJ$^{d.}$

Apud MARECROS IIIJ$^{s.}$

Apud KEN[FIG] XIJ$^{d.}$

Apud BLAKEB[ERGE] XX$^{d.}$

Apud HOREGROUE XV$^{s.}$ VJ$^{d.}$

Apud DYNESPOWES XXIIIJ$^{s.}$

De molendino fullerico juxta grangiam Sancti MICHAELIS XX$^{s.}$ De molendino aquatico ibidem XIIJ$^{s.}$ IIIJ$^{d.}$

Item apud HOSEBRUGGE[1] IJ. carucatas terre que valent XL$^{s.}$ Et de quodam molendino x$^{s.}$ Et de prato ibidem xx. acras que valent x$^{s.}$

Item in bercaria MORE juxta KERD[IF] XX. acras terre que valent x$^{s.}$ Et de prato ibidem x. acras que valent v$^{s.}$

Item BRISTOLLIA de annuo redditu x$^{s.}$

Preterea habemus ecclesias de KENEFEG, et de NOVO CASTRO ad feudofirmam reddendo inde annuatim XXIIJ$^{li.}$ Quarum exitus quandoque ascendunt ad modicam majorem summam quandoque ad minorem descendunt secundum diversitatem temporum et annorum.

Item apud HAVOTPORTH dimidiam carucatam terre que valet per annum v$^{s.}$

Item apud PENNUTH inferius et superius I. carucatam terre que valet x$^{s.}$

Item habemus in pastura tam in montanis quam inferior[ibus] terre v$^{c.}$ acras que valent per annum x$^{s.}$

Item de exitibus curie de HOREGROVE et de BONEVILST[ON] VI$^{s.}$ VIIJ$^{d.}$

Oneramur quippe de xxxviij. monachis . Et de conversis xl. Et quod dolentes ferimus inundacio maris fluentis et refluentis non modicam partem quarundam terrarum ipsius litori adjacencium occupavit . aliarumque fructus multociens premit et consumit . ac ipso mari ingruente . laciusque se defundente majora dispendia verisimiliter formidamus. Quodque animalia nostra in quibus maxima pars facultatum nostrarum extitit secundum modum terre nostre WALLIE horribilis nuper invasit mortalitas. Et preter hec variis gwerrarum languoribus quampluries et hostilium impugnacionum incursum jacturis immensis . sumus nos et filia vestra prelibata suppositi temporibus retroactis. Et similiter in via regia situati et a quolibet loco communis refugii . multum distantes tociens sumus hospitibus tam de magnatibus quam de simplicibus oppressi . et per gravamina annotata sic attenuati quod ad onera incumbencia supportanda utpote ad decimas tam per sanctissimum dominum Papam quam per Regem nobis impositas et ad contribuciones ordini persolvendas effecti sumus notorie inpotentes.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum huic presenti extente per duodecim de senioribus domus nostre consilio per magnam deliberacionem habito confecte in presencia reverendi in CHRISTO patris domini abbatis de NEETH' . ac districti et religiosi viri domini BERNARDI monachi CLAREVALLIS in theologica facultate baculario duximus apponendum.

Datum in monasterio nostro predicto die JOVIS proxima post octavas Pasche . anno domini M. CCC. XXXVI°. Et nos ffrater WILLELMUS dictus abbas de NETH' in testimonium omnium predictorum secundum deposicionem duodecim prelibatorum in conscienciis suis oneratorum presentibus sigillum nostrum dictis die et anno duximus apponendum.

Small round seal, red wax, mere fragments of a fine design bearing a crozier within elaborate Gothic tracery.

'. . . . . M . ABBAT[IS] . . . T . CONV . . . .'

Endorsed—' Valuacio omnium terrarum,' and ' Taxacio temporalium de Margan per abbatem Bernardum Clarevallis.'

(1) Hosebrugge, a Grange of Margam, near Cardiff. See DCII., MCCXLVII.

DCCCCLXIII.

CONFIRMATION BY KING EDWARD III. OF KING JOHN'S CHARTER TO NEATH ABBEY, Etc.

[P.R.O. Roll 131, M. 21.]

18 April. 10 Edw. III. 1336.

Edwardus Dei gratie Rex Anglie etc. archiepis[copis] etc. salutem. Inspeximus cartam celebris memorie Domini Johannis quondam Regis Anglie progenitoris nostri in hæc verba.

'Johannes Dei gratia etc. salutem. Sciatis nos pro amore Dei et pro salute animæ nostræ et animarum omnium antecessorum et hæredum nostrorum concessisse et præsenti carta nostra confirmasse Deo et abbatiæ de Neth et monachis de ordine de Sauvenneio ibidem Deo servientibus, omnes terras et ecclesias molendina et forestas et omnes tenuras suas quas habent de dono vel emptione vel commutatione sibi cartis suis confirmatas; Ex dono Ricardi de Grenvil totum vastum in bosco et plano inter has quatuor aquas, videlicet Thawi, et Cleudach, et Neth, et Pulkanan, cum terra quæ est inter rivulum crucis Constanciæ et Cleudach; capellam quoque castelli de Neth cum omni decima procurationis domus suæ in annona cæterisque rebus et cum omni decima hominum terræ illius Francorum, Anglorum et Walensium, et dimidiam partem totius piscis que eidem castello pertinet; Totam etiam feudam de Aissa cum ecclesia et cum omnibus pertinentiis suis; Et molendinum de Pendeulin cum xxiij. acris terre et mansura molendinarii, et moltura Adæ et hominum suorum; Villam quoque de Littheham cum omnibus appendiciis ejus quam dederant Sansoni de Halfweia in excambium pro terra sua de Kiltikar concessu Willelmi comitis Gloucestriæ et Willelmi filii Henrici et Johannis Sori, quod excambium postea inter abbatem de Neth et Willelmum filium prædicti Sansonis coram rege Henrico patre nostro determinatum fuit; et ipsum feudum de Kiltikar cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis supradictis monachis ab eodem rege patre

nostro in perpetuum confirmatum; Ex dono ROBERTI comitis GLOUCESTRIE terram de PONTE cum ecclesia quam tenuit RADULFUS heremita in elemosinam; Ex dono ejusdem comitis et WILLELMI comitis filii ejus terram de BLAKESKERRA; Ex dono WILLELMI prædicti comitis GLOUCESTRIÆ totum wreccum terræ ipsorum; Ex dono ejusdem mansionem unam in villa de KAERDIFF; Ex dono WILLELMI de MOYON concessu filiorum suorum EXEFORDAM et CHUBBEHITE cum omnibus pertinentiis suis; Ex dono HENRICI de VILERS concessu domini sui HENRICI de WAREWYCK grangiam de LOCHHOR cum capella Sancti MICHAELIS et cum terra quæ ad eandem grangiam pertinet; Ex dono MAURICII de LONDONIA concessu filiorum suorum partem terræ suæ juxta AISSA[M]; Ex dono GILEBERTI de TURBERVILLA exclusagium molendini de KILTIKAR; Ex dono RESI filii JUSTINI, concedentibus filiis suis JORVERD et OEYEN et HOEL, terram de Saint ILITH cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis.

Concedimus et confirmamus eisdem monachis ex dono nostro proprio dum essemus comes MORETONII, HUNTINGESHILL cum pertinentiis et C. acras de mariscis proximas terræ eorum de BRIGETON; Et præterea TURGIHILL cum pertinentiis suis; Ex dono LISANTI fil. MORGANI totam terram quam idem MORGANUS eis dedit imperpetuam elemosinam inter AVENE et NETH, videlicet PORTHWEY, et inde usque ad mare sexaginta quoque acras terræ arabilis proximas domibus suis; et insuper totam insulam illam quæ est intra magnam PULLAM et totam terram quæ est extra WALDAM et praeterea communam pascuorum per totam terram ipsius inter AVENE et THAWI; Ex dono WALTERI filii GILEBERTI et fratrum suorum terram de BARNOTESDONE cum pertinentiis suis; Ex dono THOMÆ de CORNHELY X. acras terræ arabilis in feudo suo de CORNHELY; Ex dono GALFRIDI BURDUN decem acras terræ in feudo de NOVA-VILLA; Ex dono THOMÆ SANFORD quitanciam IJ. solidorum quos debebant ei reddere pro quinquaginta acris terræ et una acra et dimidia supra mare apud BLAKESCHERRE. Ex dono GALFRIDI TALEBOT totam terram

suam de NIWELANDE cum pratis et pascuis et omnibus aliis aisiamentis ad eandem terram pertinentibus; Ex concessione et confirmatione WILLELMI de STAWEI donum quod frater suus GERVASIUS eis dedit, videlicet totam terram quam pater suus tenuit de feudo RADULFI filii WILLELMI inter ecclesiam Sancti DECUMANI et KANESFORD; Ex dono WILLELMI de BARRI xxx. acras terræ de feudo suo in GUER; Ex dono JOHANNIS de la MARE totam terram quæ fuit OSMERI GROSSI quam mater sua tenuit in dotem; Ex dono THOMÆ BLANCAGNEL XL. acras terræ arabilis juxta PORTEMAYN et insuper aisiamenta terræ suæ in aquis et viis, et semitis, et communione pasturæ suæ; Ex dono ROGERI et KENEWREC filiorum WIAN totam terram quam pater eorum tenuit de MORGANO filio KARADOCI in marisco de AVENE; Ex dono eorundem communionem pascuarii totius terræ eorum in bosco et plano et aisiamenta in aquis et viis et ceteris necessariis; Ex dono WRGAN DROYN VIIJ. acras terræ arabilis de terra quæ vocatur LAMPEDER in CUMTIOCH et duas acras prati et communam pascuorum suorum et totam terram suam tam apud RUTHIN quam apud CWMTIOCH ex venditione JOHANNIS de GRENEHILL et ELENORÆ sponsæ suæ terram suam versus Sanctum AUGUSTINUM, cum domo lapidea quæ in ea fundata est.

Volumus etiam et præcipimus quod prædicta abbatia de NETH et monachi ejusdem loci et omnes possessiones eorum sint in manu et in custodia et protectione nostra, et quod nulla eis injuria vel contumelia inferatur; sed si quis eis in aliquo forisfecerit plenaria eis sine dilatione justicia fiat. Et prohibemus ne ipsi de aliquo dominico suo ponantur in placitum unde habeant cartam nostram nisi coram nobis vel coram capitalibus justiciariis nostris. Volumus etiam et præcipimus quod equi et homines et omnes res eorum quas homines sui poterunt affidare suas esse proprias sint quietæ teoloneo et passagio et pontagio et omni consuetudine per totam terram nostram, et prohibemus super forisfactura x. librarum ne quis eos inde injuste disturbet. Hec omnia eis concessimus et confirmavimus sicut cartæ et literæ

patentes regis HENRICI patris nostri et cartæ aliorum omnium tam donatorum quam confirmatorum vel venditorum quas inde habent rationabiliter testantur. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti monachi habeant et teneant omnia prædicta cum omnibus pertinentiis suis imperpetuum bene et in pace libere et quiete integre plenarie et honorifice in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in piscariis et mariscis, infra Burgum et extra et in omnibus aliis locis et aliis rebus cum soca et saca et Tol et Theam et Infangenthef et cum omnibus aliis libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Et sint quieti ipsi et homines eorum de Syris et hundredis et placitis et querelis et murdris et hidagiis et scutagiis et Geldis et Danegeldis et omnibus auxiliis et Cliuewardis et consuetudinibus de moris, et omni seculari servicio et exactione tanquam propria elemosina nostra sicut predictum est. Testibus Dominis P. WINTON. et T. NORWICENS. episcopis, WILLELMO comite SARISBERI, R. Constabulario CESTRIE, WALTERO de LASCY, WILLELMO BRIWERR' ADAM LE PORTER, HUGONE BIGOD, WILLELMO de CANTILUPE, GALFRIDO de NEUILL.

Datum per manum H. de WELL. archidiaconi WELLENSIS apud BURBECHE VI. die Januarii anno regni nostri IX.' [A.D. 1208.]

Inspeximus etiam quoddam scriptum indentatum inter fratrem ADAM de KAERMERDYN dudum abbatem de NETH et GILBERTUM de CLARE tunc comitem GLOUCESTRIÆ et HERTFORDIÆ de escambio quorundam terrarum tenementorum et reddituum factum in hæc verba:

'Notum sit omnibus hoc scriptum visuris vel audituris quod Frater ADAM de KAERMERDYN permissione divinâ abbas de NETH, assensu conventûs sui, concessit, dedit, et hoc presenti scripto cirographato confirmavit domino GILBERTO de CLARE, comiti GLOUCESTRIE et HERE[T]FORDIE, omnes terras et tenementa sua de la BRITTONE, et partem terrarum suarum de ASSARTO, per bundas et metas positas ibidem in presentiâ comitis et abbatis cum omnibus suis pertinentiis; Et similiter omnes terras inter NETH et TAWY per bundas

subscriptas, videlicet per bundas de NETH usque DYUELEYS et de DYUELEYS usque HAVED WENNOK sicut alta via se extendit usque RUGHO, et de RUGHO usque PANTASSER, et de PANTASSER usque THLOYNMAWR, et de THLOYNMAWR usque CLUDACH et sic supra montem de TAWY usque LEGH, et de LEGH ex transverso montis usque LANTANEDEWEN sicut se extendit in PEWERDYN, et de PEWERDYN usque NETH; Et insuper omnes terras suas et tenementa de KNEIGH, cum omnibus suis pertinentiis per metas et bundas subscriptas. videlicet subtus montem de COITFRANC usque ad oppositum capellæ Sanctæ MARGARETÆ in longitudine subtus capellam sicut mora se dividit a terra certa et sicca, et de opposito capellæ predictæ ex transverso more usque PULKANAN linealiter, et de PULKANAN descendendo usque mare, salvis eidem abbati et successoribus suis piscariis et gurgitibus et aisiamentis ad predictas piscarias et gurgites pertinentibus inter abbatiam suam et mare, et etiam parte suâ in gurgite de KITHLIBAUIL quæ quidem tenementa prædictus abbas prius tenuit in elemosinâ de prædicto comite habenda et tenenda predicto comiti heredibus et assignatis de capitalibus dominis feodi illius in puro eschambio in perpetuum. Et pro hac concessione donatione et eschambio idem comes concessit dedit et hoc presenti scripto cirographato confirmavit eidem abbati et conventui in puro eschambio centum libratas annui et sicci redditûs de certis tenentibus certa tenementa tenentibus in locis subscriptis percipiendas; Videlicet de redditu burgi de NETH CXIIIJ*s.* IIIJ*d.* ob.; de redditu burgi de COUBRUGG £XIIIJ. XIJ*s.* VIJ*d.* ob.; de redditu manerii de LAMBLETHIAN £XXIIJ. V*s.* VIJ*d.* qr.; de redditu manerii de LANILTAVIT £XXV. XVIJ*s.* ob. qr.; de redditu burgi de KAERDIF £XX III*s.*; de redditu burgi de KAERLION £X VIJ*s.* IIIJ*d.* Salvis tamen predicto comiti et heredibus suis homagiis wardis releviis eschaetis et aliis servitiis et proficuis hominum redditum prædictum prædicto abbati et successoribus suis reddentium et liceat prædicto abbati et successoribus suis distringere in tenementa unde redditus ille est proveniens in quorumcunque manibus temporibus futuris devenerint usque ad

plenam solutionem predicti redditus si quid inde à retro fuerit . Habendum et tenendum eidem abbati et successoribus suis et conventui loci ejusdem de prædicto comite in puro eschambio et in elemosynâ sicut prius tenuit tenementa quæ dedit prædicto comiti in eschambio, quousque idem comes vel heredes sui providerint prædicto abbati et successoribus suis, in re equivalenti, ut in terrâ, redditu, vel utroque, facta autem provisione predictâ predictus redditus cum omnibus suis pertinentiis integre et sine contradictione dictorum abbatis et conventûs prædicto comiti et heredibus suis quiete revertat. In cujus rei testimonium parti presentis scripti chirographati penes prædictos abbatem et conventum remanenti prædictus comes sigillum suum apposuit, et parti ejusdem scripti penes prædictum comitem remanenti prædicti abbas et conventus sigillum capituli sui apposuerunt. Hiis testibus, dominis Johanne de Boys, Johanne de Bello Campo fratre comitis Warwik, Gilberto de Thornton, Johanne de Crepping tunc vicecomite de Glamorgan, Roberto le Veel, Johanne de Umfravill, Johanne le Norreys, Ricardo le Flemeng, Johanne le Walleys, Willelmo de Sancto Johanne, Willelmo de Wyncestria, Philippo de Nerberd, Radulpho Bluet, Roberto de Gamages, Ricardo de la More, militibus, dominis Ada de Blechinglee, Simone de Hegham, clericis, Roberto Bardolf, Rogero de la Garston, et multis aliis.

Dat' apud Usk tertio decimo die Aprilis anno gratie millesimo ducentesimo octogesimo nono.

Nos autem donationes concessiones confirmationes et eschambium predicta necnon donationem concessionem et confirmationem quas Willelmus le Zouche dominus de Glamorgan et Morganw et Alianora consors sua fecerunt per cartam suam Deo et ecclesiæ beate Marie de Neeth et monachis ibidem Deo servientibus de uno burgagio in marisco de Neeth quod vocatur Smale Walles cum advocatione ecclesiæ beati Iltuti ejusdem villæ una cum capella et omnibus aliis suis pertinentiis habendum et tenendum prædictis monachis et eorum

successoribus in perpetuum. Concessionem etiam quam prefati WILLELMUS et ALIANORA fecerunt per scriptum suum prefatis monachis quod ipsi dictam ecclesiam beati ILTUTI cum capellâ et aliis pertinentiis suis appropriare possint et ipsam appropriatam in proprios usus tenere in perpetuum; Donationem insuper concessionem et confirmationem quas JOHANNES de MOUBRAY dominus de GOUHERIA fecit per cartam suam prefatis monachis de licentia adquirendi et in manum mortuam recipiendi omnes terras et tenementa cum pertinentiis que RESUS WACHAN ap REES ap HOWEL de ipso tenuit in TALBONT in GOUHER' simul cum advocatione ecclesiæ ejusdem villæ habendum et tenendum predictis monachis et eorum successoribus imperpetuum ita quod iidem monachi ecclesiam predictam appropriare possint et eam sic appropriatam tenere in forma prescripta rata habentes et grata ea pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est dilectis nobis in CHRISTO nunc abbati et monachis loci predicti et eorum successoribus imperpetuum concedimus et confirmamus sicut carta et scripta predicta rationabiliter testantur et prout ipsi et eorum successores terras tenementa redditus ecclesias capellas et advocationes predictas cum pertinentiis hactenus rationabiliter tenuerunt et libertatibus predictis usi rationabiliter et gavisi. Hiis testibus. venerabilibus patribus JOHANNE CANTUARIENSI archiepiscopo totius ANGLIÆ primate cancellario nostro. HENRICO episcopo LINCOLNIENSI thesaurario nostro. STEPHANO episcopo LONDINENSI. JOHANNE comite CORNUBIAE fratre nostro carissimo. WILLELMO de MONTE ACUTO. ROBERTO de UFFORD senescallo hospicii nostri et aliis.

Datum per manum nostram apud WALTHAM octavo die Aprilis.

William de Wyncestre or de Wintonia. Vid. CLX.

DCCCCLXIV.

ROYAL COMMISSION TO SEARCH FOR KING EDWARD II.'s PERSONAL PROPERTY IN GLAMORGAN.

[Brit. Mus., Add. MS. 4507, fol. 30.]

20 April. 10 Edw. III. 1336.

De inquirendo de thesauris patris Regis in Partibus de Glamorgan et Morgannok asportatis.

Rex dilectis et fidelibus suis Hildebrando de Londonia Johanni de Temyse et Willelmo de Tydelsyde salutem.

Sciatis quod assignavimus vos et duos vestrum ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de partibus de Glamorgan et Morgannok in Wallia tam infra libertates quam extra per quos etc. et ad informandum vos modis et viis quibus melius poteritis secundum consuetudinem parcium predictarum qui malefactores et pacis nostræ perturbatores diversos thesauros bona et catalla domini Edwardi nuper Regis Angliæ patris nostri ut in florenis denariis numeratis vasis aureis et argenteis jocalibus armaturis victualibus et aliis rebus ad valentiam sexaginta milium librarum quæ ad nos pertinent in partibus prædictis nuper inventa ceperunt asportaverunt et elongaverunt et ad quorum vel cujus manus devenerunt et qualiter et quo modo et in quorum vel cujus manibus et ubi nunc existant et de omnibus aliis articulis et circumstanciis præmissa qualitercumque contingentibus plenius veritatem et ad thesauros vasa jocalia armaturas et alia bona et catalla prædicta ubicunque et in quorumcunque manibus ea inveniri contigerit sive infra libertates sive extra in manum nostram seisienda et salvo et secure custodiri facienda donec aliud inde præceperimus. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies et loca quos vos vel duo vestrum ad hoc provideritis inquisitionem illam necnon præmissa omnia et singula tam infra libertates quam extra faciatis. Et inquisitionem illam distincte et aperte factam nobis in cancellariam nostram sub sigillis vestris et sigillis eorum per quos facta

fuerit sine dilatione mittatis et hoc breve, nos de toto facto vestro ac de thesauris vasis jocalibus armaturis et aliis bonis et catallis predictis ac de eorum pretio similiter reddatis distincte et aperte sine dilatione certiores. Mandavimus enim dilecto et fideli nostro WILLELMO la ZOUCHE domino terrarum prædictarum vel ejus locum tenenti quod ad certos dies et loca quos vos vel duo vestrum ei vel ejus locum tenenti scire faciatis venire faciatis coram vobis vel duobus vestrum tot et tales probos et legales homines de partibus prædictis tam infra libertates quam extra per quos etc. et inquiri. In cujus etc. Teste Rege apud GULDEFORD xx°· die Aprilis. Per consilium. [Pat. 10 EDW. III. pars 1 . m. 19 . dorso.]

This, without doubt, relates to personal property, jewels, plate, and the like, carried with Edward the II. when he fled to Lundy, and thence came back to Llantrisant. After a lapse of ten years in a wild country there could have been but small expectation of any recovery of importance.

DCCCCLXV.

ROYAL WRIT TO THE ESCHEATOR CITRA TRENTAM, NOT TO MOLEST THE BISHOP AND CHAPTER OF LLANDAFF IN THEIR POSSESSION OF THE MANOR OF ARCLESTON.

[ROT. CLAUS. ANNO 10 EDW. III., MEMB. 15.]

[B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 161.]

26 SEPT. 10 EDW. III. 1336.

Carta Regis de messuagio una carucata terre in ARCLESTON, et manerio de ARCLESTON LANDAVENSI ecclesie concessa.

Rex dilecto et fideli suo WILLELMO TRUSSEL, escaetori suo ultra TRENTAM, salutem.

Quia accepimus per inquisitionem quam nuper per vos fieri fecimus, quod WILLELMUS de RADENORE, quondam thesaurarius LANDAVENSIS, per cartam suam decem annis elapsis ante publicationem statuti de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis editi dedit et concessit unum messuagium et unam carucatam terre cum pertinentiis in ARCLESTON,[1] ac etiam totum manerium

de ARCLESTON cum pertinentiis episcopo LANDAVENSI et ejusdem loci capitulo. Habendum sibi et successoribus suis necnon soli capitulo, sede vacante, imperpetuum, ad inveniendum duos capellanos, qui erunt perpetui vicarii in ecclesia LANDAVENSI, et continuam facient ibidem residentiam, et debent sequi chorum ad matutinas et ad omnes horas canonicas et cotidie celebrabunt divina pro animabus ipsius WILLELMI et SIMONIS fratris ejus, et pro animabus omnium fidelium defunctorum: Ita quod unus eorum celebrabit cotidie in aurora diei, et alius ante pulsationem primæ per medium spatii imperpetuum. Et quod prædicta messuagium et terræ tenentur de WILLELMO de WESTON per servitium duorum denariorum per annum, ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servitio, et valent per annum in omnibus in exitibus juxta verum valorem eorundem decem solidos. Vobis mandamus quod ipsos episcopum et capitulum in manerio seu terris et tenementis prædictis occasione adquisitionis eorundem non molestetis in aliquo seu gravetis.

Teste Rege apud NOTTINGHAM, XXVI. die Septembris.

(1) Willis says: 'Nunc Eccleston alias Ecclesillon,' probably some parish in the Monmouthshire part of the Diocese.

DCCCCLXVI.

GRANT IN TAIL BY RICHARD, SON AND HEIR OF JOHN THOMAS, OF LAND IN LLANSTEPHAN, CO. CAERMARTHEN, TO SIR R. DE PENRES AND ISABEL DE STAKEPOL, HIS WIFE.

[MARGAM CHARTER.]

TUESDAY BEFORE ALL SAINTS' DAY (28 OCT.). 10 EDW. III. 1336.

LANDESTEPHAN'.

Sciant p. et f. q. e. RICARDUS THOMAS f. et h. JOHANNIS THOMAS de LANDESTEPHAN' d. c. et has p. c. m. confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi et ISABELL' de STAKEPOL uxori sue et heredibus eorum de corporibus suis legitime

procreatis unum messuagium et sex acras terre cum pertinenciis in LANDESTEPHAN' quod quidem messuagium cum quadam crofta adjacente jacent inter messuagium WILLELMI FFRENEGAUD in parte boreali et messuagium WILLELMI FFORT junioris in parte australi et due acre dicte terre jacent apud CASTELMENWEIE inter terram domini WILLELMI CAMMULE in parte orientali et terram JOHANNIS PETRISTON in parte occidentali . et IJ. acre cum dimidia et I. roda dicte terre jacent super le DONE inter terram dicti domini WILLELMI de CAMMULE in parte orientali occidentali boriali et australi . et quedam alia acra dicte terre jacet apud SEYNTYSHYLLE inter terram WALTERI RANDALF in parte orientali et terram prioris de KERMARTH[EN] in parte occidentali sicut per certas metas et bundas e[j]us assignantur et perambulantur. Habendum et tenendum predictum messuagium et terram predictam cum pertinenciis predicto domino ROBERTO . ISABELLE et eorum heredibus de corporibus suis legitime exeuntibus libere et quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum . de capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et si predicti ROBERTUS et ISABELLA sine herede inter eos de corporibus suis legitime procreato obierint quod absit quod predictum messuagium et terram predicta cum pertinentiis remaneant JOHANNI de PENRES filio dicti domini ROBERTI et BURGE quondam uxoris dicti domini ROBERTI et heredibus suis masculis de corpore suo legitime procreatis. Et si dictus JOHANNES sine herede masculo de corpore suo obierit quod absit quod tunc predictum messuagium et terra predicta cum pertinentiis remaneant RICARDO de PENRES et heredibus suis masculis de corpore suo legitime procreatis. Et si dictus RICARDUS de PENRES sine heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis obierit quod absit quod predictum messuagium et terra predicta cum pertinentiis remaneant JOHANNI de PENRES fratri dicti domini ROBERTI et heredibus suis masculis de c. s. l. p. Et si dictus JOHANNES de PENRES sine h. m. de c. s. l. p. obierit quod absit quod tunc predictum messuagium et terra predicta cum pertinenciis remaneant heredibus et assignatis dicti domini ROBERTI de PENRES inperpetuum. Et ego predictus RICARDUS THOMAS et heredes

mei ac assignati predictum messuagium et terram predictam cum pertinenciis prefato domino Roberto de Penres et Isabelle de Stakepoll' Johanni de Penres Ricardo de Penres et Johanni de Penres et heredibus eorum de corporibus suis legitime procreatis in forma predicta contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus. Et ad majorem securitatem habendam obligo meum burgagium quod jacet inter tenementum Willelmi Ffort junioris in parte boriali et tenementum Willelmi Wylym in parte australi et sex acras terre mee jacentes apud Sutterisfosse in baronia de Landestephan'. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum apposui. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum sigillum Willelmi Symond' et sigillum Johannis Symond' apponi procuravi. Hiis testibus . Waltero Symond'. Johanne Symond' . Johanne Ad[am] . Johanne Teyllon . Johanne Peterton . et multis aliis.

Datum apud Landestephan' die Martis proximo ante ffestum omnium sanctorum Anno r. R. Edwardi tercii post conquestum decimo.

From No. 324 Margam deeds, and a Charter roll.

DCCCCLXVII.

GRANT BY JEVAN AP DAVID WAGHAN AP DAVID AP ENEAS TO SIR ROBERT DE PENRES OF A MESSUAGE AND LAND IN KELVEI.

[Margam Charter.]

7 Nov. 11 Edw. III. 1337.

Sciant p. et. f. q. e. Jevan ap David Waghan ap David ap Eneas d. c. et hac p. c. m. confirmavi domino Roberto de Penres militi et heredibus sui[s] vel assignatis unum messuagium tres acras terre arrabilis septem acras bosci more

et vasti cum pertinentiis in dominio de Kelvei mensuratas per virgam Morgani jacentes inter terram Howell' ap Meuric War' in parte orientali et rivulum qui vocatur Keruazth' in parte occidentali, et terram Thome ap Eynon in parte australi, et terram dicti domini Roberti Peresth'[1] que fuit Lawel' ap Philip in parte boriali. Habendum et tenendum dictum messuagium et x. acras terre cum omnibus suis pertinenciis et incrementis infra metas et bundas supradictas dicto domino Roberto heredibus suis vel assignatis libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta . pro quadam summa pecunie michi pre manibus persolute. Et ego vero antedictus Jevan et heredes mei dictum messuagium et decem acras terre supradictas cum pertinenciis et incrementis prout jacent per metas et bundas supradictas predicto domino Roberto heredibus et assignatis suis contra o. m. warantizare acquietare et defendere tenemur inperpetuum. In cujus rei testimonium presentem cartam meam mea concessione donacione et confirmacione confectam sigilli mei impressione roboravi. H. t. Morgano ap Res tunc senescallo de Kylvei . Leysano ap Res bedello ibidem . Griffino Kethin . latimer ibidem . Reso ap Howell' ap Morgan' . Willim Duy . Madoco Voil . Willelmo ap Ken' . Thome ap Eynon . et multis aliis.

Datum apud Kylvei septimo die Novembris a. r. R. Edwardi tercii post conquestum undecimo.

(1) *Sic*, for Penres.

From a Charter roll. Entitled 'Kylvey.'

DCCCCLXVIII.

INSPEXIMUS BY HUGH LE DESPENSER AND ALIANORA DE CLARE, HIS WIFE, OF CERTAIN CHARTERS TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

9 Oct. 12 Edw. III. 1338.

Inspeximus by Hugh le Despenser, son and heir of Hugh le Despenser and Alianora his wife, Lord of Glamorgan and Morgan, of

1. Foundation Charter of Margam, by Robert, Earl of Gloucester.
2. Charter of William, Earl of Gloucester, son of the above Robert, to Margam.
3. Charter of Morgan, son of Caradoc, to Margam, of Rossoulyn.
4. Charter of Leisan, son of the above Morgan, to the same, of the same.
5. Inquest in the County Court, Monday before S. Laurence (3 Aug.) 27 Edw. I. 1299. (See No. dccxcviii.)

Hugo le Despenser filius et heres domini Hugonis le Despenser et domine Alianore consortis sue dominus Glamorgancie et Morgancie omnibus Sancte Matris ecclesie ad quos presens scriptum pervenerit eternam in domino salutem.

Noveritis nos inspexisse cartam celebris et pie memorie domini Roberti comitis Gloucestrie quam fecit monachis Clarevallensibus de prima fundacione abbatie de Marga'n in hec verba :—

1. Robertus Regis filius Gloucestrie consul Roberto Norreis vicecomiti et omnibus baronibus et hominibus et amicis suis Francis Anglis et Gualensibus . salutem.

Sciatis me dedisse in elemosinam pro salute anime mee et uxoris mee et liberorum meorum monachis Clarevallensibus totam terram que est inter Kenefeg' et Avenam . a cilio montano sicut predicte aque de montibus descendent usque ad mare in bosco et plano . et meas piscarias de Avena . ad quandam

abbatiam fundandam de omni consuetudine liberam et quietam . concedente MABILIA comitissa de cujus hereditate ipsa terra est. Testibus HAMONE et ROGERO filiis comitis et domino NIUARDO fratre abbatis CLAREVALLENSIS . in cujus manu data est elemosina ista . et fratre WALTERO de ABBEDESTONA . socio suo . HUBERTO dapifero . HUGONE de GUMINUILLA constabulario . RADULPHO de HASTYNGIS . STEPHANO de BELLOCAMPO . RICARDO de Sancto REMIGIO . FFULCHONE filio GUARINI . GREGORIO . THOMA nepote comitis . ROBERTO filio HERDINGI . ROBERTO de ALMERI . ADAM de ELY clerico . PICOTO medico . HENRICO TUSARDO . et ELIA clerico . Apud BRISTOLLIAM.

Inspeximus etiam cartam WILLELMI comitis GLOUCESTRIE . filii predicti domini ROBERTI comitis GLOUCESTRIE in hec verba :—

2. WILLELMUS comes GLOUCESTRIE NICHOLAO LANDAVENSI episcopo et vicecomiti suo de GLAMORGANCIA et omnibus baronibus et hominibus suis . et amicis FRANCIS et ANGLIS et WALLENSIBUS salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et istis literis meis confirmasse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus totam terram in montanis per has divisas. Scilicet ab inferiori cilio moncium usque ad superius cilium moncium ad sursam de KENEFEG' . et a sursa de KENEFEG' . usque ad sursam de FRUDEL . et a sursa de FRUDEL in transverso per montes usque in vadum KEWELTHI in AVENAM . et inde sicut aque descendunt usque ad mare . in bosco et plano . in moris et pasturis . in perpetuam elemosinam . libere et quiete ab omni seculari servicio possidendam . Et ego et heredes mei omnia predicta predictis monachis abbatie de MARGAN contra omnes homines in perpetuum warantizabimus . Hujus rei testes sunt hii . HAWISIA comitissa . CONANUS abbas ALBE TERRE . RICARDUS abbas Sancti AUGUSTINI de BRISTOLLIA . RADULPHUS abbas de NETH . WILLELMUS de Bosco tunc vicecomes . SYMON de KARDIF' . JOHANNES de Sancto LAUDO . ROBERTUS filius RICARDI . GALFRIDUS STURMY . REGINALDUS filius SYMONIS . WILLELMUS de ACTONA . GILBERTUS CROK . GWYDO de ROCCA . ROBERTUS capellanus . HERVEUS clericus.

Preterea inspeximus cartas Morgani filio Caradoci et Leisani filii ejus quas fecerunt monachis de Margan supradictis . de terra de Rossoulyn in hec verba :—

3. Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. Morganus filius Caradoci salutem. Sciatis me consilio et consensu heredum et amicorum meorum concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie S. M. de Margan et m. q. i. D. serviunt in perpetuam elemosinam totam terram de Rossoulyn cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano . in pratis et pasturis . in aquis . et in omnibus aliis aisiamentis suis per has divisas scilicet quicquid continetur inter aquam que dicitur Wrak' et aquam que dicitur Cleudachcumkake . et inter aquam de Neth et viam magnam que vadit per montanum de Torbethel . usque ad Glinwrak' . et omnes commoditates aque de Neth inter duas aquas prenominatas . scilicet Wrach' et Cleudachcumkake . et communem pasturam tocius terre mee in montanis inter Avenam et Neth ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari . Sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et hoc totum warantizabimus eis ego et heredes mei contra omnes homines in perpetuum. Et hec omnia me fideliter et firmiter tenere super sacrosancta juravimus pro me et heredibus meis. Testibus . domino Henrico Landavensi episcopo . Nicholao Gubion . Helia decano de Novo Castello . Ricardo decano de Bonvileston . Henrico presbytero de Briggetune . Rualthan' et Mauricio fratribus ejusdem . Willelmo filio Alewini . David Pugnel.

4. Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. Leisan filius Morgani salutem. Sciatis me consilio et consensu patris mei et amicorum meorum concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie, etc., etc. (as in the preceding Charter, No. 3.) . . . . Hiis testibus . Helia tunc decano . Mauricio presbytero . Martino presbytero . Henrico presbytero . David presbytero . Rogero filio Wyan . David Pugneil . Johanne Soor . Gronou filio Johannis . et multis aliis.

Inspeximus etiam quandam inquisitionem captam in comitatu nostro Glamorgancie concernentem abbatem de Margan tenore qui sequitur verborum :—

5. Comitatus de GLAMORG' tentus die LUNE proxima ante festum Sancti LAURENCII anno regni Regis EDWARDI filii Regis HENRICI vicesimo septimo . et anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo . nonagesimo nono . Coram domino SYMONE de RALEGH tunc vicecomite de GLAMORGAN' et coram consilio domini comitis videlicet domino ROBERTO de la WARDE . domino JOHANNE de Sancto JOHANNE juniore . domino ROGERO filio suo . domino ROBERTO de HALKETONE . domino HUGONE de Sancto JOHANNE . domino ROBERTO BARDULPH . domino ROBERTO de GRENDONE militibus . magistro THOMA de PULESDONE . magistro HENRICO de LANCARVAN . domino ROBERTO de CHENYNTONE . domino JOHANNE de BRUGES . clericis.

Quia totus comitatus testatur quod abbas de MARGAN tenet et tenuit omnes terras et tenementa sua de comitatu de KAERDIF in capite . Et quod idem abbas respondebit in comitatu de KAERDIF et non alibi de omnibus terris et tenementis suis predictis . Et quod famulus comitatus de KAERDIF' quicunque fuerit faciet officium coronatoris ubique per totam terram abbatis de MARGAN . et nullus alius. Consideratum est per eundem comitatum quod TRAHARN DU bedellus de TIRIALTH qui fecit visum coronatoris de PHILIPPO SPARK' qui oppressus fuit in COMBKENEFEG' in bosco predicti abbatis qui est infra comitatum in prejudicium comitatus predicti . qui ad hoc non fuit deputatus nec assignatus . custodiatur in prisona. In cujus rei testimonium presentibus dominus SYMON de RALEGH tunc vicecomes de GLAMORG' . sigillum suum apposuit . et dominus JOHANNES le WALEYS miles . WILLELMUS de BERKEROLES . JOHANNES le NORREYS . JOHANNES de WYNCESTRE . RICARDUS de NERBERD . LUCAS de BARRY . PHILIPPUS SOOR . DAVID BASSETT' . RICARDUS SYWARD . WILLELMUS WALLOT . JOHANNES le BOTELER . ROBERTUS de CANTELO . PETRUS de LANHASQE . AARON APOWEL . tunc ballivus comitatus in testimonium similiter sigilla sua apposuerunt.

Et nos vero predictus HUGO le DESPENSER . filius et heres domini HUGONIS le DESPENSER et domine ALIANORE consortis sue considerantes pias elemosinarum

largiciones et alia pietatis opera que in prefata abbatia nostra de Margan ad honorem Dei continue excercentur . pro salute anime nostre et pro salute animarum patris nostri et matris nostre antedictorum . ac eciam pro salute animarum omnium antecessorum et successorum nostrorum dedimus concessimus et hoc presente scripto nostro confirmavimus pro nobis et heredibus nostris in perpetuam elemosinam et puram . omnes donaciones . concessiones . et confirmaciones predictas secundum tenorem cartarum predictarum Deo et ecclesie B. M. de Margan et m. i. D. s. . liberas et quietas ab omni seculari servicio . consuetudine et demanda qualicunque in perpetuum. Ratum et gratum habentes pro nobis et heredibus nostris in perpetuum quicquid in predictis cartis dominorum Roberti et Willelmi filii ejus comitis Gloucestrie . ac eciam in cartis predictorum Morgani filii Caradoci et Leisani filii ejusdem plenius et liberius continetur. Confirmavimus insuper pro nobis et heredibus nostris inquisitionem supradictam. Ita plane quod supradictus abbas de Margan aut successores ejusdem nullibi respondeant nisi in comitatu de Kaerdif tantummodo de omnibus terris et tenementis suis in dominio nostro de Glamorgancia ubicunque et qualitercunque existentibus in perpetuum. Quare volumus et precipimus ut predicti monachi habeant et teneant omnia supradicta libere et quiete integre et plenarie in bosco et plano in viis et semitis in aquis et molendinis in vivariis et stagnis in moris in mariscis in turbariis et piscariis in pratis et pasturis et in omnibus aliis aisiamentis et liberis consuetudinibus suis in perpetuum. In cujus rei testimonium sigillum cancellarie nostre huic presenti scripto duximus apponendum.

Datum in castro nostro de Kaerdif' nono die mensis Octobris anno regni Regis Edwardi tertii post conquestum duodecimo. Teste me ipso . et eciam venerabili in Christo patre domino Johanne de Eglisk[l]eue Landavensi episcopo . magistro Ricardo de Halton' tunc ejusdem ecclesie archidiacono . domino Gilberto de Wygetone . domino Johanne de Miltone . magistro Ricardo de Stokes . canonicis memorate ecclesie . domino Willelmo de

Erkelowe tunc seneschallo terrarum nostrarum Anglie et vicecomite nostro Glamorgancie . domino Willelmo de Careswell' . domino Johanne Davene . domino Rogero de Berkeroles . domino Edwardo de Stradelyng militibus . Gilberto le Despenser . Johanne le Norreis . Matheo le Soor . Thoma de Barri . Thoma ap Aaron . Johanne Lovel . et multis aliis.

Per ipsum dominum.

Fine but imperfect seal, green wax.

The seal is preserved, though detached. It is in dark wax, 3¼in. diam. Obverse—A mounted knight galloping towards the proper left, pointed helmet with fan-plumed crest, right arm in mail extended with uplifted sword. Shield of Despenser, flowing surcoat and horse caparisons, the latter with arms of Despenser on shoulder and counter.

Legend—'. . . . IS . LE . DESPENSER . D'NI . GLAMORGANCIE . ET . MORGANCIE.'

Reverse—A shield of Despenser quarterly, 1 and 4 diapered a bend, 2 and 3 a fret. The shield between two trees. The whole within a Gothic border, eight-foiled, in the upper foil a lion passant gardant.

Legend—' + S' HUGONIS . LE . DESPENSER . D'NI . GLAMORGANCIE ET . . . . IE.'

Endorsed—'Inter Avan et Kenfig.' 'Donaciones et concessiones terrarum de Rossowlyn et quod monachi non tenentur respondere nisi in comitatu G. et M. etc'. 'Hugo Lespenser junior anno Regis Edw. III. XII°.'

DCCCCLXIX.

CHARTER OF HUGH LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN AND MORGAN, CONFIRMING (1) THE CHARTER OF WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, TO NICHOLAS, BISHOP OF LLANDAFF, IN FAVOUR OF MARGAM ABBEY, c. 1153—1173; (2) THE CHARTER OF GILBERT DE CLARE, FIFTH EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, TO MARGAM ABBEY, BEFORE 1220.

[Margam Charter.]

9 Oct. 12 Edw. III. [1338.]

Hugo le Despenser filius et heres domini Hugonis le Despenser et domine Alianore consortis ejus . dominus Glamorgancie et Morgancie . omnibus Sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem.

[N]overitis nos inspexisse cartam bone memorie domini Willelmi comitis Gloucestrie quam fecit monachis Clarevallis in hec verba :—

Willelmus comes Gloucestrie Nicholao Landavensi episcopo et vicecomiti suo de Glamorgan et omnibus baronibus suis . et hominibus . et amicis . Francis et Anglis et Wallensibus salutem.

Sciatis me concessisse et hac mea carta confirmasse illam donacionem quam Robertus comes Gloucestrie pater meus et Mabilia comitissa mater mea pro sua suorumque salute dederunt monachis de Claravalle . scilicet totam terram que est inter Kenefeg' et Aven' ulteriorem que est ad occidentem heremitagii Theodorici . sicut predicte aque descendunt de montanis . hanc totam terram concedo predictis monachis sicut vadit per montana . a sursa scilicet aque de Kenefeg' inter sursam Rudelf' et Gethlifret . usque in Redkewelthi . id est in vadum Kewelthi in Avenam . in bosco . et in plano in pratis . et pasturis . et aquis . in moris et mariscis . piscarias eciam de Avena totas . ut

nemo ex altera parte eas impediat . nec mittat manum ad piscandum in tota Avena nisi per illos. Piscariam quoque in aqua Kenefeg' eis concedo . ita quod molendinum meum de Kenefeg' ex ea non impejoretur. Totum eciam wrek' super terram ipsorum veniens eisdem monachis concedo . et precipio quod nemo super illud wrek' manum mittat . nisi per ipsos monachos . nec quicquam se inde intromittat. Set et burgagium quoddam in villa de Kenefeg' in elemosinam . et aliud burgagium in villa de Kaerdif . scilicet Siwardum Palmerum cum domo sua et curtilagio . libera et quieta . ab omni exactione et servicio seculari. Centum quoque acras terre in Margan . in excambium terre quam habuerunt mea concessione a Baldewyno Cithare do . juxta Novum Burgum quam ipse Baldewinus dedit predictis monachis in elemosinam . cum quodam burgagio . in Novo Burgo quod ipsi monachi habent . et tenent mea concessione. Hec omnia predicta concedo . et presentis sigilli mei attestacione confirmo abbatie de Margan in elemosinam . libera et quieta . ab omni servicio et consuetudine . et exactione seculari in perpetuum possidenda. Preterea concedo eis . libertatem . et quietanciam de theloneo per omnes meos burgos de omnibus rebus quas ipsi . vel homines qui sunt ad eorum manupastum vendiderint . vel emerint . ad usus proprios. Testibus . Hawisia comitissa Gloucestrie . fratre Hosto de Sancto Audomero . fratre Baldewyno . Hamone de Valoniis . Reginaldo filio Symonis . Roberto Bibois . Roberto de Humfravillis . Willelmo de la Mare . Wydone de Rupe . Odone de Thichesia . Alexandro fratre suo . Gilberto Croke . magistro Sampsone clerico . magistro Ernisio . Osberto clerico . Vincencio monacho de Margan . Rogero capellano comitis Gloucestrie . Symone Coco . Adam accipitrario . Jordano converso. (Circa 1170.)

Inspeximus eciam cartam et confirmacionem domini Gilberti de Clare comitis Gloucestrie et Hertfordie patris domini Ricardi de Clare comitis Gloucestrie et Hertfordie quam fecit Deo et beate Marie . et ecclesie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus . de omnibus terris et tenementis eorum in hec verba :—

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Gilbertus de Clare comes Gloucestrie et Hertfordie dedi . et concessi . et hac presenti carta confirmavi . pro salute anime mee et patris mei et matris mee . et omnium antecessorum et successorum meorum Deo et ecclesie beate Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam . has terras per divisas suas cum pertinenciis suis in feodo de Kenefeg' . et in feodo Novi Castelli . scilicet totam terram Peytevyn . et totam terram Hugonis de Hereford . et totam terram Wallensium pro qua reddere solebant annuatim triginta duos solidos ballivis de Kenefeg' . Et totam moram de Hevedhaloke inter duas aquas de Kenefeg' et Baithan . Et quinquies viginti et decem et septem acras terre de dominico mense mee in Novo Castello easdem scilicet quas antea tenuerunt . Et in eodem feodo Novi Castelli moram ad aquilonarem partem montis qui dicitur Briddewodescastel . eandem scilicet moram quam antea tenuerunt. Et terram que dicitur Seitesland . Et redditum octo solidorum et quatuor denariorum qui solet reddi annuatim de terra que dicitur Lacheles-land . Et terram Ketherek' que jacet ad australem partem juxta magnam viam tendentem versus Lachelestone . Et terram que dicitur Roflesland . ex altera parte ejusdem magne vie. Habendum . et tenendum . cum omnibus libertatibus et aisiamentis suis de me et heredibus meis . libere . et quiete . ab omni servicio consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina integrius . liberius et quietius potest teneri. Preterea dedi eisdem monachis in puram et perpetuam elemosinam et quietum clamavi totum forinsecum servicium de feodo de Langewy quod ad me . vel heredes meos pertinet preter dimidiam marcam solummodo quam michi . et heredibus meis annuatim reddent tam pro wardo quam pro omni alio servicio de eodem feodo ad nos pertinente . Et viginti et octo denarios de Kylthicullum . Et quatuordecim denarios de terra Gillemichel . quos solebant reddere ad coquinam comitis . Et redditum quatuor solidorum et trium obolorum quos solebant annuatim reddere de terra Jouaf troinkam . juxta Kateputte prefatis monachis in puram et perpetuam elemosinam dedi et relaxavi imper-

petuum. Preterea de omnibus aliis tenementis que prefati monachi tenent . totum forinsecum servicium quod ad me vel ad heredes meos pertinet . sive sit servicium militare . sive venatoris . vel alterius cujuslibet servientis . sive eciam coquine . seu quodcunque aliud forinsecum servicium ad nos pertinens . totum illud servicium eisdem monachis dedi in perpetuam elemosinam . et quietum clamavi preter prefatam dimidiam marcam de LANGEWY . Et totam communam pasture in toto maresco meo ad occidentem de KAERDIF . inter THAF' et ELEY concessi . et dedi eisdem monachis in perpetuam elemosinam reddendo inde michi annuatim et heredibus meis pro singulis capitibus averiorum suorum quantum burgenses de KAERDIF' reddere solebant pro singulis capitibus averiorum in predicto maresco pascencium tempore WILLELMI comitis GLOUCESTRIE. Et ego et heredes mei warantizabimus eis hec omnia contra omnes homines imperpetuum. Preterea concessi et confirmavi predictis monachis omnes donaciones et confirmaciones antecessorum meorum . et omnes donaciones et confirmaciones liberorum hominum meorum . sicut carte ipsorum testantur . scilicet terram STURMY cum pertinenciis suis . Et quicquid habent ex dono GILBERTI GRAMOUS et heredum ejus . Et quicquid habent ex dono burgensium de KENEFEG' . et liberorum hominum in eadem villa vel extra . in feodo de KENEFEG' . Et totum feodum de LANGEWY ex dono DAVID SCURLAG' et concessione NICHOLAI POINZ . Et quicquid habent ex dono PAGANI de TURBERVILLE et heredum ejus in KOITHCARTH' . Et ex dono HERBERTI KILTHICULLUM . Et ex dono MORGANI filii OWENY HEVEDHALOKE . Et ex dono MORGANI filii CARADOCI et heredum ejus et liberorum hominum suorum quicquid habent in maresco DAUENE et BERCHIS et ROSSOULYN et communem pasturam inter AUENE et NETHE . Et terram que appellatur PULTIMOR . et ejusdem terre forinsecum servicium dedi eis . et relaxavi in perpetuam elemosinam . Et ex dono WILLELMI de LONDONIIS EGLISKEYNWER . Et decem solidatas terre apud MARECROS ex dono PHILIPPI de MARECROS . Et ex dono ADE de SUMERI et heredum ejus redditum viginti quatuor solidorum apud

DENISPOWYS . Et quicquid habent ex dono HENRICI de HUMFRANVILLE et heredum ejus apud LANMEUTH[IN] . et BRADINGTON' . Et duodecim acras terre ex dono URBANI de PENDEUELYN . Et ex dono HUGONIS de LANCARUAN triginta tres acras . Et ex dono ADE de SUMERY duodecim acras . Et ex dono JORVARD filii JUSTINI duas acras . Et ex dono WALTERI LACHELES terram que dictim LAȜELESLAND . Et quicquid habent ex dono JOHANNIS de BONEVILLE et heredum ejus et liberorum hominum suorum apud BONEVILLESTONE . Et ex dono Templariorum . quadraginta acras . Et ex dono MOREDUTH communam terre sue in bosco et pasturis quantum opus habuerint ad usum grangie de LANMEUTH[IN] . Et quicquid habent ex dono ROBERTI SAMPSON in feodo Sancti NICHOLAI . Et quicquid habent ex dono burgensium de KAERDIFF et liberorum hominum in eadem villa vel extra . vel apud LISTELBON.

Quare volo quod prefati monachi habeant et teneant hec omnia . libere et quiete integre . et plenarie . in bosco . et plano . in viis et semitis . in aquis et molendinis . in vivariis et stagnis . in moris et marescis . in turbariis et piscariis . in pratis et pasturis . et in omnibus aliis locis . et rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Hiis testibus . domino HENRICO episcopo LANDAVENSI . domino CLEMENTE abbate de NETH . magistro MAURICIO archidiacono . magistro NICHOLAO GOBION . et magistro RADULFO MAILLOKE canonicis de LANDAF' . JOHANNE de ERLEG' . THOMA MALEMEINS . WILLELMO de ACRA tunc vicecomite de KARDIFF' . GILBERTO de TURBERVILLE . REIMUNDO de SULLIE . WILLELMO de SUNDY . WILLELMO de REIGNY . WILLELMO de CANTILUPO . WALTERO LOUEL . et multis aliis.

Et nos vero predictus HUGO le DESPENSER filius et heres predictorum domini HUGONIS le DESPENSER . et domine ALIANORE consortis sue considerantes pias elemosinarum largiciones . et alia pietatis opera que in prefata abbatia nostra de MARGAN continua devocione exercentur . pro salute anime nostre . et pro salute animarum patris nostri et matris nostre antedictorum . et pro salute animarum omnium antecessorum et successorum nostrorum dedimus concessimus et hoc

presente scripto confirmavimus pro nobis et heredibus nostris in perpetuum Deo et ecclesie beate Marie de Margan memorate . et monachis ibidem Deo servientibus in liberam . puram . et perpetuam elemosinam omnes donaciones . concessiones . et confirmaciones predictas cum omnibus suis pertinenciis et liberis consuetudinibus secundum tenorem cartarum predictorum dominorum Willelmi et Gilberti comitum Gloucestrie . immo et omnes donaciones concessiones et confirmaciones eisdem monachis per quoscumque liberos homines tam Anglicos quam Wallenses factas . tenore presentium liberas et quietas . ab omni servicio . consuetudine . seculari exacione et demanda qualicunque pro nobis et heredibus nostris confirmavimus et ratificavimus in perpetuum. Ita plane quod predicti monachi habeant et teneant curias suas utrobique super omnes terras et tenementa sua de omnibus placitis et querelis preterquam de illis que ad nostram libertatem pertinent . et spectant ad comitatum nostrum Glamorgancie per vicecomitem nostrum qui pro tempore fuerit specialiter tractanda.

Quare volumus et precipimus . ut predicti monachi habeant et teneant omnia supradicta . libere et quiete integre et plenarie in bosco et plano in viis et semitis in aquis et molendinis in vivariis et stagnis . in moris et mariscis . in turbariis et piscariis . in pratis et pasturis . et in omnibus aliis aisiamentis et liberis consuetudinibus in perpetuum. In cujus rei testimonium sigillum cancellarie nostre huic presenti carta duximus apponendum.

Datum in castro nostro de Kaerdif' . nono die mensis Octobris . anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum duodecimo (1338). Teste meipso et eciam venerabili patre magistro domino Johanne de Eglisclyue Landavensi episcopo . magistro Ricardo de Haltoune tunc ejusdem ecclesie archidiacono . domino Gilberto de Wygetoune . domino Johanne de Miltoune . magistro Ricardo de Stokes canonicis memorate ecclesie . domino Willelmo de Erkelowe tunc seneschallo terrarum nostrarum Anglie et vicecomite nostro Glamorgancie . domino Willelmo de Careswelle . domino Johanne Davene . domino Rogero de Berkeroles . domino Edwardo de Stradelyng' . militibus . Gilberto le

Despenser . Johanne le Norreis . Matheo le Soor . Thoma de Barri . Thomas ap Aaron . Johanne Lovel et multis aliis. Per ipsum dominum.

The seal is lost. It seems to have been affixed by two plaited silk cords, one black, the other green.

Endorsed—'Hugo Lespenser anno Edw. iii. xii.' Also—'A conffirmacion of dyuers grauntes and conffirmacion . anno Edw. 3 . 32.' [*Vide sub* 1358.]

In a later hand—

'Gilbert de Clere inter alia concedit totam moram de Havodhalock inter duas aquas Kenfig et Baythan et quinquies viginti et decem septem acras terre in dominico mense meo.'[1]

(1) Error for 'mee.'

To the above Charter has been attached at some subsequent period a confirmation by Edward, Lord le Despenser, dated 1358.

DCCCCLXX.

INSPEXIMUS BY HUGH LE DESPENSER OF A GRANT BY WILLIAM LA ZOUCH, AND ALIANORA HIS WIFE, OF LAND FOR A COURT-HOUSE, IN THE HIGH STREET, TO THE BURGESSES OF CARDIFF.

[Cardiff Corporation.]

14 Oct. 12 Edw. III. 1338.

Sciant presentes et futuri quod nos Hugo le Despenser filius et heres domini Hugonis le Despenser et Alianore consortis sue dominus Glamorgancie et Morgann' inspeximus cartam celebris memorie domini Willelmi la Zousche et Alianore consortis sue matris nostre in hec verba :—

Sciant presentes et futuri quod nos Willelmus la Zousche dominus Glamorgancie et Morgann' et Alianora consors nostra dedimus concessimus

et hac presenti carta nostra confirmavimus burgensibus nostris ville nostre de KAERDIF unam placeam terre in ALTA STRATA de KAERDIF continentem quadraginta et sex pedes in longitudine et viginti et sex pedes in latitudine. Que quidem placea terre jacet juxta tenementum quondam ADE KYNGOTE ex parte boriali sicut predictis burgensibus certis bondis liberatur ad edificandum unam domum super predictam placeam terre vocatam BOTHHALLE. Ita quod nos predicti WILLELMUS et ALIANORA consors nostra et heredes nostri decetero in eadem domo habeamus unum locum aptum et sufficientem ad omnia placita per prepositos nostros ville predicte in eodem loco tenendum et placitandum tam de nundinis ibidem per annum quam de aliis placitis . Et eciam ad omnia tolneta cujuscumque fuerit generis marchandie in eodem loco recipiendum. Et quod burgenses ville nostre predicte habeant omnimoda proficua de dicta domo proveniencia ad illam domum construendum et sustinendum. Habendum et tenendum predictam placeam cum dicta domo superedificata prefatis burgensibus ville nostre predicte de nobis et heredibus nostris imperpetuum. Salvo nobis et heredibus nostris loco predicto ad omnia faciendum sicut predictum est. Reddendo inde nobis et heredibus nostris annuatim ad festum Sancti MICHAELIS unum par calcariorum deauratorum.

Nos vero predictus HUGO donacionem concessionem et confirmacionem predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus concedimus et confirmamus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de KAERDIF apposuimus. Hiis testibus . dominis WILLELMO de ERCALEWE tunc senescallo terrarum nostrarum . WILLELMO de CARESWELL . HENRICO de UMFRAVILLE . JOHANNE DAVENE militibus . JOHANNE le NORREYS . LEWELINO ap KENEWREK . MATHEO le SOER . THOMA de BARRY . THOMA ap ARON' . JOHANNE LOVEL tunc ballivo comitatus de GLAMORGANCIA et multis aliis.

Datum apud KAERDIF quartodecimo die Octobris anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum duodecimo.

This Charter is injured at the folds, and the writing is small and the ink pale but perfectly legible. The seal is gone, but the two plaits of green silk remain.

Endorsed—'Carta de donacione tenementi de la Bothalle. 12 Ed. III.'

A photograph of this Charter will be found in the Cardiff Records, Vol. I., p. 18.

William la Zouch, commonly called 'of Mortimer,' was a younger son of Robert Mortimer, of Richards castle. He assumed the surname of Zouch with the manor of Ashby-de-la-Zouch. On the fall of the younger le Despenser he became custos of the lordship and married his widow Alianor, the elder de Clare heiress. His children were by a former wife.

The founder of the family of Umfravile in England was Robert de Umfranville, lord of Tours, who had a grant of Redesdale in 1076, and is said, rather doubtfully, to derive his family name from Un-franc-ville. Of his three sons the third was of Prudhoe, and the second, Gilbert, became a large landowner in the south-west of England, and he or his son, being a tenant of the Honour of Gloucester joined in the invasion of Glamorgan, where he obtained 4 fees in Penmark, and there built a castle, and founded or re-built the parish church. Gilbert de U., Nest, Henry their son, and Sibilla, occur in Charters about 1196-1205. Gilbert witnessed a Tewkesbury deed in 1104, founded an obit there for the soul of his wife Nest, temp. Henry II. Henry accounted for £48 for a relief, and alienated land in Llancarvan in favour of Brifin ab Urban. His 7th or 8th descendant left an heiress, who carried Penmark to her husband, Sir Simon de Furneaux, who died 36 Edw. III. On the death of their daughter s.p., Penmark seems to have reverted to the male heir, ending again in an heiress, Elizabeth, who married Sir John Blunt, and inherited a moiety of the estate. Their child, Elizabeth, seems to have inherited both moieties. She married Sir John St. John, of Fonmon, whose descendant, the Earl of Bolinbroke, sold the whole to Col. Jones, one of Cromwell's supporters, ancestor of the present owner of Fonmon. Whence Sir John Blunt came is uncertain, but he or a near relative married the heiress of Avene, who had Sully.

DCCCCLXXI.

RATIFICATION BY HENRY, ABBOT OF MARGAM, OF A LEASE GRANTED BY A PREVIOUS ABBOT TO GEOFFREY DE WERHAM AND CRISTINA HIS WIFE OF A MESSUAGE, ETC.

[MARGAM CHARTER.]

ST. SILVESTER'S DAY. 31 DEC. 1338.

Universis Sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam hoc presens scriptum cirographatum pervenerit . Frater HENRICUS abbas de MARGAN . et ejusdem loci conventus eternam in Domino salutem.

Cum dominus JOHANNES de CAUNTELO nuper predecessor noster de consensu conventus sui concesserat GALFRIDO de WERHAM et CRISTINE prime uxori ejus ad terminum vite eorum illud mesuagium et sexdecim acras terre arabilis et

dimidiam . cum una dimidia acra prati in Salso Maresco quas Walterus Frankhomme quondam de nobis tenuit . Reddendo inde nobis et successoribus nostris septemdecim solidos sterlingorum ad festa Sancti Michaelis et annunciacionis Dominice per equales porciones . ac eciam faciendo omnia servicia . ad dicta mesuagium terram et pratum pertinencia. Et nos vero predicti . . abbas et conventus dicta . mesuagium terram et pratum . predictis Galfrido et Cristine prime uxori ejus dum vixerint tantummodo ratificamus et confirmamus pro nobis et successoribus nostris in forma prenotata. In cujus rei testimonium huic scripto cirographato partes prenominate sigilla sua alternatim apposuerunt.

Datum apud Margan in festo beati Silvestri Pape . anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ tricesimo octavo.

Seal wanting.

Endorsed—‘ Terra in Salso Marisco.’

DCCCCLXXII.

RECORD OF A PLEA BETWEEN JOAN LE SOER AND THOMAS BAUDRUPP RESPECTING A MESSUAGE AND LAND IN PENMARK.

[Brit. Mus., Add. Charter 24, 297.]

12 March. 13 Edw. III. 1339.

Johanna que fuit uxor Roberti le Soer summonita fuit ad respondendum Thome Baudrupp’ de placito quod reddat ei unum messuagium duas carucatas terre octo acras prati et centum solidos redditus cum pertinentiis in Penmark que clamat esse jus suum et unde idem Thomas seisitus fuit in dominico suo ut de feodo et jure tempore pacis Regis nunc etc., tempore capiendo inde explecia etc. Et in que eadem Johanna non habet ingressum nisi post dimissionem quam Johanna filia Thoma Odyn cui predictus Thomas illa dimisit ad vitam ipsius Johanne filie Thome Odyn inde fecit Simoni de Ralegh et que post dimissionem per ipsam Johannam filiam Thome Odyn prefato Simoni inde factam in feodo ad predictum Thomam Baudrupp reverti debent per formam statuti

inde consimili casu provisi. Et inde producit sectam. Et predicta JOHANNA que fuit uxor ROBERTI le SOER per THOMAM JEOL [JOEL] attornatum suum defendit vim et injuriam etc. quando etc. Et dicit quod ubi predictus THOMAS BAUDRUPP' supponit per breve suum quod dimisit tenementa predicta ad vitam JOHANNE filie THOME ODYN dicit quod predictus THOMAS BAUDRUPP non dimisit tenementa predicta predicte JOHANNE filie THOME ODYN ad terminum vite sue prout breve suum supponit et hoc paratus est verificare per patriam. Et predictus THOMAS similiter. Vnde inquisitio . juratores consensu partium electi videlicet dominus HENRICUS DUMFRAMVYLE . ROGERUS BERKEROLS milites . LEWELYNNUS ap KENWREYIGH . ALEXANDER PRIOR . RICARDUS FLEMMYNG . JOHAN DENYS . WILLELMUS SEYNTMARECHURCHE . JOHAN GREY . PETRUS VAGHAN . WILLELMUS DALDEYN . JOHAN of HAMME . MORICIUS MAYLOEQUE . dicunt per sacramentum suum quod predictus THOMAS BAUDRUPP' dimisit tenementa predicta predicte JOHANNE filie THOME ODYN ad terminum vite sue prout breve predicti THOME supponit . ideo consideratur quod predictus THOMAS BAUDRUPP' recuperet inde seisinam et predicta JOHANNA que fuit uxor ROBERTI le SOER in misericordia. In cujus rei testimonium huic recordo PETRUS CORBET tunc vicecomes GLAMORGAN' et MORGAN' sigillum suum apposuit.

Datum apud KAERDYF die Lune proxima festum Sancti GREGORII pape anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum terciodecimo.

Penmark, or Penmarch-Hovel, is an important manor and parish, containing several sub-manors, a handsome church, and the ruins of a considerable castle. It was held by the service of four knights' fees by Gilbert de Umfreville or Umframville, who claims to be head of that well known family, who held lands in Somerset and the West of England, and of whom a branch built Prudhoe castle, and became Earls of Angus. Those of Penmark were early settlers under Fitzhamon, and held also five-and-a-half fees in Devon with the Torrington heiress. Their heiress, after many descents, carried Penmark to the St. John's, whose descendants sold the estate.

The principal sub-manor, Fonmon, was very early St. John property, held by the service of one knight's fee, and where they built a late Norman castle, still inhabited. Fonmon was sold by an Earl of Bolingbroke to Colonel Jones, whose descendants still hold it. See DCCCCLXX.

A second sub-manor, was Odyn's fee, now called Penmark Place, held by the Odyn family, of whom Henry, John and Thomas occur in the charters between 1290 and 1326, when Joan, daughter of Thomas, carried the estate by marriage to Robert le Soor of St. Fagans. Thence it came to the Bawdrips [DCCCCLXXIV.], and by them was sold to Sir Thomas Lewis, a cadet, of Van, whence it descended to St. John, of Highlight, and finally to Kemeys Tynte, of Cefn Mably, who now holds it.

DCCCCLXXIII.

CERTIFICATE OF RICHARD DREWE, SON OF JOHN DREWE, OF KYNTHILIBIAN, THAT HE HAS GIVEN TO JOHN KEDYVOR, CLERK, ATTORNEY OF LORD ROBERT DE PENRES, SEISIN OF A MESSUAGE AND LAND IN THE FEE OF HORTON AND PENRICE.

[Margam MSS.]

29 April. 13 Edw. III. A.D. 1339.

Pateat universis per presentes quod ego Ricardus Drewe filius Johannis Drewe de Kynthylibian posui Johannem Kedyvor clericum attornatum domini Roberti de Penres in plena et pacifica seisina unius mesuagii sex acrarum terre et sexaginta perticarum prati cum pertinentiis in feodo de Horton et de Penres, quas eidem domino Roberto et Is[abelle] uxori ejus heredibus seu assignatis ejusdem domini Roberti dedi concessi et confirmavi imperpetuum, prout in carta mea inde eis confecta plenius continetur, que terra est medietas integra purpartis Is[abell]e filie Walteri Oppedon' in feodo de Horton et de Penres. In cujus rei testim. presentibus sigillum meum apposui. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum sigilla Ricardi Manxel, Henrici de La Mare, Willelmi Henry, et Henrici Reccel apponi procuravi. Et nos vero Ric. Henr. Will. et Henr. prenominati ad rogatum ipsius Ricardi Drewe in hujus rei testim. sigilla nostra apposuimus.

Datum apud Horton . xxix. die Aprilis, anno regni Regis Edwardi tercii a conquestu tercio decimo.

Two slips for two seals each, inscribed Sigillum Ric. . . . . Sigillum W. Henr.

Endorsed—‘ Horton.’

DCCCCLXXIV.

GRANT BY THOMAS DE BAUDRIPE TO CRISTINA LE FFLEMINGE OF LAND IN PENMARK.

[Brit. Mus., Add. Charter 24,296.]

Tuesday before Lady-day. 13 Edw. III. 1339.

Sciant presentes et futuri . quod ego Thomas de Baudripe dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domine Cristine le Ffleminge matri mee unum messuagium . duas carucatas terre et centum solidatas redditus cum pertinentiis in Penmark que recuperavi in comitatu Glamorg' ut jus meum versus Johannam que fuit uxor Roberti le Soor per quandam inquisitionem inter prædictam Johannam Soor et me inde captam. Habendum [et] tenendum prædicta mesuagium duas carucatas terre et centum solidatas redditus cum omnibus suis pertinentiis prædicte domine Cristine matri mee heredibus et assignatis de capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta imperpetuum. Et ego prædictus Thomas de Baudripe heredes mei et assignati omnia predicta mesuagia duas carucatas terre et centum solidatas redditus cum omnibus suis pertinenciis predicte domine Cristine matri mee hæredibus suis et assignatis contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus . et in tota forma prescripta imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti carte meum sigillum apposui. Hiis testibus . Dominis Henrigo de Umf[r]avile . Rogero de Berkeroles . Edwardo de Stradeling . Johanne de Avene militibus . Lewellino ap Ken' . Matheo le Soor . Alexandro le Soor . et Thoma de Estbarrey et multis aliis.

Datum apud Penmark . die Martis proximo ante festum annunciacionis beatæ Marie virginis . anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum tertiodecimo.

DCCCCLXXV.

GRANT BY ISEUDA LA WELERE, CALLED CHEPMAN, WIDOW, OF LAND IN KENEFEG FEE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 14 MAY. 1339.

Sciant presentes et futuri quod ego ISEUDA la WELERE dicta CHEPMAN in pura et legittima viduitate mea dedi . concessi . et hac presenti carta confirmavi . . abbati et conventui de MARGAN . et eorum successoribus unam dimidiam acram terre arabilis cum omnibus suis pertinenciis de libero tenemento meo in feodo de KENEFEG . que quidem dimidia acra terre jacet in longitudine inter viam qua itur de KENEFEG . versus CORNELY in arte orientali . et aliam viam qua itur de dicta villa de KENEFEG versus le NOTHASSE in parte occidentali. In latitudine vero inter terram JOHANNIS SWETYNG' in parte australi . et terram WILLELMI CISSORIS in parte boriali. Habendum et tenendum libere quiete ab omni servicio exaccione et seculari demanda qualicumque. Pro hac autem donacione . concessione . et presentis carte confirmacione dederunt michi predicti abbas et conventus quinque solidos sterlingorum pre manibus. Et ego predicta ISEUDA et heredes mei sive assignati predictam dimidiam acram terre cum omnibus suis pertinenciis predictis abbati et conventui contra omnes mortales warentizabimus . acquietabimus . et defendemus in perpetuum. Et ut hec mea donacio . concessio . et presentis carte confirmacio . rata . stabilis et inconcussa permaneat . eam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . JOHANNE LOUEL . HENRICO COLYN . JOHANNE ROBYN . tunc preposito ville de KENEFEG . HENRICO VOTHE . DAVID MARESCALLO et multis aliis.

Datum apud KENEFEG, quarto decimo die mensis Maii . anno Domini . millesimo trecentesimo tricesimo nono.

Oval seal, reddish brown wax, 1in. by ¾in., very indistinct. An ecclesiastic kneeling before the Virgin and Child.

Legend illegible.

DCCCCLXXVI.

CONDITIONAL RELEASE BY ROBERT, SON OF JOHN LE LATIMER, TO EDWARD DE ESTRADELYNGH FOR A BOND.

[Francis MS.]

20 Aug. 13 Edw. III. 1339.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus filius Johannis le Latimer mercator de comitatu Dorset' salutem. Licet dominus Edwardus de Estradelyngh dominus manerii de Coumbehaweye et Edwardus filius ejusdem Edwardi mercatores de comitatu Somerset' mihi in centum marcis sterlingorum teneantur et unusquisque eorum insolidum per scriptum suum obligatorium sub statuto mercatorum factum apud Bristolliam sextodecimo die Augusti anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum terciodecimo pro blado eisdem vendito mihi vel meo certo attornato vel executoribus meis solvendorum modo quo in dicto scripto obligatorio continetur, Volo tamen et per presens scriptum meum concedo quod si dictus dominus Edwardus vel Elena uxor ejus vel Edwardus filius eorum . me cum equo et garcione meo per adventus meos et moras meas et Johannam uxorem meam cum exitu nostro et in cibis et potibus bene et competenter sustentaverint et unam robam competentem cum furura annuatim mihi et alteram robam competentem cum pellura annuatim Johanne uxori mee ad totam vitam Johanne matris mee in festo natalis Domini vel festo Pasche solverint quod ex tunc dictum scriptum obligatorium centum marcarum irritum sit et vacuum et omnino suo careat vigore et pro nullo habeatur. In cujus rei testimonium huic presenti scripto meo sigillum meum apposui.

Datum apud Halesweye die Veneris vicesimo die Augusti anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum terciodecimo. Hiis testibus . Gilberto de Hywych,' . Johanne le Bret . Symone de Roches et aliis.

Endorsed in a late handwriting—'Nota.' 'Relaxacio de Obligatione.'

The original deed is indented at the top, and there are some uncertain letters cut through.

DCCCCLXXVII.

INSPEXIMUS BY JOHN DE EGLESCLIFFE, BISHOP OF LLANDAFF, OF A BULL OF POPE BONIFACE VIII., DATED 18TH DEC., 8TH YEAR, 1302, GRANTING IMMUNITY TO MARGAM ABBEY FROM TITHES ON THE ABBEY LANDS.

[MARGAM CHARTER.] 13 OCT. 1339.

Universis S. M. e. f. ad quos presentes litere pervenerint. frater JOHANNES p. d. episcopus LANDAVENSIS salutem in Domino sempiternam.

Noveritis nos ob quasdam causas religiosos viros . . abbatem et conventum monasterii de MARGAN CISTERCIENCIS ordinis nostre dyocesis concernentes et coram nobis judicialiter agitatas . litteras apostolicas non abolitas . non rasas . non cancelatas . nec in aliqua earum parte viciatas . inspexisse. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur infrascriptus.

BONEFACIUS episcopus servus servorum Dei . dilectis filiis universis abbatibus . abbatissis . et conventibus ordinis CISTERCIENSIS tam p. quam f. salutem . et apostolicam benedictionem. In ecclesie firmamento vester ordo nitore claro coruscans universalem gregis Dominici aulam illuminat. et currentibus in stadio rectum iter insinuat . quo ad salutis bravium facilius pervenitur . nos quidem ob hoc et propter magne devocionis affectum quem ad nos et apostolicam sedem habetis . ordinem ipsum ac vos et alios ejusdem ordinis professores intima caritate prosequimur . ac sinceris affectibus excitamur ad vestra et illorum commoda . in quibus honeste possumus promovenda. Ideoque premissorum intuitu et obtentu dilecti filii nostri ROBERTI titulo Sancte POTENCIANE presbyteri cardinalis qui tanquam prefati ordinis quem professus existit promotor assiduus . necessitates vestras et dicti ordinis nobis reverenter exposuit . et super illis nostre promissionis auxilium imploravit . Vobis auctoritate presencium indulgemus . ut de terris vestris cultis et incultis ad ordinem vestrum spectantibus . quas aliis concessistis

vel concedetis in posterum excolendas . De quibus tamen aliquis decimas seu primicias non percepit . nullus a vobis seu cultoribus terrarum ipsarum . aut quibuscumque aliis decimas seu primicias exigere . vel extorquere presumat . Nos enim nichilominus irritum decernimus et inane quicquid contra tenorem hujus indulgentie fuerit attemptatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit . indignacionem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum LATERANI XV. kalend' Januarii pontificatus nostri anno octavo.

In cujus inspeccionis testimonium sigillum nostrum presentibus fecimus apponi. Datum apud LANK[ARVAN] . IIJ. Idus Octobris . anno domini millesimo trecentesimo . tricesimo . nono.

Though chipped at the margin, this is a good impression of the episcopal seal. The Bishop stands upon a highly ornate bracket, and wears his mitre. The right hand lifted in blessing. The left hand supporting a pastoral crook. The background is diapered lozengy, with a pierced sixfoil or rose 'en soleil' in each lozenge. On the Bishop's right hand is a shield of ENGLAND ; on his left his own arms—a stork. The canopy over the Bishop's head is very rich.

Legend—'S' . FRAT . . . . CIA . EPISC . . . .'[1]

Endorsed—'Immunyty of Teyth as well occupyed by fermors as by proper labor. 1339.'

(1) See Birch, *Catal. of Seals*, No. 1882.

Another copy of the preceding Inspeximus, with the seal very fragmentary, is endorsed —'Quod non debemus solvere decimas,' and in a later hand—'A generall discharge of tithes not to be payd of any of ye abottes Graingis.'

DCCCCLXXVIII.

JOHN DE EGLESCLIFFE, BISHOP OF LLANDAFF, ADMITS THE TITLE OF MARGAM ABBEY, TO TITHES OF CORN AND HAY IN ROSSOULYN, ETC.

[HARL. CHARTER, 75 A. 28.] 13 OCT. 1339.

Universis Sancte Matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint . frater JOHANNES permissione divina episcopus LANDAVENSIS salutem . in Eo qui est omnium vera salus.

Cum nos actualem visitacionem nostram in dyocesi nostra excercentes . religiosos viros . . abbatem et conventum de MARGAN CISTERCIENSIS ordinis nostre dyocesis . omnes decimas garbarum et feni . in terris suis de ROSSOULYN de PENNUTH superiore et inferiore . necnon et de PORTHAUOTH' virtute quarundem litterarum apostolicarum . ipsis . et eorum ordini indultarum se optinere pretendentes . ad ostendendum et exhibendum . si quod per se haberent quare hujusmodi decimas detinebant contra jura . ad certos diem et locum peremptorie fecerimus evocari . qui per fratrem HUGONEM EVERARD monachum dicte domus procuratorem sufficienter constitutum . ad dictos diem et locum comparuerunt . dicto procuratore predictas litteras apostolicas ipsos a prestacione quarumcunque decimarum de terris cultis et incultis ad eorum ordinem spectantibus eximentes . quamvis aliis ipsas tradiderint in posterum excolendas de quibus aliquis decimas seu primicias non percepit . occasione dictarum decimarum . nomine predictorum religiosorum virorum de MARGAN ostendente et exhibente . Instanterque petente nomine dominorum suorum predictorum ut pote sufficienter et legittime munitorum . ab examine nostro se dimitti per decretum. Nos vero super ostensis et exhibitis volentes plenius deliberare ad faciendum super eisdem . prefato procuratori nomine dominorum suorum antedictorum certos diem et locum prefiximus. Quibus die et loco prefato procuratore ut prius comparente . visisque litteris apostolicis memoratis . et plenarie discussis . premissisque aliis que requirebantur in

hac parte . prefatos . . abbatem et conventum de MARGAN quo ad percepcionem dictarum decimarum sufficienter munitos . in personam dicti procuratoris ab examine nostro dimisimus per decretum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus fecimus apponi.

Datum apud LANK' . IIJ. Idus Octob' . anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ tricesimo nono.

Seal wanting.

Endorsed—'A discharge of Teyth.'

DCCCCLXXIX.

GRANT BY DAVID AP MADOC WACHAN OF LAND AT LLYSNEWYTH' IN KYLVEI TO SIR ROBERT DE PENRES.

[MARGAM CHARTER.]

1 JAN. 13 EDW. III. 1340.

Sciant p. et f. q. e. DAVID ap MADOC WACHAN d. c. et h. p. c. mea confirmavi domino ROBERTO de PENRES militi unam acram prati jacentem apud LLYSNEWYTH' in KYLVEI juxta pratum domini ibidem in parte orientali et rivulum qui currit ad aquam de TEWY in parte occidentali et dominicam terram domini ibidem in parte boriali et pratum MADOCI ap JEVAN ap HEYLIN in parte australi. Habendum et tenendum predictam acram prati cum omnibus suis pertinenciis predicto domino ROBERTO de PENRES heredibus vel assignatis suis libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et ego predictus DAVID ap MADOC WACHAN et heredes mei predictam acram prati cum omnibus suis pertinentiis predicto domino ROBERTO de PENRES heredibus vel assignatis suis contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cujus

rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus. Morgano Thloid' tunc ballivo de Kylvei. Reso ap Howell' bidello ibidem. David ap Llewellyn ap Meuric. Maidoc Voile. Wylin Du ap Wylim ap Meuric. Griffino Kethyn'. Jevan ap David ap Llewellyn et multis aliis.

Datum apud capellam Sancti Thome martyris in Kylvei primo die Januarii anno r. R. Edwardi tercii post conquestum tercio decimo.

Entitled—'Kylvei.'

DCCCCLXXX.

GRANT BY GRONOU AP CRADOC WYTH OF LAND IN KYLVEI TO SIR ROBERT DE PENRES, KNT.

[Margam Charter.]

1 Jan. 13 Edw. III. 1340.

Sciant presentes et futuri quod ego Gronou ap Cradoc Wyth dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Roberto de Penres militi tres acras terre arrabilis et unam acram bosci que terra et boscus Jevan ap David ap Gronou quondam tenuit in Dreme Egoidwenn Brinekenonn in Kylvei. Habendum et tenendum totam predictam terram et boscum cum omnibus suis pertinenciis predicto domino Roberto de Penres heredibus vel assignatis suis libere quiete bene et in pace jure et hereditarie imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et ego predictus Gronou ap Cradoc With et heredes mei totam predictam terram et boscum cum omnibus suis pertinenciis predicto domino Roberto de Penres heredibus et assignatis suis contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus. Morgano Thloid ballivo de Kylvei.

Reeso ap Howell' bidello ibidem . David ap Llewellyn ap Meuric . Madoco Voil . Wylim Du ap Wylim ap Meuric . Gruff' Kethyn . Jevan ap David ap Llewellyn et multis aliis.

Datum apud capellam Sancti Thome martyris in Kylvei . primo die Januarij anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum tercio decimo.

Mere fragment of a seal in green wax. A lion rampant contourné.

Endorsed—'Apud Kylvey.'

DCCCCLXXXI.

GRANT BY JERUARD AP MEURIC AP DAVID AND PHILIP AP LUCAS OF LAND CALLED TYR MAP SAYR, IN KILVEY, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

29 Feb. 14 Edw. III. 1340.

Kylvey.

Sciant p. et f. q. nos Jeruard ap Meuric ap David et Philippus ap Lucas dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus domino Roberto de Penres militi heredibus et assignatis suis unam dimidiam acram terre Wallensis mensure arrabilis cum pertinencis que terra jacet apud Tyr Map Sayr in Kylvei inter terram domini ex parte boriali et australi et terram Willelmi ap Ken' ex parte occidentali et mineram carbonum domini ex parte orientali sicut per certas metas et bundas eidem assignatur. Habendum et tenendum predictam dimidiam acram terre cum pertinentis predicto domino Roberto de Penres heredibus vel assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta libere quiete bene et in pace jure hereditario inperpetuum. Et nos vero predicti Jeruard ap Meuric ap David et Philippus ap Lucas et heredes nostri predictam dimidiam acram

terre arrabilis cum omnibus suis pertinenciis predicto domino ROBERTO de PENRES militi heredibus vel assignatis suis contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigilla nostra apposuimus.

Datum apud capellam beati THOME MARTIRIS in KILVEI ultimo die Februarii anno r. R. EDWARDI tercii post conquestum quarto decimo. Hiis testibus . MORGAN LOID' . REESE ap HOWELL' . GRIFFINO KETHYN' . MADOC' VOILE . WILLELMO DUY et multis aliis.

From a Charter roll entitled 'Kylvey.'

DCCCCLXXXII.

CHARTER OF PRIVILEGES BY HUGH LE DESPENSER, TO THE BURGESSES OF CARDIFF.

[TOWN CLERK'S OFFICE, CARDIFF.]

19 APRIL. 14 EDW. III. 1340.

HUGO le DESPENSER dominus GLAMORGAN et MORGANNOCK omnibus ballivis et ministris nostris ac aliis fidelibus presentem cartam inspecturis salutem in Domino.

Sciatis quod de gratia nostra speciali dedimus et concessimus dilectis burgensibus nostris ville nostre de KAERDIF omnes libertates subscriptas imperpetuum. Videlicet quod ipsi et heredes sui quieti et liberi sint de theoloneo muragio pontagio pauagio terragio kayagio et picagio et aliis diversis custumis et consuetudinibus per totum dominium nostrum tam in ANGLIA quam in WALLIA. Et quod ipsi eligere debeant annuatim ballivos nostros de burgensibus nostris ejusdem ville videlicet quatuor prepositos de quibus constabularius castri nostri de KAERDIF duos recipiet ad voluntatem suam unum ballivum et duos tastatores cervisie quidebent recipi et jurari ad scaccarium nostrum de KAERDIF coram

eodem constabulario ad bene et fideliter faciendum quecunque ad officia sua pertinencia. Et quod iidem prepositi et tastatores onerari debeant in compotis suis de exitibus ballive eorum et etiam quod predicti duo prepositi et ballivus qui pro tempore fuerint pro serviciis suis de redditu unius burgagii sint quilibet eorum quieti per annum. Et quod idem ballivus capiet de molendinis nostris de Kaerdif pro servicio et labore suo de tribus septimanis in tres septimanas unum bussellum frumenti per totam annum.

Concessimus etiam predictis burgensibus nostris quod de omnibus merchandisis tam per terram quam per aquam ad predictam villam venientibus seu transeuntibus demonstratio primo fiet constabulario nostro predicto et postea prepositis ville prius quam aliquid inde sit venditum seu remotum sub pena qua decet. Et quod nullus de burgensibus nostris predictis capi nec imprisonari debeat in castro nostro predicto pro aliquibus eos tangentibus dum manucapcionem seu plegiagium ad exteriorem portam ejusdem castri possent invenire nisi in casu felonie cum manuopere tantum capti fuerint seu pro aliquibus nos aut familias nostras specialiter tangentibus. Et de omnibus rebus infra libertatem ville nostre predicte factis prefatos burgenses tenementa seu catalla eorum tangentibus unde inquisicio capi debeat quod illa inquisicio sit terminata per intrinsecos ejusdem ville et non per alios.

Concessimus insuper eisdem burgensibus nostris quod ipsi nec heredes sui esse non debeant receptores denariorum nostrorum nisi tantum de denariis exeuntibus de balliva prepositatus ville nostre predicte nec distringi debeant ad blada carnes vina seu alia victualia nostra contra voluntatem ipsorum emenda sed quod liberi sint per libertates eorum vendere omnia que habent vendenda cuicunque et quibuscunque et quo tempore voluerint absque aliquo impedimento.

Preterea concessimus prefatis burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui libere legare possint omnia burgagia sua per ipsos adquisita tam de tenementis quam de redditibus cuicunque et quibuscunque voluerint ad voluntatem ipsorum. Et quod iidem burgenses nostri distringi non debeant exire antiquas bundas

libertatis ville predicte contra eorum voluntatem ad aliqua faciendum. Et tales sunt bunde libertatis eorum. Videlicet de loco vocato Appledore juxta Listelbont in parte boriali usque ad Bradestrem in mari in parte australi et de Paynescros in parte orientali usque ad crucem juxta ffratres predicatores in parte occidentali. Et quod nullus extraneus extra nundinas vel forum infra bundas predictas aliquas merchandisas de aliquo extraneo emet nisi tantum de burgensibus nostris ejusdem ville preter gentiles homines Glamorgan pro victualibus eorum et non ratione marchandie. Nec aliquis teneat celdam apertam de aliquibus merchandisis nec tabernam nec corf faciet in villa nostra predicta nisi fuerit cum predictis burgensibus nostris lotant' et escotant' et infra gildam libertatis eorum receptus.

Necnon concessimus eisdem burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui guldam inter eos facere possent quo tempore et quandocunque voluerint ad proficuum ipsorum. Et quod distringi non debeant pro debito alicujus nisi debitores aut plegii pro eodem fuerint. Et quod nullus ballivus seu minister noster colore ballive sue summoniciones seu attachiamenta faciet nec infra bundas supradictas districcionem capiet nisi tantum constabularius predictus et ballivi ejusdem ville qui per ipsos burgenses fuerint electi.

Preterea concessimus prefatis burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui habeant communam pasturam pro averiis suis in brueris nostris vocatis Muchel Heth' et Litel Heth' prout jacent per antiquas metas et bundas et quod libere falcare possent omnes ruscos et fodere omnes glebas pro focalibus eorum in eisdem brueris crescentes et quod habeant unum messorem ad bene et fideliter custodiendum predictos ruscos et glebas quod nemo ibidem falcet nec fodeat preterea burgenses ville nostre predicte et si aliquos alios ibidem manuoperantes inveniat ipsos attachiare faciet et attachiamenta presentet ad hundredum ville nostre supradicte et sint ibidem amerciati secundum quantitatem delicti.

Insuper concessimus prefatis burgensibus nostris quod omnes mercatores tam pannarii cerdones pelliparii cyrothecarii quam alii diversi qui ex vendicione et

empcione vivant infra dominium nostrum de Glamorgan et Morgannock residere debeant in villis de Bourgh' et non upland et quod omnimode marchandisas faciant in nundinis foris et in villis de Bourgh' et non alibi. Et eciam quod omnes mercatores cum eorum merchandisis alibi non transeant quam per regales vicos per villas de Bourgh' ita quod nos nec heredes nostri tolnetum nostrum nec alias custumas nobis debitas aliquo tempore amittamus. Et quod predicti burgenses nostri nec eorum heredes aliquam vigilacionem facient nec aliquem fugitivum in aliqua ecclesia custodiant extra muros ville nostre predicte.

Concessimus vero predictis burgensibus nostris quod per ordinacionem constabularii predicti ordinaciones et clamaciones libere facere possint de assisa panis et cervisie et aliis diversis rebus ad voluntatem eorum eandem villam tangentibus quandocunque necesse fuerit ad emendacionem illius ville et proficuum populi. Nolentes eciam quod iidem burgenses sint ligati per clamaciones in comitatu nostro de Glamorgan' aliquo tempore factas et quod habeant prisonam suam in eadem villa nostra ad malefactores et rebelles ibidem custodiendum et castigandum et ad legem implendum et tenendum necnon execucionem faciendum coram constabulario nostro predicto cum placito vel sine placito de omnibus rebus villam nostram predictam tangentibus.

Preterea concessimus prefatis burgensibus nostris quod due nundine sint in eadem villa nostra quolibet anno sicut esse solebant tempore antecessorum nostrorum videlicet nundine que incipiunt in vigilia nativitatis Sancti Johannis Baptiste durantes per quindecim dies sequentes in quibus vero nundinis predictis constabularius noster capiet tolnetum nostrum et alias custumas nobis debitas. Et quod decetero in eisdem nundinis teneat omnia placita corone de omnimodis feloniis infra bundas libertatis ejusdem ville durantibus illis nundinis factis et alia placita de transgressionibus debitis convencionibus et aliis diversis contractis ubicunque fuerint factis.

Et concessimus predictis burgensibus nostris quod durantibus predictis nundinis nullus mercator aliquas merchandisis emat aut vendat extra illas nundinas intra

REMPNY et PULTHCANAN sub forisfactura earum merchandisarum et gravi amerciamento et alie nundine sunt ad festum nativitatis beate MARIE que nundine quiete sunt de tolneto tantum in vigilia et in die sequenti.

Concessimus insuper prefatis burgensibus nostris quod omnia placita et querele tam de hutesio clamore sanguine fuso quam de transgressionibus debitis convencionibus et aliis diversis contractis decetero placitentur et terminentur in hundredo ville nostre predicte exceptis placitis corone forstall homsokne et placitis terre. Volentes eciam et concedentes quod constabularius noster de KAERDIF qui pro tempore fuerit teneat eadem hundreda nostra de quindena in quindenam et placita vocata pipoudres de die in diem quandocunque necesse fuerit et quod omnia alia libertates ville nostre predicte tangencia sint terminata et coram ipso verificata et quod ipse decetero sit Major ejusdem ville nostre.

Nos autem donaciones et concessiones predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus nostris concedimus et confirmamus easque tenore presencium innovamus volentes et concedentes pro nobis et heredibus nostris quod carta predicta in omnibus et singulis articulis suis imperpetuum firmiter et inviolabiliter observetur eciam si aliqui articuli in eadem carta contenti hucusque forsitan non fuerint observati. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum cancellarie nostre de KAERDYF duximus apponendum.

Hiis testibus . Venerabilibus viris HENRICO abbate de MARGAN . WILLELMO abbate de NETH . dominis WILLELMO de ERCALEWE . HENRICO de UMFRAMVILLA . JOHANNE DAVENE . ROGERO de BERKEROLES militibus . JOHANNE le NORREYS . MATTHEO le SOOR et aliis.

Datum apud KAERDYF nono decimo die mensis Aprilis anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quarto decimo.

(Photograph in *Records of Cardiff*, p. 21.)

DCCCCLXXXIII.

DECLARATION BY SIR ROBERT DE PENRES, CHEVALIER, CONCERNING TITLE DEEDS RECEIVED FROM THOMAS DAVENE, SON OF LEYSAN DAVENE.

[Francis MS.] 13 July. 1340.

Declaration faite par Robert de Penrice chivlier touchant la garde de quelques lettres et chartres titres de la Maison D'Avene.

A touz yseaus que cest lettre verrount ou orrount Robert de Penres chivaler salutz en dieux. Sachetz moi aver ressu en ma garde de Thomas Davene fitz mons[r] Leysand Davene un chartre de ffeoffament de toute la maner de Suili done a Sire Maiou person de Sulli par mons[r] Joh'm Davene. E un lettre de touz les bienz et chateals de le dyt menere. E le pee dil ffyn leve en le counte de Kaerdyff del avandyte maner. E un endenture des covenantz per entre mons[r] Thomas le Blount et mons[r] Leysand Davene. E un chartre endente de toutis les terris que mons[r] Leysand dona a mons[r] Joh'm Davene en Kylvei. E un chartre que Sire David Alweyne ffeoffa mons[r] Joh'm Davene de tout la seigneurie et les terris de Avene. E un chartre endente que le dyt mons[r] Leysand ffeoffa le dyt mons[r] Joh'm Davene de touz les terris Davene et de Talgarn. E un altre chartre endente que Sire Robert Dunfreville person de Penmark feoffa Thomas fitz mons[r] Joh'm Davene et Maude sa femme de touz les terris de Kylvei. E un lettre dil entendance de touz les tenanz de Kylvei. E un lettre de recunessance de les terris de Kylvei sous le seal Robert de Sengleton'. E un obligation de mil liveris, a Sire David Alweyne. E un altre lettre al diffesance de les dytz mil liveris. Les quels chartris et lettris avand nomez ay ressu dil avandyt Thomas Davene en un boiste a seale de seon seale.

Aliverer les dystz chartris et lettris a THOMAS fitz mons^r JOH'M DAVENE ou a seon certeyne attourne quele houre qil les vodra demander, et si le dyt THOMAS deuye san heire de seon corpus engendre que dieux defende; dounkes serrount les avandytz chartris et lettris liverez a WILLIAM fitz mons^r JOH'M DAVENE ou a seon certeyne attourne quele houre qil les vodra demander, si jeo ne les ai avand delivere a THOMAS ffrere le dyt WILLIAM ou a ces heiris ou a seon certeyne attourne. E si cas aveigne que mons^r JOH'M DAVENE soit atacle de terre ou de ffranchise yssi que le dyt ROBERT de PENRES et seon consaille voient que nul de dytz chartris ou lettris luy puissent valer on leon . . tenyre qil seient mustrez en la seigneurie ou il soit apesche . si le dyt ROBERT ne les eyt avand delivre a dyt THOMAS DAVENE fitz mons^r JOH'M DAVENE ou a ces heiris ou a seon certeyne [attourne] ou a WILLIAM seon ffrere ou a ces heiris ou a seon attourne . si le dyt THOMAS deuye san heire de seon corpus engendre que dieux defende . E si jeo ne delivere les chartris et lettris avand' nomez al avandytz THOMAS fitz mons^r JOH'M DAVENE ou a ces heiris ou a seon certeyne attourne ou a WILLIAM seon ffrere . si le dyt THOMAS deuye san heire de seon corps engendre que dieux defend . ou al attourne le dyt WILLIAM solom le forme avandyt . Jeo voille et graunte que jeo soie tenu a eaux en trois centz liveris de argent . si jeo ne les ai avand' delivere a dyt THOMAS ou a ces heiris ou a seon certeyne attourne ou a WILLIAM seon ffrere ou a ces heiris ou a seon attourne si le dyt THOMAS deuye san heire de seon corpus engendre que dieux defend' et a seigneur de GOUHERE que dounkes sera en centz liveris et a seneschal de GOUHERE en dys liveris et a les bailiffs de GOUHERE en cent souz . si les chartris et lettris avand' nomez ne seient avand' delivrez a dyt THOMAS ou a ces heiris ou a seon attourne ou a WILLIAM seon frere ou a seon attourne si dieux fait sa volonte dil dyt THOMAS san heire de seon corpus engendre. E a ceo bien et lealment faire jeo oblege moi et mes heiris et mes executuris tous mes bienz et mes chateals meoblis et nonmeoblis en quel mayne qil deveignount en partie ou en tout . ou qil seient trovez a la destresse les avandystz THOMAS et WILLIAM qils nous puissent destreyndre de jour en altre

tanke les avandystz trois centz liveris de argent seient pleinement paiez ow les chartris et les lettris seient a un de eaux liverez solom la forme avandyte. E encement sil aveigne que jeo avandyt Robert de Penres que jeo ne delivre les chartris et les lettris avand' nomez a les avandystz Thomas et William ou a lour heiris ou a leur attournez en la furme sudyt; que jeo soi mys en sentence et destreynt de joure en altre par toute manere force de seynt eglise tanke les avandystz trois cent liveris seient pleynement paies, ow les chartris et les lettris avand' nomez seient renduz a les avandytz Thomas ou a ces heires ou a seon attourne ou al avandyt William ou a ces heires ou a seon attourne si le dyt Thomas deuye san heire de seon corps engendre que dieux defend solom la forme avandyste.

En temoignance de quel' chose les avandytz Robert de Penres et Thomas Davene a cest endenture entrechangabilment ount mys lour sealis. Escriptes a Penres le tresyme joure de Julij, lan du regne le Roi Edward terce pus le conquest quatrosyme.

Endorsed—'Indentura inter dominum Robertum de Penres et Thomas Davene.'

DCCCCLXXXIV.

GRANT BY WILLIAM AP LLEWELLYN AP MEURIC, AND PHILIP AP LUCAS AP DAVID TO SIR ROBERT DE PENRES OF LAND IN KYLVEI.

[Margam Charter.]

7 Aug. 14 Edw. III. 1340.

Sciant p. et f. q. nos Willelmus ap Ll[ewellyn] ap Meuric et Philippus ap Lucas ap David dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus domino Roberto de Penres militi heredibus et assignatis suis duas acras

et dimidiam terre arrabilis in loco dicto KELLYG' jacentes infra dominium de KYLVEI et totam wastam terram nostram ibidem atque totum pratum et nemora nostra ibidem cum pertinenciis. Habendum et tenendum omnes predictas terras arrabiles vastam pratum et nemora predicta cum omnibus suis pertinenciis qualitercunque predictas terras vastam prata et nemora tangentibus predicto domino ROBERTO de PENRES heredibus ac assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum per redditus et servicia inde debita et de jure consueta et per metas et bundas quas nos melius vel plenius habuimus tenuimus vel de jure optinere debuimus in loco prefato atque cum toto jure et clameo nostro in omnibus et singulis terris arrabilibus pratis vasta et memoribus in eodem loco supradicto. Et nos vero prefati WILLELMUS ap LLEWELLYN ap MEURIC et PHILIPPUS ap LUCAS ap DAVID et heredes nostri vel assignati omnes terras arrabiles vastam prata et nemora predicta cum omnibus suis pertinentiis aisiamentis atque cum toto jure et clameo nostro in eodem loco predicto . predicto domino ROBERTO PENRES heredibus et assignatis suis contra omnes homines mortales warantizabimus acquietabimus et in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . MORGANO THLOID' tunc senescallo de KYLVEI . GRIFFINO KETHIN bidello ibidem . WILLELMO DUY . PHILIPPO ap MEURIC . DAVID ap LLEWELLYN ap MEURIC . MADOC VOIL . ROBERTO ap CRADOCK et multis aliis.

Datum apud SWEYNYSHEY . septimo die Augusti . anno r. R. EDWARDI tercii post conquestum quarto decimo.

From a Charter roll entitled 'Kylvey.'

DCCCCLXXXV.

(1) ROYAL INSPEXIMUS OF (2) AN INSPEXIMUS BY JOHN DE MOUBRAY OF (3) AN INSPEXIMUS BY WILLIAM DE BRAOSE OF (4) A GRANT BY JOHN DE BRAOSE TO THE BISHOP OF LLANDAFF OF PRIVILEGES FOR THE BISHOP'S MEN IN THE TOWN OF BISHOPSTON IN GOWER.

[Pat. 14 Edw. III. Pars 3, Membr. 17;
B. Willis, Survey of Llandaff, p. 167.]

10 Oct. 14 Edw. III. 1340.

Pro Johanne episcopo Landavense de confirmatione servitiorum in Bisshuppeston in Gower.

1. Rex omnibus ad quos, etc., salutem:

Inspeximus quoddam scriptum dilecti ac fidelis nostri Johannis de Moubray in hec verba:—

2. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Johannes de Moubray, dominus honoris de Brembre et de Gower, salutem.

Noveritis nos cartas, concessiones, quietasclamationes et confirmationes predecessorum nostrorum factas episcopis ecclesie Landavensis inspexisse in hec verba:—

3. Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus de Brewosa, dominus de Gower, salutem in domino.

Noveritis nos inspexisse cartam domini Johannis de Brewosa patris nostri in hec verba:—

4. Sciant presentes et futuri quod ego Johannes de Brewosa ad petitionem domini Willelmi Landavensis episcopi remitto et quietaclamo Deo et ecclesie beati Theliaii de Llandaf pro me et heredibus meis omnes exactiones et extortiones et consuetudines et omnia secularia servitia quocunque nomine

appellentur, que antecessores mei vel eorum ballivi sive FRANCI sive WALLENSES consueverant exigere vel extorquere de hominibus Episcopi in villa de BISSHUPPESTON in GOWER. Et si ego vel antecessores mei aliquod jus alicujus servitii exactionis et demande in dicta villa habuimus, pro anima mea et antecessorum et successorum meorum liberum et quietum ab omni seculari servitio et exactione Deo et ecclesie beati THELIAII de LLANDAF do et concedo in puram et perpetuam elemosinam. Et ut hec mea donatio et concessio rata et stabilis permaneat presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus . domino JOHANNE tunc Abbate de MORGAN . MAURICIO archidiacono LANDAVENSI. [*Here seems to be some omission.*]

2. Cumque venerabilis in CHRISTO pater frater JOHANNES . Dei gratia episcopus ecclesie LANDAVENSIS predicte nobis querela sua monstrasset quod ministri nostri in domino nostro de GOWER predicta, non obstantibus dictis concessionibus, ipsum et suos ministros quominus ipsi in villa de BISHUPPESTON in GOWER et dominio suo ibidem placita tam personalia quam realia etiam ad coronam spectantia tenere, et hujusmodi causarum cognitionem habere possent impediverunt, et impedire multipliciter presumserunt, quamquam predecessores sui Episcopi ecclesie LANDAVENSIS fuissent in possessione pacifica hujusmodi placitorum tam realium quam personalium etiam ad coronam qualitercunque spectantium infra dominium dicti Episcopi in villa de BISSHUPPESTON predicta emergentium et hujusmodi placita in curia sua de BISHOPPESTON predicta tractassent, et cognitionem ipsorum a tempore cujus contrarii memoria non extiterat habuissent. Nos hujusmodi concessiones antecessorum nostrorum ac jus et possessionem dicti episcopi attendentes, ut ipse et sui ministri de BISSHUPPESTON predicta placita etiam ad coronam, ut prefertur, qualitercunque spectantia que infra dictum dominium suum de BISSHUPPESTON temporibus predictis emerserunt seu future emergent tractare et habere valeant, ac eadem libere terminare pro nobis et heredibus nostris dicto episcopo et successoribus suis absque calumpnia nostra vel heredum nostrorum, seu contradictione quacunque relaxamus, et quietumclamamus, in puram et perpetuum elemosinam per presentes. Dictas insuper concessiones et

confirmationes antecessorum nostrorum ob affectionem sinceram quam erga dictum fratrem JOHANNEM episcopum gerimus et habemus, ac pro salute anime nostre et animarum antecessorum et successorum nostrorum ratificamus et tenore presentium confirmamus. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus . domino JOHANNE de LAYBURNE . domino RICARDO de PESHALE . domino ROGERO de WESTON . domino ROBERTO de PENRES . domino JOHANNE de LANGETON, militibus . JOHANNE de la BERE . RICARDO SKURLAKE, et aliis.

Datum apud LONDONIAM . die Sabbati proximo post festum Sancti AMBROSII anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum quarto decimo.

[*Here seems to be some omission.*]

1. Nos autem donationes, concessiones, confirmationes, remissiones et quietas clamationes predictas ratas habentes et gratas, eas pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est, venerabili patri JOHANNI nunc episcopo loci predicti et successoribus suis concedimus et confirmamus sicut scriptum prædictum rationabiliter testatur, salvo in omnibus jure nostro. In cujus, etc. Teste Custode prædicto apud ANDEVERE, x. die Octobris.

DCCCCLXXXVI.

AGREEMENT BETWEEN DAME MARGARET, LADY OF AVAN, AND MARGAM ABBEY, CONCERNING LAND IN AVAN MARSH.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY AFTER INVENT. OF HOLY CROSS. 3 MAY. 1341.

Anno domini trecentecimo quadragesimo primo die lune proxima post festum invencionis Sancte crucis . Convenit inter dominam MARGARETAM dominam DAVENE ex parte una . et religiosos viros . . abbatem et conventum de MARGAN ex parte altera . Ita videlicet quod predicta domina MARGARETA in pura et

legitima viduitate sua de consilio et assensu domini Johannis Davene filii sui. dedit . concessit . et hoc presenti scripto cirographato confirmavit predictis . . abbati et conventui de Margan . et eorundem successoribus in excambium . tres acras et dimidiam prati cum suis pertinenciis in marisco Davene . Quod quidem pratum extendit se ad veterem viam in parte orientali . et ad parcum Johannis Davy in parte occidentali et eciam in terram arabilem ejusdem Johannis Davy in Claudsauan in parte boreali . et pratum fabrice de Margan quod appellatur Smythesmede in parte australi . Habendum et tenendum totum predictum pratum cum omnibus suis pertinentiis . predictis . . abbati et conventui . et eorundem successoribus . libere et quiete ab omni seculari servicio et demanda qualicunque in perpetuum. Predicti vero domina Margareta et dominus Johannes filius ejus . et heredes dicti domini Johannis sive assignati ipsius . totum predictum pratum cum omnibus suis pertinentiis . predictis . . abbati et conventui : ac eorundem successoribus warantizabunt . acquietabunt . et contra omnes mortales defendent in perpetuum. Predicti etiam abbas et conventus de Margan de eorum consilio communi . et assensu unanimi . dederunt . concesserunt . et per hoc idem scriptum cirographatum confirmaverunt predictis domine Margarete . et domino Johanni filio ejus . et heredibus et assignatis ipsius domini Johannis quinque acras prati cum suis pertinenciis in eodem marisco Davene . quarum due acre et dimidia jacent in veteri walda inter Pentirdavid in parte orientali . et pratum Ricardi le Sangare in parte occidentali . alie autem due acre et dimidia jacent inter pratum Thome Davene filii predicte domine Margarete in parte orientali . et pratum quod appellatur Lytelacre in parte occidentali . et eciam pratum Willelmi ap Jervard in parte boriali . et pratum Pentirdavid in parte australi . Habendum et tenendum predictas quinque acras prati cum omnibus suis pertinenciis predictis domine Margarete et domino Johanni filio ejus . ac heredibus et assignatis ipsius domini Johanis . libere . et quiete ab omni servicio et demanda qualicunque in perpetuum pro supradictis tribus acris et dimidia . prati cum suis pertinenciis eisdem . . abbati et conventui . et eorundem successori-

bus in excambium ut premittitur concessis. Predicti vero abbas et conventus . ac eorundem successores predictas quinque acras prati . cum omnibus suis pertinenciis . predictis domine MARGARETE . et domino JOHANNI filio ejus . ac heredibus . et assignatis ipsius domini JOHANNIS warantizabunt acquietabunt et contra omnes mortales defendent inperpetuum in forma prelibata. In cujus rei testimonium predicti domina MARGARETA et dominus JOHANNES uni parti istius scripti cirographati penes dictos abbatem et conventum remanenti sigilla sua apposuerunt. Et predicti . . abbas et conventus alteri parti ejusdem scripti cirographati penes dictos dominam MARGARETAM et dominum JOHANNEM filium ejus existenti sigillum suum commune duxerunt apponendum.

Datum apud AVENE die et anno supradictis.

Two seals, red wax, ¾in.

1. A shield of arms : per pale, dexter, a fess between six roses . sinister, three chevrons.

'S' . MARGARETE . AVENE.'

2. A shield of arms: three chevrons, between two wyverns. Above the shield, an Agnus Dei.

'S' . IOHI'S . DE . A . . . . E.'

Endorsed—'Margaret dn'a de Avene. Marisco de aven de tribus acris cum dim' prati.'

DCCCCLXXXVII.

POWER OF ATTORNEY BY DAME MARGARET DAVENE AND HER SON JOHN TO GIVE SEISIN OF THE LAND MENTIONED IN THE PREVIOUS DEED.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY AFTER INVENT. OF HOLY CROSS. 3 MAY. 1341.

Universis CHRISTI fidelibus ad quorum noticiam presentes litere pervenerint MARGARETA DAVENE domina DAVENE eternam in Domino salutem.

Noveritis me per presentes in pura et legitima viduitate mea fecisse ordinasse et constituisse Thomam Davene filium meum attornatum meum sufficientem ad ponendum religiosos viros . . abbatem et conventum de Margan in seisinam trium acrarum et dimidie prati cum suis pertinentiis in marisco Davene . quas eisdem de consilio domini Johannis Davene filii mei dedi . concessi et confirmavi in excambium pro quinque acris prati in eodem marisco Davene jacentibus cum suis pertinenciis prout in quodam scripto cirographato inde confecto plenius continetur. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum. Et quia dictum excambium de consilio . voluntate et assensu dicti domini Johannis Davene filii mei emanavit . sigillum suum presentibus similiter duxit apponendum.

Datum apud Avene die Lune proxima post festum invencionis Sancte crucis anno domini millesimo tricesimo quadragesimo primo.

Two seals, red wax, ¾in. diam., as before (see previous deed).

1. A shield per pale, dexter, a fess or bar between six roses, 3, 2, 1. Sinister, three chevrons.

Legend—'+ s' margarete . de . avene.'

2. On a shield three chevrons, and above, as a crest, a Paschal lamb.

Legend—' s' ioh' . . . de . avene.'

Lady Margaret Davene's seal is that of *Davene* on the sinister, and an uncertain coat of her *second* husband on the *dexter*. Her son John (by her *first* marriage) bears *Davene, i.e.*, three chevrons. She calls herself *Davene* because the land was independent of the second marriage, which is ignored here.

DCCCCLXXXVIII.

QUIT-CLAIM BY JOHN DAVENE, KNT., SON OF LEISAN DAVENE, OF LAND IN THE MARSH OF AVENE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY AFTER ST. JOHN ANTE P. L. 7 MAY. 1341.

Universis Sancte matris filiis ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit JOHANNES DAVENE miles filius et heres domini LEISANI DAVENE eternam in Domino salutem.

Noveritis me concessisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis et assignatis in perpetuum quietum clamasse religiosis viris . . abbati et conventui de MARGAN et eorundem successoribus totum jus et clamium quod habui vel habere potero quovis modo in tribus acris et dimidia prati cum suis pertinenciis in marisco DAVENE quas habuerunt de domina MARGARETA DAVENE matre mea in pura et legittima viduitate sua de consilio et assensu meo in excambium pro quinque acris prati in eodem marisco DAVENE. Que quidem tres acre et dimidia prati extendunt se ad veterem viam in parte orientali et ad pratum JOHANNIS DAVY in parte occidentali et ad terram arabilem ejusdem JOHANNIS DAVY in CLAUDSAUAN in parte boriali, et pratum fabrice de MARGAN quod dicitur SMYTHESMEDE in parte australi. Habendum et tenendum predictas tres acras et dimidiam prati cum suis pertinenciis . predictis . . abbati et conventui et eorundem successoribus libere et quiete ab omni seculari servicio et demanda qualicumque. Ita plane quod nec ego predictus JOHANNES nec heredes mei vel assignati nec aliquis nomine nostro aliquid juris vel clamii in predictis tribus acris et dimidia prati cum suis pertinenciis exigere vel vendicare poterimus in perpetuum. Et ego predictus JOHANNES et heredes mei et assignati predictas tres acras et dimidiam prati cum suis pertinenciis . predictis . . abbati et conventui et eorundem

successoribus contra omnes mortales warentizabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium sigillum meum huic presenti scripto duxi apponendum.

Datum apud Avenam die Lune proxima post festum beati Johannis ante portam Latinam anno domini millesimo ccc$^{mo.}$ quadragesimo primo.

Seal as before, red wax, chipped.

Endorsed—'Johannes de Avene, miles.' 'Tres acre et dimidia prati in Avan sub metis. 1341.'

DCCCCLXXXIX.

GRANT BY WILLIAM OF ST. DONAT'S, ABBOT OF NEATH, TO SIR EDWARD DE STRADELYNGH, LORD OF ST. DONAT'S ENGLISHRY, AND HIS WIFE, OF SPIRITUAL PARTICIPATION AND ANNIVERSARY IN THE ABBEY.

[Francis MS.]

20 Oct. 15 Edw. III. 1341.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris frater Willelmus de Sancto Donato abbas monasterii beate Marie de Neth et ejusdem loci conventus salutem in Domino. Cum dominus Edwardus de Stradelyngh miles dominus de Sancto Donato Anglicano nuper nos per cartam suam feoffavit de una acra terre in dicta villa de Sancto Donato simul cum advocacione ecclesie ejusdem ville prout in carta predicta domini Edwardi nobis inde confecta plenius continetur . Nos volentes super hoc vicem pro vice reddere salutarem . Concedimus eidem domino Edwardo pro nobis et successoribus nostris quod ipse et Elena consors ejus et omnes liberi eorum decetero fiant participes omnium bonorum spiritualium que fient in monasterio nostro predicto imperpetuum.

Preterea concedimus pro nobis et successoribus nostris eidem domino Edwardo quod anniversarium ipsius post decessum suum fiet in monasterio nostro de Neth

de anno in annum die obitus sui vel proximo die sequente quo commodius fieri poterit sine ordinis nostri offensione . adeo solempniter et devote sicut anniversarium alicujus abbatis domus predicte per nos fieri solebat secundum ordinis constitucionem. Ad quod quidem anniversarium de anno in annum ut premittitur fideliter faciendum obligamus nos et successores nostros terras et tenementa bona et catella nostra districcioni et cohercioni cujuscunque judicis ecclesiastici seu secularis imperpetuum. Et si contingat nos vel successores nostros de predicto anniversario de anno in annum faciendo cessare quod absit volumus et concedimus pro nobis et successoribus nostris teneri et obligari heredibus dicti domini Edwardi in centum solidis argenti nomine puri debiti . et in aliis centum solidis domino Gladmorgan qui pro tempore fuerit . Solvendum eisdem heredibus et domino infra mensem apud Sanctum Donatum . postquam cessaverimus a celebracione anniversarii supradicti et de hoc rite convicti fuerimus coram aliquo de judicibus memoratis . quem iidem heredes vel aliquis eorum dixerit* seu dixerint* eligendum cujus jurisdiccioni coercioni districcioni submittimus nos in hac parte . hac obligacione penali semper rata manente. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo conventus nostri predicti presenti scripto sunt a[p]pensa. Hiis testibus . Domino Gilberto de Turbirvill' . Henrico de Unframvill' . Rogero de Berkerol' . Johanne de Avene . Johanne de Langeton militibus . Johanne le Norreys . Matheo le Soer . Johanne de Anne . Johanne clerico de Lanyltwyt . Johanne le Ware . Johanne de la Broke . Johanne Clement . Henrico Ffaukons . et aliis.

Datum apud monasterium nostrum predictum vicesimo die mensis Octobris . anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo . et anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum quinto decimo.

Seal wanting.

Endorsed—' Copia de oracionibus faciendis per abbatem de Neth.'

St. Donats, in 1153–88, had a chapel, and as no church is mentioned, it was probably not then a parish. Whether Will. de St. Donats, whose name occurs in 1196–1218, was a layman, or a priest designated from his cure, is uncertain.

There was, however, a family of this name, of whom Thomas, son of Will. de St. Donats, was chaplain of Kenfig, and who, in 1264, gave land to Margam ; and Baldwin de St. Donats occurs temp. Edw. III.

The family of Van, sometimes written de Anne, and probably in one instance, Avan, appear from the Welsh pedigree, to have resided at Marcross for 15 generations : the last being Mary Van, who proved her father's will in 1691, described there as Mary Wyndham, widow. They gave off the cadet branches of Van, of Marshfield, Llanwern, and three others, nor is the name yet extinct in Monmouthshire.

Robert de Anne was a member of the Comitatus in 1266, and witnessed charters [DCXXXII.,DXLIX., S.D.], and 1305 [DCCCL.]

The sons of John seem to have been another John and Henry.

John the II., probably a minor, in 1317, when Margaret, widow of John de Anne, held half a fee in Marcross, value £10, and the other half fee, value 10 marcs, was held by John de la Bere. In the Spencer survey [1320] the two halves were held by Richard Bassett and George Van, value 10 marcs ; possibly George is an error for John [DCCCLXXXVI.] In 1341 John occurs as a witness [DCCCCLXXXIX.] It seems probable that it was this John who held at his death, of the heirs of Hugh le Despenser, the Manor of Marcross by the seisin of one Knight's fee, value 37s. 6d., and whose son and heir was also John.

In 1411, the name John de Anne appears as an alias of John de Stradling, junior [MCV.] His son Henry was of Marcross in 1386, 9 Richard II.

**For* duxerit—duxerint.

DCCCCXC.

ROYAL INSPEXIMUS OF A PROCESS IN THE EXCHEQUER AGAINST THOMAS DE MULTON RESPECTING CONCEALED RENTS OF THE ABBEY OF LLANGENETH.

[Rot. Pat. 16 Edw. III., pt. 2, memb. 26.]

18 June. 16 Edw. III. 1342.

Pro abbate de Langenet.

Rex omnibus ad quos, etc., salutem.

Inspeximus tenorem cujusdam processus habiti in curia domini Edwardi quondam Regis Anglie avi nostri coram Baronibus suis de scaccario quem coram nobis in Cancellaria nostra certis de causis venire fecimus in hec verba :—

Processus habitus coram Baronibus de scaccario Regis Edwardi filii Regis Henrici in rotulo de statu religiosorum alienigenarum de anno xxvij. dicti Regis Edwardi :—Lincolnia. Memorandum quod viij. die Octobris anno xxvij. finiente, incipiente xxviij., datum est intelligi Thesaurario et Baronibus

de scaccario quod THOMAS de MULTON' de FRAMPTON' tenet quasdam terras et tenementa in SALFLETEBY in comitatu LINCOLNIENSI de abbate et monachis de LANGENET de BRITANNIA, qui sunt de potestate et dominio Regis FRANCORUM per servicium reddendi eisdem per annum XIX$^{li.}$ XVJ$^{d.}$ ob. ad festum Sancti MICHAELIS et quod predictus redditus non fuit solutus domino Regi a tempore quo guerra mota fuit inter Regem et dictum Regem FRANCORUM occasione cujus guerre Rex capi fecit in manum suam omnes terras et tenementa redditus et possessiones bona et catalla que omnes illi qui erant de potestate et dominio dicti Regis FRANCORUM habebant in rego ANGLIE tempore predicte guerre suborte et quod dictus THOMAS dictum redditum concelavit per totum tempus supradictum, videlicet per sex annos festo Sancti MICHAELIS anno XXIJ. finiente quo anno dicta guerra promota fuit computato pro primo termino et festo Sancti MICHAELIS anno XXVIJ. finiente computato pro ultimo termino, unde summa est CXIIIJ$^{li.}$ VIIJ$^{s.}$ IIJ$^{d.}$ per quod eodem die mandatum est eidem quod sit coram Thesaurario et Baronibus de scaccario apud EBORACUM in crastino Sancti MARTINI ad reddendum Regi redditum predictum de toto tempore predicto et ad faciendum ulterius quod Rex super hoc duxerit ordinandum. Ad quem diem idem THOMAS venit et per dictos Thesaurarium et Barones allocutus est quare cum constiterit ei et constare debet quod per dominum Regem et consilium suum fuisset ordinatum quod omnes exitus et redditus proficua terre et tenementa alienigenarum de potestate et dominio dicti Regis FRANCORUM in dicto regno ANGLIE occasione dicte guerre caperentur in manum Regis et inde responderetur Regi ad scaccarium durante guerra predicta ad voluntatem ipsius domini Regis idem THOMAS redditum predictum per totum tempus supradictum in dampnum et decepcionem ipsius domini Regis concelavit. Et dictus THOMAS bene cognovit quod tenet tenementa predicta de predictis abbate et monachis de LANGENET per servicium reddendi eis per annum XIX$^{li.}$ XVJ$^{d.}$ ob. ad festum Sancti MICHAELIS. Et dicit quod non concelavit redditum predictum ad dampnum Regis quia dicit quod tempore quo primo dicta guerra mota fuit et diu post fuit idem THOMAS infra etatem et in custodia

Willelmi nuper Eliensis episcopi per quod non constabat ei de ordinacione sic facta de terris redditibus et bonis hujusmodi alienigenarum capiendis in manum Regis, petit quod defectus solucionis ejusdem non imputetur ei. Ex quo constat curie quod dictus episcopus custos terrarum dicti Thome non solvit dictum redditum domino Regi de tempore quo inde habuit custodiam. Et idem Thomas bene cognovit quod ipse nichil inde solvit Regi a tempore quo fuit legitime etatis usque nunc et paratus est satisfacere domino Regi de predictis cxiiij^li. viij^s. iij^d. de arreragiis redditus predicti de sex annis predictis juxta ordinationem predictam. Et de gratia Thesaurarii et Baronum concessum est ei quod reddat Regi predictas cxiiij^li. viij^s. iij^d. qui a retro sunt de tempore predicto. Et quod ipse non gravetur vel occasionetur de hoc quod redditus predictus tam diu a retro extitit. Ita quod solvat Regi ad scaccarium de cetero dictas xix^li. xvj^d. ob. ad festum Sancti Michaelis annuatim et nichil inde reddet dictis abbati et monachis sine speciali mandato Regis sub gravi forisfactura, etc. quousque aliud Rex super hoc duxerit ordinandum, etc. Postea idem Thomas attachiatus est de eodem debito ad decem libras per annum solvendum ad festum Sancti Michaelis et solvet Regi per annum ad idem festum Sancti Michaelis, tam predictas xix^li. xvj^d. ob. de firma predicta quamdiu Rex firmam illam percipere velit, quam predictas x^li. ad quas sic attachiatur per annum ad eundem terminum quousque predicte cxiiij^li. viij^s. iij^d. adhuc ut predictum est aretro existentes Regi plenarie persolvantur.

Nos autem tenorem processus predicti ad requisicionem abbatis de Langenet' tenore presentium duximus exemplificandum. In cujus, etc. Teste Rege apud Wodestok', xviij. die Junii.

DCCCCXCI.

GRANT BY HUGH LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN AND MORGAN, OF FREE WARREN IN THEIR RABBIT-WARREN OF BERWES (OR THE BURROWS), BETWEEN THE WATERS OF AVENE AND KENFIG, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

16 Feb. 18 Edw. III. 1344.

Hugo le Despenser dominus Glamorgan et Morgannoc omnibus Christi fidelibus presentem cartam inspecturis salutem.

Sciatis nos de gratia nostra speciali dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse dilectis nobis in Christo abbati et conventui B. M. de Margan liberam warrennam per totum cunicularium suum de Berwes inter aquam de Avene et aquam de Kenefeg in parte occidentali usque ad mare et sicut via regalis se extendit de villa de Avene ad villam de Kenefeg in parte orientali. Ita quod nullus de cetero fugat ibidem nec aliqua alia capiat que ad liberam warrennam pertinent absque licencia et voluntate predictorum abbatis et conventus sub forisfactura qua decet secundum formam statuti inde provisi. Habendum et tenendum predictam warrennam per totum cunicularium predictum predictis abbati et conventui et eorum successoribus de nobis et heredibus nostris in puram et perpetuam elemosinam absque clamio aut vendicatione nostra seu heredum nostrorum predictorum imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de Kaerdif duximus apponendum. Hiis testibus . Matheo le Soor tunc vicecomite nostro . domino Rogero la Warde . domino Thoma ap Aron militibus . domino Johanne de Hampslape . domino Johanne de Coventre . et aliis.

Datum apud Kaerdif sextodecimo die mensis Februarii anno regni Regis Edwardi tertii post conquestum decimo octavo.

No seal.

Endorsed—'The grant of a warren or connigry to be betwixt Avan and Kenfeg upon the borroes.'

DCCCCXCII.

QUIT-CLAIM BY WILLIAM DE MARLE OF PASTURE IN ST. MICHAEL'S GRANGE TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] Midsummer. 1344.

Omnibus Christi fidelibus ad quorum noticiam presentes literæ pervenerint Willelmus de Marle eternam in Domino salutem.

Cum aliquociens et quadam speciali gratia religiosorum virorum . . abbatis et conventus de Margan, pasturam pro bobus vaccis et aliis averiis meis habuerim super terras eorundem in grangia de Sancto Michaele quam quidem pasturam ex quadam animi levitate ad usus animalium meorum predictorum annuatim vendicaverim tanquam jus habens in eadem . Noveritis me spiritu ductum veritatis relaxasse et per presentes omnino quietum clamasse pro me et heredibus meis et assignatis in perpetuum totum jus et clamium quod habeo habui vel habere potero quovismodo in predictis pasturis . seu in alia quacunque super terram predictorum . . abbatis et conventus quandocunque. Ita videlicet quod nec ego nec heredes mei vel assignati . nec aliquis alius per nos seu nomine nostro aliquid juris vel clamii in supradicta pastura seu in aliqua alia quacunque super terram dictorum . . abbatis et conventus ut premittitur exigere vel vendicare poterimus quandocunque inperpetuum . Set exclusi simus per presentes ab omni actione tam reali quam personali dictam pasturam concernente utrobique .

omnibus temporibus eternaliter duraturum. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum . sigillum JOHANNIS LOVEL apponi procuravi.

Datum apud MARGAN in festo beati JOHANNIS BAPTISTE anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ quadragesimo quarto.

Three seals. 1 and 3 gone.

2. Red wax, ⅞in. diam. A shield of arms: a saltire below four pheons. Between two wyverns. The guige or strap of the shield is over it.

Legend—' + s' . IOHANNIS . LOVEL.'

Endorsed—' Littera acquietat' Willelmi Marle.'

DCCCCXCIII.

GRANT BY JOHN DE PENNARTH OF CARDIFF OF A BURGAGE IN CARDIFF TO NICHOLAS DE PENNARTH.

[CARNE MS.]

ST. GEORGE'S DAY. 23 APRIL. 1345.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES de PENNARTH de KAERDIF senior dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Domino NICHOLAO de PENNARTH capellano filio meo dimidium burgagium edificatum jacens in burgo de KAERDIF inter burgagium meum in parte australi et burgagium dicti domini NICHOLAI in parte boriali. Et extendit se in longitudine a muro domini abbatis et conventus de THEOKESBURY ex parte occidentali usque ad viam regiam ex parte orientali. Habendum et tenendum predictum dimidium burgagium cum suis pertinentiis prefato Domino NICHOLAO et heredibus suis vel assignatis de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et consueta libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum. Et ego vero predictus JOHANNES dimidium burgagium cum suis pertinentiis

dicto domino NICHOLAO et heredibus suis vel assignatis contra omnes mortales warantizabimus [et defendemus in] perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui.

Hiis testibus . THOMA le BARBOUR et WILLELMO . . . NY tunc prepositis burgi de KAERDIF . JOHANNE le BOTYLER tunc ballivo eiusdem burgi . RICHARDO le BARBOUR . JOHANNE JOSEPH . RESO DU . JOHANNE ADAM . JOHANNE PAYER . WILLELMO TOP . WALTERO ADAM . et multis aliis.

Datum apud KAERDIF die Sabbati in festo Sancti GEORGII martiris anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum decimo nono.

Seal wanting.

DCCCCXCIV.

CONFIRMATION BY HUGH LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, TO MARGAM, OF ALL POSSESSIONS, ON CONDITION OF AN ANNIVERSARY SERVICE ON HIS BIRTHDAY YEARLY AND AT HIS OBIT, TO THE PERFORMANCE OF WHICH THEY PLEDGE THE MANOR OF LANMEUTHIN.

[MARGAM CHARTER.]

15 FEB. . . . EDW. III. BEFORE 1347.

[HUGO le DESPENSER] dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE omnibus hominibus suis ANGLICIS et WALLENSIBUS ac vicecomiti suo et omnibus ballivis et ministris suis parcium . . . . [de] gracia nostra speciali ac pro salute anime nostre et salute omnium antecessorum et successorum nostrorum dederimus concesserimus . . . . . . MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam totam terram de . . . . . . s in cartis MORGANI ap CRADOC et LEISANI filii ejus per nos prius confirmatis . . . . . . ibus metis et bundis quedam altercacio nuper coram vicecomite nostro hinc inde fa[cta] ut . . . . as

infra metas et bundas predictas inibi existentes quibusdam de causis . . . . . nes et elemosinarum largiciones pro nobis et antecessoribus nostris per ipsos monachos . . . . confirmantes dictas terras cum omnibus suis pertinenciis in manus nostras per ipsum vicecomitem nostrum sic seisitas Deo et predicte ecclesie beate MARIE de [M]ARGAN et ipsis monachis ibidem Deo servientibus una cum omnibus aliis terris suis de ROSSOULIN et earum pertinenciis per nos alias confirmatis concedimus [et] confirmamus in puram et perpetuam elemosinam pro nobis et heredibus nostris sive assignatis inperpetuum volentes et concedentes pro nobis et heredibus nostris [et] assignatis quod locus nunc cursus aque de NETH' amodo sit meta et bunda inter terras nostras et terras predictorum monachorum licet in futurum . . . . suum clamaverint qualitercunque. Pro hac autem donacione concessione et presentis carte nostre confirmacione predicti monachi in eorum pleno capitulo . . . . . . eorum omnium unanimi assensu ac de eorum abbatis voluntate et consensu promiserunt stipulaverunt . ac nobis concesserunt ob reverenciam nativitatis [nostre] et honorem annuatim dum vixerimus . in previgilia beati VALENTINI martiris a quolibet eorum sacerdote cum tribus diebus sequentibus unam missam de [beata] Virgine ita quod ipso die nativitatis nostre [sacerdos] qui pro tempore fuerit officium misse in choro solempniter celebrabit. Monachi vero ad [ordin]em presbiteratus minime promoti ipsis tribus prenominatis diebus psalterium beate Virginis dicent pia mente. Septem pauperes pascendo et p . . . . ic' . . . . . . sicut monachi ipso die pascuntur, vestiendo et calciando more consueto. Cum vero de nobis humanitus contigerit . . . . suffragia p . . . . . asta in officium defunctorum plenarie convertentur inperpetuum pauperibus memoratis annuatim recreandis. Ad hec omnia et singula ut premitt[itu]r facienda et devote observanda dicti monachi de eorum abbatis consènsu manerium suum de LANMEUTH[IN] nobis obligarunt prout in eorum oblig[acione] continetur quare et precipimus quod predicti monachi habeant et teneant omnia supradicta plene . integre et pacifice sine aliqua perturba[cione cal]umpnia . . . . p . . . . in forma prenominata. In cujus

rei testimonium sigillum cancellarie nostre de KAERDIF huic presenti carte du[ximus apponen]dum in curia nostra de KAERDIF quintodecimo die mensis Februarii anno r. Regni EDWARDI tercii a conquestu . . . . me ipso ac domino MATHEO . . . . [vicecomit]e GLAMORGANCIE . domino JOHANNE le NORREIS . domino THOMA de FALLESLEYE . domino . . . . ROBERTO de . . . . auditore compotorum nostrorum . domino JOHANNE de COVENTRE[1] tunc thesaurario et cancellario . . . . JOHANNE LOVEL . ROB[ERTO] tunc ballivo comitatus nostri GOH[ERIE] . . . .

Imperfect seal, as before described, green wax. Appended by a yellow silk cord of two plaits.

Much injured by rats.

(1) John de Coventry, here attesting as Treasurer and Chancellor [of Llandaff ?] became Archdeacon of Llandaff in 1347 (Hardy's Le Neve's *Fasti*). We may therefore safely date this deed prior to 1347.

DCCCCXCV.

CHARTER BY LAURENCE ROGGE OF CARDIFF, TO JOHN MODY THE ELDER, OF CROCKARTON, OF LAND IN THE WEST MOORS NEAR CARDIFF.

[CARNE MS.]

24 JULY. 22 EDW. III. 1348.

Sciant presentes et futuri quod ego LAURENCIUS ROGGE de KAERDIF dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI MODY seniori de CROCKARTON[1] unam acram prati cum pertinentiis jacentem in WESTMORE juxta CAERDYF in latitudine inter pratum meum proprium in parte occidentali et pratum capitalis domini in parte orientali et in longitudine inter terram quondam JOHANNIS de la MORE in parte australi et pratum JOHANNIS COTILER senioris in parte boriali. Habendum et tenendum dictam acram prati cum omnibus suis pertinentiis predicto JOHANNI MODY et heredibus suis vel suis

assignatis de me et heredibus meis libere integre bene et in pace jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis imperpetuum duos denarios argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis et secularibus demandis. Et ego dictus LAURENCIUS ROGGE et heredes mei dictam acram prati cum omnibus suis pertinentiis predicto JOHANNI MODY et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . JOHANNE JOSEP . THOMA BARBOUR . prepositis burgi de KAERDIFF . THOMA PENNARTH tunc ballivo . JOHANNE COTELER seniori . WILLELMO TORP . WILLELMO DAVI et aliis.

Datum apud KAERDYF in vigilia Sancti JACOBI apostoli anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum vicesimo secundo.

(1) Crockarton or Crockherbton, the Eastern suburb of Cardiff.

DCCCCXCVI.

AGREEMENT BETWEEN THE ABBOT OF MARGAM AND JOHN LANGE CONCERNING THE REPARATION OF THE SEA WALLS IN AVAN MARSH.

[HARL. CHARTER, 75 A. 44.] 6 DEC. 1349.

Hec indentura facta in festo beati NICHOLAI episcopi et confessoris anno domini millesimo ccc^mo. quadragesimo nono inter abbatem de MARGAN ex parte una et JOHANNEM LANGE et JEVAN ap PHELIPOT de AVENE ex parte altera testatur quod prefatus abbas tradidit et concessit eisdem JOHANNI et JEVAN octo acras terre arabilis de dominico grangie sue de TERRYS ad terminum vite eorundem sub forma que sequitur . videlicet quod a supradicto festo reparabunt et sustentabunt et manutenebunt omnes waldas marinas ipsius abbatis in marisco de AVENE contra omnia pericula marina tantummodo absque defectu eorum sumptibus

propriis et expensis excepto opere ligneo goutes[1] dictas waldas concernente. Que quidem goute si indiguerint amoveri seu eciam reponi sumptibus ipsius abbatis et custagiis dicti JOHANNES et JEVAN amovebunt et iterum reponent . pasturis dictarum waldarum ipsis JOHANNI et JEVAN pro averiis suis pascendis absque ipsarum pejoracione integre remanentibus. Si vero contingat inundaciones maris transire cilium memoratarum waldarum ipsas waldas tam enormiter frangendo, quod non possent inter duas tydas maris fluentis et refluentis per ipsos JOHANNEM et JEUAN absque imminenti periculo reparari quod absit tunc predictus abbas eisdem juvamen exhibebit pro dicto pericŭlo securius evitando. Ad que omnia et singula premissa fideliter observanda in forma prenotata predicti JOHANNES et JEVAN obligant se et omnia bona sua mobilia et immobilia per presentes ad quorumcunque manus devenerint tam infra libertates cujuscumque dominii quam extra cohercioni et districcioni ipsius abbatis quousque plenarie sibi fuerit satisfactum si dampnum quodcunque in premissis per eorundem defectum acciderit quandocunque. Preterea dictus abbas concessit cuilibet eorundem JOHANNIS et JEVAN per ebdomodam duas summas de mortuo bosco suo per forestarium suum eisdem liberandas per tempus superius annotatum. Ita tamen quod si inventi fuerint quandocunque aliquid viride succidere aut asportare quod super hiis respondebunt in curia ipsius abbatis et amerciabuntur secundum delicti quantitatem pro qualibet vice. In cujus rei testimonium huic presenti indenture partes prenominate sigilla sua alternatim apposuerunt.

Datum apud MARGAN die et anno supradictis.

Endorsed—‘ Avan de reparacione waldorum in Avan.’

Two seals originally :

(1) Red wax, a rosette.

‘ + S’ WILL’I SCH . . . .’

(2) Lost.

A deed ‘in modo indenture’ so called because its upper margin was indented, so that being prepared and cut in duplicate, the two parts when brought together at any subsequent period could then afford proof of their common origin. The word ‘Indenture’ was also written across the indentations. Sometimes the deed was called a ‘cyrograph,’ that being the word written.

If there were more than two parties to an indenture a corresponding number of copies were prepared and cut through, each bearing the seals of the several parties. Indenting was a very ancient practice, and indentures of the 9th century have been preserved.

This indenture bound certain tenants of Margam to keep in repair the sea-wall or bank, thrown up, possibly in Roman times, to protect the marshy shore lands from the incursions of the sea, an obligation which was inherited by the Mansels with the property of the Abbey.

A similar earthen bank was constructed and still exists along the shore of Wentloog, from the mouth of the Rhymney to that of the Ebbw, and is kept in repair by Lord Tredegar and the other landowners. The indenture sets forth the duties of the landlords and their tenants with sufficient accuracy.

(1) Et, erased here in the MS.

DCCCCXCVII.

AGREEMENT BETWEEN THE ABBOT AND CONVENT OF MARGAM AND THOMAS, LORD OF AVENE, CONCERNING THE REPARATION OF THE MARSH OF AVENE, AND THE IMPOUNDING OF CATTLE THERE.

[MARGAM CHARTER.]

1. JAN. 1349 FOR 1350.

Hec indentura facta primo die mensis Januarii . anno Domini M$^{o.}$ ccc$^{mo.}$ quadragesimo nono inter abbatem et conventum de MARGAN . ex parte una et THOMAM de AVENE filium domini JOHANNIS de AVENE domini de AVENE . ex parte altera testatur quod cum diverse querele commociones et contentiones mote ex utraque parte fuissent suscitate pro quadam reparacione et fossacione walde ipsorum abbatis et conventus in marisco de AVENE juxta CORNEMERSHE et NEUMERSHE . ac eciam pro imparcacione averiorum et animalium hominum ipsius THOME facta per dictos abbatem et conventum extra ipsius dominium ut sibi videbatur minus juste . Amicis tandem intervenientibus partes prenominate absque lite seu placito amicabili composicione convenerunt sub hac forma . videlicet quod dicti abbas et conventus dicto THOME et ejusdem consilio ostenderent si quid juris haberent in solo annexo dicte walde pro ipsa eadem fossanda et reparanda . necessitate ingruente. Qui quidem die super hiis assignato . cartas LEISANI et MORGANI filiorum MORGANI ap CRADOK' . ac eciam confirmacionem

Morgani Gam fratris eorundem patencius ostendebant, declarantes satis plane et dilucide jus ipsorum abbatis et conventus in solo prenominato habendo cum indiguerint utrobique. Quas quidem cartas et confirmacionem matura deliberacione prehabita predictus Thomas pro se et heredibus suis et assignatis confirmavit et per presentes indenturas ratificavit in perpetuum. Ita videlicet quod predictos . . abbatem et conventum in premissis non vexabit, non impediet . nec eorundem operarios perturbabit qualitercunque. Predicti vero abbas et conventus super inparcacione prenominata concesserunt pro se et successoribus suis quod decetero averia . seu animalia hominum ipsius Thome extra dominium suum nullatenus inparcabunt . set in ipsius proprio domino secundum vim formam et tenorem carte domini Leisani avi sui quondam domini de Avene super hiis edite . quam quidem cartam dictus Thomas confirmavit per hanc presentem indenturam . ac eandem ratificavit pro se et heredibus suis et assignatis et hominibus suis inperpetuum. Volentes ex utraque parte quod si homines ipsorum abbatis et conventus infra dominium ipsius Thome deliquerint quandocunque . quod ibidem attachientur . et in ejus curia secundum quantitatem delicti punientur. Pari modo si homines ipsius Thome infra terras vel nemora dictorum abbatis et conventus forisfecerint . quod ibidem attachientur in quorum curia absque calumpnia vel cavillacione erunt responsuri . et secundum quantitatem delicti per omnia puniendi. In cujus rei testimonium partes prenominate huic presenti indenture sigilla sua alternatim apposuerunt.

Datum apud Margan die et anno supradictis.

Endorsed—'Reparacio walde juxta Cormershe et Neumershe.' 'Thomas de Avon, 1349.'

Seal, red wax, fragmentary, $\frac{7}{8}$in. A shield of arms: three chevrons, a label of as many points in chief. Within a Gothic trefoil panel, ornamented with ball-flowers along the inner edge.

'. . . . . E . DE . AVENE.'

DCCCCXCVIII.

TRANSLATION OF A GRANT BY THOMAS DE AVENE, SON OF SIR JOHN DE AVENE, KNIGHT, OF LAND IN THE MARSH OF AVENE, TO MARGAM ABBEY, AND CONFIRMATION OF FORMER GRANTS.

[Dugd. Monas. v. 741.]

10 Feb. 1349 for 1350.

To all Christian people to whose knowledge this present writing shall come, Thomas de Avene, the son of Sir John Avene, knight, lord of Avene, wisheth eternal happiness. Be it known unto you that I have, for the salvation of my soul, and for the souls of my father and mother, and of all my ancestors and successors, granted, released, and entirely quitted claim, for myself and my heirs and assigns for ever, to God and the Church of St. Mary of Margan, and the monks serving God therein, as a free and perpetual alms, all the title I have had, or might any way have, to three acres and an half of meadow land, with its appurtenances, in the marsh of Avene, which I have had from the Lady Margaret de Avene, in her free and legal widowhood, in exchange for five acres of meadow, in the same marsh of Avene, by the advice and consent of the aforesaid Sir John de Avene, my father. Which three acres and an half of meadow begin at the highway eastward, and reach westward to John Davy's meadow, and to arable land in Clavdsavvan northward, and southward to a meadow of the house of Margan, called Smith's Mead. The said three acres and an half, to have and to hold, as a free and perpetual alms, in such manner, that neither I, the said Thomas de Avene, nor my heirs, nor assigns, nor any one in our name can ever require or

claim any right or title to the said three acres and an half of meadow, but are by this present writing perpetually excluded. And furthermore, I, the said Thomas de Avene, and my heirs and assigns, shall for ever defend, warrant, and maintain the said three acres and an half of meadow, with the appurtenances thereunto belonging, against all men.

Moreover, I, the said Thomas de Avene, having, after a diligent view thereof, considered the noble and magnificent structure of the walls continually made in the said monastery, have granted, and by these presents confirmed unto the said monks all donations, grants, confirmations, and sales whatsoever, which they enjoy by the bounty of all my predecessors and their vassals; namely, whatever they have by the gift of Morgan ap Cradoc, as well in Rhosovlyn, as in the marsh and moor of Avene, in lands, meadows, herbage, pastures, and in all the woods and appurtenances thereof, according to the tenor of the charters of the said Morgan. Also whatever they have by the gift of Leysan and Owen, the sons of the same Morgan: and all they have by the gift of Morgan Cam and his heirs. Also all they enjoy by the bounty of Morgan Vaghan and Sir Leysan, the sons of the said Morgan Cam. Likewise whatever they have by the gift of Sir John de Avene, my father, as well in Rhosovlyn, as in the marsh of Avene. All these donations, grants, confirmations, and sales, by all my ancestors, and their vassals, in what manner soever made over to the said monks, I bestow, grant and confirm, and by this my present writing, ratify in my own name, and also for my heirs and assigns, in such manner that they are to have and enjoy for ever all that is above specify'd in as free and quiet a possession as any other alms whatever may be held and enjoy'd. Granting nevertheless and confirming to the said monks, for myself and heirs and assigns for ever, all the hurdles or rods they shall have occasion for, on all the lands of my Lordship, towards fishing in the water of Avene, without any lett or hindrance; and also, that they have free ingress and egress over all my lands, as well in the summer as winter, for their carriages from Rossovlyn to their abbey, without giving them any lett or molestation, on

that account, at any time whatsoever. In testimony of all such promises, I have affix'd my seal to this present writing.

Dated at AVENE, the tenth of February, one thousand three hundred forty-nine.

Entitled—'The Grant of Th. de Aven to the Abbey of Margam, as I found it translated into English among the collections of the late Mr. Hugh Thomas, without mentioning whence he had it.' Steevens' *Cont. of Monast.* II. 53.

DCCCCXCIX.

LETTER OF ATTORNEY BY SIR ROGER DE BERKEROLES, TO WILLIAM BACHILER, RECTOR OF JEOLISTON, AND REES LYA, TO DELIVER TO HIS SON GILBERT SEISIN OF THE MANORS OF EAST ORCHARD, LANDEFEY, ETC.

[G. G. F.]

13 APRIL. 24 EDW. III. 1350.

Pateat universis per presentes quod ego ROGERUS de BERKEROLES miles attornavi et loco meo posui dilectos mihi in CHRISTO dominum WILLELMUM BACHILER rectorem ecclesie de JEOLISTON[1] et REES LYA conjunctim et divisim ad liberandum GILBERTO filio meo liberam et pacificam seysynam de maneriis meis ESTORCHARD LANDEFEY[2] et MARTHILMAURE[3] cum omnibus suis pertinenciis in dominio de GLAMORGAN juxta tenorem vim et effectum carte mee eidem GILBERTO inde per me confecte . ratum et gratum promittens me habiturum quicquid iidem dominus WILLELMUS et REES attornati mei aut unus eorum nomine meo fecerint aut fecerit in premissis. In cujus rei testimonium huic presenti litere sigillum meum apposui.

Data apud ESTORCHARD terciodecimo die mensis Aprilis . anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum vicesimo quarto.

Seal, red wax, broken and defaced. Deed poll.

(1) Gileston. (2) Lampha or Lamphey. (3) Merthyr-Maur.

M.

INSPEXIMUS BY JOHN DE MOUMBRAY, LORD OF THE HONOURS OF BREMBRE, GOUHER, AND THE ISLE OF HAXHOLME, OF A GRANT BY HIS GRANDFATHER, WILLIAM DE BREOUSE, TO MARGAM.

[MARGAM CHARTER.]

12 AUG. 3 EDW. II. 1309.

16 APRIL. 24 EDW. III. 1350.

JOHAN de MOUMBRAY seignur de les honurs de BREMBRE, de GOUHER, et del ilde de HAXHOLME, a touz noz ministres et baillifs es parties de GOUHER salutz en Dieu.

Sachez nous a la fesaunce de cestes auoir oy et regarde les lettres patentes nostre treshonurez et cher ayel mounsire WILLIAME de BREUOSE grauntez a . . labbe et couent de MARGAN en paroles qe ensiwent :—

A toutz qe cestes lettres verront ou orrount . WILLIAME de BREOUSE seignur del honur de BREMBRE et de GOUHER salutz en Dieu.

Sachez nous a la fesaunce de cestes pur les almes noz auncestres auoir donez et grauntez . pur nous . et por noz heyrs . et pur noz assignez pur toutz iours a noz chers religious en Dieu . . labbe et couent de MARGAN et a totes lour gentz qe de labbeye sount qil puissent achater et vendre fraunchemente totes manoires des marchaundises par my et par tot nostre tere de GOUHER . sauntz toneau . ou nul altre custume doner . En testmoignaunce de qele chose nous auouns fait faire ceste lettre patente ensealez de nostre seal . Donne a MARGAN le dozisme iour du moys daugust lan du regne le Roi EDWARD filtz au Roy EDWARD tierz.

Et nous le auaunt dit JOHAN de MOUNBRAY eyaunt regard a les eoures de charite qe sount fait et meingtenuz en la auaundite abbeye de MARGAN pur les almes noz auncestres et noz successours grauntouns confermouns et ratefiouns les auauntdites lettres nostre dit ayel oue la fraunchise contenuez en yceles pur

nous . et pur noz heyrs et pur noz assignez a touz iours . En testmoignaunce de quele nostre confirmacioun nous auons fait faire cestres lettres patentes ensealez de nostre seal.

Escript a nostre chastel de OSTREMEU le XVI. iour daueril . lan du regne le Roy EDWARD tierz puis le conqueste vintisme quart.

Fine seal, red wax, imperfect edge, 1⅞in. diam. A shield of arms. A lion rampant, for MOUBRAY, between two wyverns with tails nowy, within a richly-carved Gothic panel, ornamented with ball-flowers along the inner edge.

'. . . . . OUBRAY . . . . . XTH . . . BREMBRE . ET . GO . . .'

Endorsed—'A discharge for the howse of Morgan of all tolle in Gower.'

MI.

CHARTER OF CONFIRMATION AND LIBERTIES BY THOMAS DE AVENE, TO THE BURGESSES AND OTHERS OF THE TOWN OF AVENE, *i.e.*, ABERAVON.

[LORD SWANSEA].

26 APRIL. 24 EDW. III. 1350.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris THOMAS de AVENE filius domini JOHANNIS de AVENE dominus de AVENE salutem in Domino sempiternam. Noveritis universi me concessisse relaxasse et pro me et heredibus meis quietum clamasse omnibus burgensibus et chenceriis meis et omnibus hominibus Anglicanis meis in villa mea de AVENE et extra villam omnes libertates in dicta villa de AVENE et in toto dominio meo infra limites de AVENE quas habent concessione domini LEYSANI ap MORGAN in hiis scriptis.

Sciant presentes et futuri quod ego LEYSANUS ap MORGAN dominus de AVENE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi omnibus burgensibus et etiam chenceriis meis de AVENE et eorum heredibus et assignatis omnes libertates in villa mea de AVENE quas habent burgenses de KENEFIG infra villam de

Kenefig infra dominium domini comitis Glovernie et Hertfordie quantum in me est concessi et pro me et heredibus meis et assignatis predictis burgensibus et chenceriis meis de Avene et eorum heredibus et assignatis libere quiete bene et in pace et sine aliqua calumpnia housbote et heybote in omnibus nemoribus hominum meorum de me tenencium et obtinebunt communem pasturam libere et in pace in perpetuum in omnibus locis silvis pratis pascuis et pasturis in tempore aperto super terram meam. Et etiam illam pasturam in latere de le Dinas que est inter Carnwendra et locum qui dicitur Kaekeddrez inter terram arabilem de Tyruskez usque ad terram arabilem super le Dinas in omni tempore anni. Et si contingat me aut heredes vel assignatos meos circa aliquam terram claustruram facere et dicta claustrura prostrata fuerit per bestias dictorum burgensium seu chenseriorum tenentur eandem claustruram facere iterum construere. Et etiam habebunt communem pasturam in tempore aperto nemoribus boscis pratis pascuis et pasturis hominum meorum de me tenencium cujuscunque conditionis fuerint.

Et super hoc ego Thomas filius domini Johannis de Avene concessi relaxavi et pro me et heredibus meis quietum clamavi omnibus burgensibus et chenceriis meis ac omnibus hominibus Anglicanis meis totam illam pasturam cum omnibus averiis eorum inter Poleskethan et Claurperson et inter alnetum et terram de Claurpleusan et terram de Tirmadrin et etiam quod ipsi possint habere communem pasturam ubique in alneto meo omni tempore anni cum omnibus averiis (eorum). Ita videlicet quod nec ego dictus Thomas nec heredes mei nec assignati aliquid juris vel clamii . . . predictis libertatibus exigere clamare seu vendicare poterint sed per presentes semper simus exclusi. Et etiam ego Thomas de Avene et heredes mei sive assignati omnes libertates predictas cum omnibus et singulis . . . predictis burgensibus chenceriis et hominibus eorum heredibus sive assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Pro hac autem concessione relaxatione et quietaclamatione dederunt mihi dicti burgenses et chencerii duas marcas

sterlingorum pre manibus. In cujus rei testimonium huic presenti quieteclamacioni sigillum meum apposui. Hiis testibus . domino HENRICO abbate de MARGAM . domino THOMA rectore de AVENE . JOHANNE LOVEL senescallo meo . RESO LEYA . WILLELMO ap ENEAS . MADOCO LLOYD . JEVANO ap DAVID vach . et multis aliis.

Datum apud AVENE die Lune proximo post festum Sancti MARCI evangeliste anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum vicesimo quarto.

The seal is lost.

MII.

GRANT BY THOMAS DE AVENE, SON OF JOHN DE AVENE, AND LORD OF AVENE, TO JERUARD AP JEVAN AP HEYLIN, OF LAND IN THE DEMESNE OF AVENE.

[HARL. CHARTER, 75 B. 5 A.]

2 MAY. 24 EDW. III. 1350.

Sciant presentes et futuri quod ego THOMAS de AVENE filius domini JOHANNIS de AVENE dominus de AVENE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JERUARD' ap JEVAN ap HEYLIN omnia tenementa ac omnes terras et omnia prata que JERUARD TRUT ap WASMEIR ap GRIFF' [quondam habuit] ut majus melius et plenius jacent per antiquas metas et bundas suas integre et ubique in dominio meo de AVENE. Habendum et tenendum omnia tenementa terras et prata predicta cum omnibus pertinentiis suis de me et heredibus meis sive assignatis predicto JERUARD' et heredibus meis sive assignatis . libere . quiete . bene integre et in pace jure hereditario inperpetuum. Red[d]endo inde annuatim mihi et heredibus meis sive assignatis ipse JERUARD' et heredes sui sive assignati duodecim denarios argenti annuatim ad festum Sancti MICHAELIS archangeli pro omnibus serviciis et secularibus demandis. Pro hac autem mea donacione concessione et presentis carte mee confirmacione dedit michi predictus JERUARD' unam marcam sterlingorum pre

manibus persolutam. Et ego vero dictus THOMAS heredes mei sive assignati omnia tenementa predicta cum omnibus terris et pratis predictis predicto JERUARD' ap JEVAN et heredibus suis sive assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus. JOHANNE LOVEL sen[escallo] meo . domino THOMA rectore de AVENE . JEVAN ap GOURGENT bedello . WILLELMO GETHIN . JEVANO ap DAVID VACHAN . RESO ap . . . et multis aliis.

Datum apud AVENE die dominica proxima post festum Sancti JOHANNIS ante portam Latinam anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum vicesimo quarto.

The writing of the above is very indistinct.

MIII.

CHARTER BY JOHN LE SPENSER TO JOHN WILKOC, CHAPLAIN, OF LANDS IN COYTY.

[G. G. F.]

11 DEC. 24 EDW. III. 1350.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES le SPENSER de COYTIFF dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI WILKOC' capellano omnia terras et tenementa cum suis pertinenciis que habui in dominio de COYTIF et que jacent per antiquas metas et bundas in dominio predicto. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa cum suis pertinenciis . predicto domino JOHANNI heredibus suis et assignatis libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum de capitali domino feodi illius qui pro tempore fuerit per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predictus JOHANNES le SPENSER de COYTIF et heredes mei omnia predicta terras et tenementa cum suis [pertinenciis] predicto domino JOHANNI WILKOC' capellano et heredibus suis et assignatis contra omnes mortales warantizabimus

acquietabimus et in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum apposui. Hiis testibus . PAGANO de TURBERVILLE tunc senescallo ibidem . THOMA de TURBERVILL' . REGINALDO de TURBERVILL' . NICHOLAO WYLKOC . WILLELMO VIRILY [?] et multis aliis.

Datum apud COYTIFF die dominica . . . . Sancti NICHOLAI episcopi anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum vicesimo quarto.

Seal wanting.

MIV.

GRANT BY THOMAS LOVEL TO THOMAS, SON OF REGINALD DE SOMERTON, OF LANDS IN NEWTON NOTTAGE.

[REV. H. H. KNIGHT.]

16 MAY. 25 EDW. III. 1351.

Sciant presentes et futuri quod ego THOMAS LOVEL dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi THOME de SOMERTON omnia terras et tenementa que habui de dono et concessione WILLELMI BURDON in feodo de NEWTON NOTHASCHE aut in terris arabilibus boscis pratis pascuis pasturis et suis pertinenciis sicut jacent per antiquas metas et bundas una cum viginti duobus denariis quos abbas monasterii beate Sancte MARIE de NETH et ejusdem loci conventus mihi reddere consueverunt cum duobus denariis quos WILLELMUS BURDUN mihi annuatim reddere tenebatur. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa etc. etc. . . . . predicto THOME de SOMERTON et heredibus suis et assignatis libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Pro hac autem donacione concessione et presentis carte confirmatione dedit mihi predictus THOMAS de SOMERTON viginti marcas sterlingorum pre manibus et ego vero predictus THOMAS LOVEL etc. etc. . . . omnia predicta etc. etc. . . . THOME de SOMERTON et heredibus suis et assignatis contra omnes mortales warantizabimus acquieta-

bimus et in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . JOHANNE LOVEL . THOMA de TURBERVILLE . DAVID CANTELOW . NICHOLAO CANTELOW . DAVID REGNY et multis aliis.

Datum apud NOTHASCHE die decimo et sexto mensis Maii anno regni Regis EDWARDI III. post conquestum vicesimo quinto. (L. S.)

There is another Quit-claim from William, son of William Burdon, of these lands (Newton-Nottage) at Grove, dated 1353, Kaerdif, Monday in the octaves of St. John ante Portam : later, 27 Edward III., and witnessed by the lord Mathias le Sor, Sheriff of Glamorgan, by three of the foregoing witnesses, and also by William le Heyr and Richard le Barber de Kaerdif. John Somerton, in 1419, conveys the same to Thomas Nerber junior, and in 1467 the feofees of Nerber junior convey to Richard Lougher of Skerr, gentleman, 4 November, 7 Edward IV. (H.H.K.)

Vide DCCCCXXXIII.

Reginald de Somerton=Loretta
|
Thomas de S.

MV.

QUIT-CLAIM BY CRISTINA, WIDOW OF HENRY LE MULLEWARD OF ST. GEORGE, OF A TENEMENT IN MILL STREET, CARDIFF, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

THURSDAY AFTER ST. LUKE'S DAY. 20 OCT. 25 EDW. III. 1351.

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presentes litere pervenerint CRISTINA que fui uxor HENRICI MULLEWARD de Sancto GEORGIO salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra me dimississe relaxasse et omnino quietum clamasse abbati et conventui de MARGAN omne jus et clamium quod habeo habui vel aliquo modo decetero habere potero in uno tenemento cum pertinenciis in KAERDIF jacente in strata vocata Le MULLESTRATE . quod habui ex dimissione THOME filii THOME de la MORE ad terminum vite mee prout patet per quoddam scriptum indentatum inde confectum. Ita quod nec ego nec aliquis alius nomine

meo in predicto tenemento aliquod jus vel clamium decetero exigere poterimus. sed ab omni accione in eodem in perpetuum per presentes simus exclusi. In cujus rei testimonium hiis presentibus literis meis sigillum meum apposui.

Datum apud KAERDIF die Jovis proxima post festum Sancti LUCE evangeliste anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum vicesimo quinto.

Round seal, white wax, about 1in. diam. Device, a star of eight rays. Legend broken off.

MVI.

FINAL CONCORD IN THE COURT OF GOWER, WHEREBY THE MANOR AND ADVOWSON OF OXWICH ARE SETTLED UPON JOHN, SON OF ROBERT DE PENRES, JOHANNA HIS WIFE, AND THEIR HEIRS, BY RICHARD DE LA MARE, CLERK, AND WILLIAM LE FRENCH, CHAPLAIN.

[MARGAM CHARTER.]

5 MARCH. 26 EDW. III. 1352.

Hec est finalis concordia facta in comitatu domini JOHANNIS de MOUNBRAY apud SWEYNES' die Lune quinto die mensis MARCII, anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum vicesimo sexto, coram domino ROGERO de HEWYK' milite tunc senescallo GOUHERIE . dominis RICARDO TURBERVILLE . JOHANNE de la BEERE . ROBERTO de la MARE militibus . RICARDO SCURLAGE . RICARDO MANXEL . RICARDO de la BEER et aliis dicti domini JOHANNIS de MOUNBRAY fidelibus tunc ibidem presentibus inter JOHANNEM filium ROBERTI de PENRES militis et JOHANNAM uxorem ejus petentes et RICARDUM de la MARE clericum et WILLELMUM le FFRENCHE capellanum tenentes de manero de OXINWICH' et de advocatione ecclesie de OXINWICH' cum pertinentiis suis. Unde placitum

convencionis summonitum fuit inter eos in eodem comitatu scilicet quod predictus Johannes filius Roberti de Penres militis recognovit manerium predictum et advocacionem ecclesie predicte cum pertinentiis esse jus predictorum Ricardi de la Mare et Willelmi le Ffrenche ut illa que habent ex ejus dono et concessione. Pro qua quidem recognicione juris et finali concordia predicti Robertus de la Mare et Willelmus le Ffrenche concesserunt predictum manerium de Oxinwich' et advocacionem ecclesie predicte cum pertinentiis predictis Johanni filio Roberti de Penres militis et Johanne uxori ejus et illa eis in eodem comitatu reddiderunt. Habendum et tenendum predictum manerium de Oxinwich' et advocacionem ecclesie predicte de Oxinwich' cum pertinentiis supradictis Johanni filio Roberto de Penres militis et Johanne uxori ejus et heredibus de corporibus ipsorum exeuntibus de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia que ad illa tenementa pertinent. Et si contingat predictos Johannem filium Roberti de Penres militis et Johannam uxorem ejus sine heredibus de corporibus eorum exeuntibus discedere . tunc predictum manerium de Oxinwich' et advocacio ecclesie predicte cum pertinentiis remaneant rectis heredibus predicti Johannis filii Roberti de Penres militis. Habendum et tenendum predictum manerium de Oxinwich' . et advocacionem ecclesie predicte cum pertinentiis de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia que ad illa tenementa pertinent inperpetuum.

Two copies, cyrograph.

Endorsed—'Ye fine from Richard de la Mare to John ye sone of Robert Penrice of ye manor and advowson of Oxwich. 26 Edw. iii.'

MVII.

PRECIPE [TO THE SHERIFF OF GLAMORGAN] TO CAUSE WILLIAM DE PENRES TO GIVE SEISIN TO JOHN, SON OF ROBERT DE PENRES, AND JOHANNA HIS WIFE, OF THE MANOR AND ADVOWSON OF OXWICH, RECOVERED BY THEM IN THE SWANSEA COURT FROM RICHARD LE MARE AND WILLIAM LE FRENCH.

[MARGAM CHARTER.]

5 MARCH. 26 EDW. III. 1352.

Precipe WILLELMO de PENRES quod habere faciat JOHANNI filio ROBERTI de PENRES militis et JOHANNE uxori sue seisinam de manerio de OXINWICH' et de advocacione ecclesie de OXINWICH' cum pertinenciis que RICARDUS de la MARE clericus et WILLELMO le FFRENCH' capellanus eis reddiderunt in comitatu de SWEYNESEYA et hoc preceptum erit tibi pro warranto.

Datum die Lune v^to. die Marcii anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum XXVI.

Seal gone.

Endorsed—' Oxmuche.'

MVIII.

QUIT-CLAIM BY THOMAS D'AVENE TO LLEWELYN AP DAVID GOR, OF LANDS AND MESSUAGES IN THE LORDSHIP OF KILVEY.

[G. G. F.]

11 March. 26 Edw. III. 1352.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Thomas Davene[1] dominus de Kilvey salutem in Domino. Noveritis nos remisisse relaxasse et omnino pro nobis et heredibus nostris ac assignatis quietumclamasse imperpetuum Lewelyno ap David Gor ap Jevan ap David ap Lewelyn et heredibus suis ac assignatis totum jus nostrum et clameum quod habemus habuimus seu aliquo modo de jure habere potuimus seu poterimus in omnibus messuagiis terris et tenementis pratis et vastis quondam Griffini ap Madok ap Griffin ubique in dominio nostro de Kilvey. Ita videlicet quod nec nos predictus Thomas Davene nec heredes nostri nec aliquis per nos pro nobis seu nomine nostro aliquod juris vel clamei in predictis messuagiis terris et tenementis pratis et vastis cum pertinentiis seu in aliqua parte eorundem decetero exigere clamare seu vendicare debemus aut poterimus sed per presentes inde simus exclusi imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti quieteclamacioni sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus . Rees ap Howell ap Morgan . Roberto ap Gruff' Gethin . Willelmo Duy ap Meuric Vaughan . Madok Voil . Gruff' ap David ap Lewelyn . et multis aliis.

Datum et confectum apud Kilvey . undecimo die Martii anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo sexto.

Seal wanting.

(1) Thomas Davene is Thomas de Avene.

MIX.

ROYAL WRIT TO THE EXCHEQUER FOR A COPY OF THE RECORD OF A SUIT BETWEEN WILLIAM DE BEAUCHAMP, EARL OF WARWICK, AND WILLIAM DE BREUSE, CONCERNING SWANSEA CASTLE AND THE LAND OF GOWER, WITH THE COPY APPENDED.

[P.R.O. Escaet. Inquis. Post Mort. 26 Edw. III., 2nd numbers, 66.]

17 Oct. 26 Edw. III. 1352.

Edwardus Dei gratia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie thesaurario et camerariis suis salutem.

Volentes certis de causis certiorari super recordo et processu loquele que fuit in curia domini Edwardi quondam Regis Anglie avi nostri coram Rogero de Seyton' et sociis suis tunc justiciariis ejusdem avi nostri de Banco per breve suum inter dominum Willelmum de Bello Campo nuper comitem Warrewykie petentem et Willelmum de Breuse tenentem, de castro de Sweyneseye et tota terra de Gowere, vobis mandamus quod scrutatis rotulis predicti Rogeri de tempore predicto qui sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra ut dicitur tenorem recordi et processus predictorum cum omnibus ea tangentibus nobis in concellaria nostra sub sigillo scaccarii nostri, etc., sine dilatione mittatis et hoc breve.

Teste me ipso apud Westmonasterium xvij. die Octobris, anno regni nostri Anglie vicesimo sexto, regni vero nostri Francie terciodecimo.

Endorsed—' Tenorem recordi et processus de quibus infra fit mencio vobis mittimus in cedula huic brevi consutum.'

MX.

THE RETURN TO THE PRECEDING WRIT.

Pleas at Westminster before Roger de Seyton, Lord Chief Justice of the Court of Common Pleas.

[P.R.O. ut Supra.]

Placita apud Westmonasterium coram magistro Rogero de Seyton' et sociis suis justiciariis domini Regis de Banco de termino Pasche anno regni Regis Edwardi filii Regis Henrici sexto. (A.D. 1278.)

Willelmus de Bello Campo comes Warrewici petit versus Willelmum de Breuse castrum de Swyneseye et totam terram de Goweyre in Wallia cum pertinentiis ut jus suum per . . . . . Et unde dicit quod quidam Willelmus antecessor suus fuit seisitus de predictis tenementis tempore pacis et tempore domini Henrici Regis proavi domini Regis nunc capiendo inde explecia ad valenciam, etc.

Et de ipso Willelmo qui obiit sine herede de se descendit jus cuidam Walrando ut fratri et heredi.

Et de ipso Walrando descendit jus cuidam Henrico ut filio et heredi.

Et de ipso Henrico cuidam Thome ut filio et heredi.

Et de ipso Thoma qui obiit sine herede de se descendit jus cuidam Margerie ut sorori et heredi.

Et de ipsa Margeria que obiit sine herede de se resorciebat jus cuidam Walrano fratri predicti Henrici patris predictorum Thome et Margerie ut avunculo et heredi.

Et de ipso[1] Walrano qui obiit sine herede de se cuidam Alicie ut sorori et heredi.

Et de ipsa Alicia descendit jus cuidam Willelmo ut filio et heredi.

Et de ipso WILLELMO qui obiit sine herede de se cuidam ISABELLE ut sorori et heredi.

Et de ipsa ISABELLA descendit jus isti WILLELMO qui nunc petit ut filio et heredi.

Et quod tale sit jus suum offert, etc.

Et WILLELMUS de BREWSE venit et defendit jus suum, etc. Et dicit quod dominus JOHANNES Rex avus domini Regis nunc dedit concessit et carta sua confirmavit cuidam WILLELMO de BREUSA proavo suo totam terram de GOWER cum omnibus suis pertinentibus in WALLIA. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis de ipso domino Rege et heredibus suis per servicium unius militis pro omni servicio libere quiete plenarie honorifice et in pace cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis in omnibus locis et omnibus rebus ad predictam terram pertinentibus. Et profert cartam predicti domini JOHANNIS Regis in hec verba :—

JOHANNES Dei gratia Rex ANGLIE dominus HIBERNIE, dux NORMANNIE AQUITANNIE et comes ANDEGAVIE archiepiscopis episcopis abbatibus comitatibus baronibus justiciariis vicecomitibus ballivis et omnibus ministris et fidelibus suis salutem.

Sciatis nos dedisse concessisse et presenti carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro WILLELMO de BREUSE totam terram de GUHER cum pertinentiis suis in WALLIA. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis de nobis et heredibus nostris per servicium unius militis pro omni servicio. Quare volumus et firmiter precipimus quod predictus WILLELMUS de BREUSE et heredes sui post ipsum habeant et teneant totam predictam terram de GUHER cum omnibus pertinentiis suis in WALLIA de nobis et heredibus nostris per predictum servicium, sicut predictum est, bene et in pace libere et quiete integre plenarie et honorifice cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis in omnibus locis et omnibus rebus ad predictam terram pertinentibus. Hiis testibus . BALDEWINO comite ALBEMARLIE . WILLELMO de HUMET

constabulario NORMANNIE . RADULPHO TAXONE tunc senescallo NORMANNIE . ROBERTO de HARECURTE . HUGONE de GORNIACO . JOHANNE de PRATELLIS . et PETRO de STOKES.

Datum per manum HUGONIS de WELLES apud ROTHOMAGUM XXIIIJ$^{to.}$ die Februarii anno regni nostri quarto. [1203.]

Unde dicit quod non potest inde sine domino Rege respondere. Dies datus est eis a die Pasche in quinque septimanas ut de die in diem. Postea ad diem illum venerunt partes et predictus comes dicit quod predictus WILLELMUS debet sine domino Rege respondere quia dicit quod ipse petit versus eum predictum castrum de SWANESEYE et totam predictam terram de GOWER cum pertinentiis quod quidem castrum non nominatur in carta predicta. Unde videtur ei quod debet ei sine domino Rege quoad predictum castrum respondere. Et etiam quoad predictam terram de qua predicta carta facit mencionem. Dicit etiam quod eadem carta facta fuit in NORMANIA tempore gwerre inite inter Regem FRANCIE et JOHANNEM quondam Regem ANGLIE cuidam WILLELMO antecessori predicti WILLELMI . eo quod idem WILLELMUS tunc voluerit de predicto JOHANNE Rege recedere et ad partes ANGLIE redire et propter hoc quod idem dominus JOHANNES Rex de predicta gwerra fuit perterritus et ut majus periculum evitaret metu gwerre predicte fecit ei eandem cartam magis sub specie gwerre quam animo donandi. Dicit etiam quod seisina predicte terre de GOWER nunquam fuit cum predicta carta dicto WILLELMO liberata. Dicit etiam quod predictus WILLELMUS est totum extraneus predicte carte quia dicit quod quidam WILLELMUS proavus predicti WILLELMI habuit tres filios scilicet WILLELMUM ante natum EGIDIUM medium et REGINALDUM post natum qui quidem EGIDIUS post mortem predicti WILLELMI patris sui intravit in hereditatem predicti WILLELMI et inde obiit seisitus post cujus mortem predictus REGINALDUS intravit in eandem ut frater et heres. Et postea predictam terram redditit cuidam JOHANNI filio WILLELMI patri predicti WILLELMI nunc. Unde desicut idem JOHANNES pater suus intravit . . . . . per reddicionem predicti

Willelmi per quandam convencionem inter ipsum Johannem et predictum Reginaldum initam et non per discensum hereditarium ut heres predicti Willelmi proavi, etc. Videtur quod debet sine domino Rege respondere.

Et predictus Willelmus quoad predictum castrum dicit quod idem castrum est pertinens ad predictam terram et de pertinentiis ejusdem quamvis in predicta carta non specificetur. Dicit etiam quod ipse non est extraneus predicte carte immo totaliter propinquus per rectam lineam sanguinis de predicto Willelmo proavo suo. Dicit etiam quod idem Willelmus proavus suus cui predicta carta facta fuit, obiit seisitus de predictis tenementis post cujus mortem predictus Willelmus filius suus successit ei ut filius et heres. Et postea predictus Johannes filius ejusdem Willelmi pater suus infra etatem et in custodia domini Johannis Regis existens predicto Willelmo patri suo hereditarie successit qui quidem dominus Johannes Rex custodiam et hereditatem ipsius Johannis dimisit predicto Egidio avunculo ipsius Johannis tunc Herford' episcopo qua quidem custodia durante obiit idem Egidius post cujus mortem predictus Reginaldus intrusit se in predictam hereditatem et postea illam reddidit predicto Johanni patri suo ut recto heredi predicti Willelmi avi et petit judicium de hoc quod predictus comes cognoscit predictam cartam factam predicto Willelmo proavo suo et illam non dedicit. Et predictus comes dicit quod predictus Willelmus filius Willelmi avi, etc., nunquam habuit aliquam seisinam de predicta terra nec Johannes filius suus ei successit in eandem set ipsam intravit per convencionem inter ipsum Johannem et predictum Reginaldum, etc. . . . . . predictum est. Et hoc paratus est verificare per patriam vel alio modo sicut curia consideraverit.

Postea a die Pasche in unum mensem anno regni nunc octavo quia alius quam dominus Rex in casu consimili, etc. . . . . . per statutum de consilio domini Regis inde factum consideratum est quod predictus Willelmus de Breuse inde sine die, etc.

(1) See the parallel passages in DCCXL.

MXI.

LETTERS PATENT OF EDWARD III. PARDONING THE ABBOT AND CONVENT OF MARGAM FOR UNLAWFULLY ACQUIRING THE ADVOWSON OF LLANGENITH CHURCH.

[Rot. Pat. 27 Edw. III., Part I., Membr. 12.]

20 April. 27 Edw. III. 1353.

Pro abbate et conventu de Langeneth.

Rex omnibus ad quos, etc., salutem.

Sciatis quod cum nuper in curia nostra coram justiciariis nostris de Banco per consideracionem ejusdem curie recuperavimus presentacionem nostram ad ecclesiam de Langeneth in Wallia versus abbatem de Morgan ratione transgressionis quam idem abbas et conventus ejusdem loci fecerunt adquirendo in feodo advocacionem ecclesie predicte que de nobis tenetur in capite ut dicitur et eandem ecclesiam appropriando licentia nostra super hoc non optenta et dilectum clericum nostrum Willelmum Sampson ad ecclesiam illam sic vacantem et ad nostram donacionem spectantem presentaverimus . Nos licet dicta advocacio nobis dicatur forisfacta . volentes tamen caritatis intuitu cum eisdem abbate et conventu agere gratiose in hac parte perdonavimus eis forisfacturam et transgressionem factas in hac parte. Et concessimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est eisdem abbati et conventui quod ipsi dictam ecclesiam prout prius appropriata fuerit in proprios usus habeant et teneant sibi et successoribus suis de nobis et heredibus nostris per servicia inde debita et consueta imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum justiciariorum escaetorum vicecomitum aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcunque transgressione et forisfactura predictis aut judicio pro nobis in hac parte reddito seu statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstantibus. In cujus, etc. Teste Rege apud Westmonasterium . xx. die Aprilis per ipsum Regem nunciante Guidone de Bryan.

MXII.

A VARIANT FORM OF THE PRECEDING CHARTER TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

20 APRIL. 27 EDW. III. 1353.

EDWARDUS Dei gratia Rex ANGLIE et FRANCIE et dominus HIBERNIE omnibus ad quos litere presentes pervenerint salutem.

Sciatis quod cum nuper in curia nostra coram justiciariis nostris de BANCO etc. [as in the preceding charter] . . . . quod ipsam dictam ecclesiam prout appropriata fuerit in proprios usus habeant et teneant sibi et successoribus suis de nobis et heredibus nostris per servicia inde debita et consueta imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum justiciariorum escaetorum vicecomitum aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcunque, transgressione et forisfactura predictis aut judicio pro nobis in hac parte reddito seu statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstantibus. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud WESTMONASTERIUM vicesimo die Aprilis anno regni nostri ANGLIE vicesimo septimo regni vero nostri FRANCIE quartodecimo. Per ipsum Regem nunciante GUIDONE de BRIAN.

Sixth great seal, imperfect, see Birch, *Catal. of Seals*, No. 186.

Endorsed—'Carta abbatis de Morgan de Langenethe.' '20 Ap. 27 Edward III.' 'Langennoyd.' In a later hand—'Grant from King Edward to the abbot of Margam of the advowson of the church of Langeneth in Wales, which was forfeited by him to the same King, with pardon for same forfeiture.'

MXIII.

A RELEASE OF BEASTS BY ANNE LE DESPENSER, GUARDIAN OF TWO-THIRDS OF GLAMORGAN AND MORGANNOCK, TO MARGAM ABBEY, ETC.

[HARL. CHARTER. 75 B. 45.]

17 FEB. 28 EDW. III. 1354.

ANNE LA DESPENSER, gardeyne des deux parties de GLAMORGAN et MORGANNOK, a toutz yceux que cest lettre verrount oue orrount salutz in dieux.

Come le bayllyve erraunt de nostre counte de GLAMORGAN, este presente devaunt nostre viscount illequis que certeyn beystes preyses a treynte et treyse souths et vite deners que furrount ouiles del abbe de MORGAN, et pus wayvees hors des de meynes des Larounys, par que il dissount estre les nostres come chatel wayve de Laroun sachet nous de nostre bone grace aver relesse et perdone al dit Abbe et a soun covent tote maner accoun et demaunde que nous avoums devers luy par resoun de la resseyte et de la detenue de dite beystes ency que nous ne nul de nostres mynestres ne pussoums rien chalanger de dite beystes ne de lour pryse avauntdit par la resoun avaunt nome.

Done a KAERDYF south le seal de nostre chauncelerie illequis le XVII jour de Feverer lan deu reyngne le Roy EDWARD terce apres le conqueste XXVIII.

Anne le Despenser was daughter of Henry Lord Ferrars, and widow of Edward le Despenser, who died 16 Edward III., before his elder brother Hugh, on whose death, childless, 23 Edward III., Glamorgan came to his nephew Edward, Anne's eldest son, and she thus became guardian of his inheritance until he came of age, 33 Edward III. Her guardianship was confined to two parts of the Lordship, because one-third was in dower to Elizabeth de Montacute, widow of Lord Hugh, Anne's elder brother-in-law.

MXIV.

ACQUITTANCE BY THOMAS, ABBOT OF TEWKESBURY, FOR ELEVEN POUNDS TEN SHILLINGS FARM RENT OF THE CHURCHES OF KENEFEG AND NEWCASTLE, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

20 March. 1354. [1355].

Pateat universis per presentes quod nos Thomas permissione divina abbas monasterii Teukesburie Wygorniensis dioceseos et ejusdem loci conventus recepimus et habuimus de religiosis viris abbate et conventu de Morgan Cisterciensis ordinis Landavensis dioceseos undecim libras et decem solidos sterlingorum pro termino Pasche proximo futuro post datum presencium pro perpetua firma ecclesiarum de Kenefec et de Novo Castro dicte dioceseos. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Datum apud Teukesburiam xx$^{mo.}$ die mensis Marcii anno Domini m$^{mo.}$ ccc$^{mo.}$ quinquagesimo quarto.

Pointed oval seal, fragmentary, green wax, about 1$\frac{3}{8}$in. by $\frac{7}{8}$in. when perfect. The Virgin and Child, under a crocketted canopy.

'se . . . . burie.'

MXV.

DISCLAIMER BY WILLIAM DE MARLE OF PASTURE IN ST. MICHAEL'S GRANGE, IN FAVOUR OF MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Midsummer Day. 1354.

Omnibus Christi fidelibus ad quorum noticiam presentes litere pervenerint Willelmus de Marle eternam in domino salutem.

Cum aliquociens ex quadam speciali gratia religiosorum virorum . Abbatis et conventus de MARGAN . pasturam pro bobus . vaccis et aliis averiis meis habuerim super terras eorundem in grangia de Sancto MICHAELE . quam quidem pasturam ex quadam animi levitate ad usus animalium meorum predictorum . annuatim vendicaverim tamquam jus habens in eadem . Noveritis me spiritu ductum veritatis relaxasse et per presentes omnino quietumclamasse pro me et heredibus meis et assignatis in perpetuum totum jus et clamium quod habeo . habui . vel habere potero quovismodo . in predicta pastura . seu in alia quacumque super terram predictorum . abbatis et conventus quandocumque . Ita videlicet quod nec ego nec heredes mei vel assignati . nec aliquis alius per nos seu nomine nostro aliquid juris . vel clamii in supradicta pastura . seu in aliqua alia quacumque super terram dictorum . . abbatis et conventus ut premittitur exigere vel vendicare poterimus quandocumque in perpetuum . set exclusi simus per presentes ab omni accione tam reali quam personali dictam pasturam concernente utrobique . omnibus temporibus eternaliter duraturum. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum . Et quia sigillum meum pluribus est incognitum . sigillum JOHANNIS LOVEL apponi procuravi.

Datum apud MARGAN in festo beati JOHANNIS BAPTISTE anno domini millesimo ccc$^{mo.}$ quinquagesimo quarto.

Two seals: (1) that of WILLIAM de MARLE, lost; (2) seal of JOHN LOVEL, red wax, $\frac{7}{8}$in. diam. A shield of arms: a saltire between four pheons. Between two wyverns.

'+ S' IOHANNIS L . . EL.'

Endorsed—'Litera acquietatoria Willelmi Marle.'

MXVI.

ACQUITTANCE BY JEVAN AP GRIFFITH AP MORGAN OF TEN SHILLINGS, ARREARS OF RENT FOR HAVOTHALOK UP TO MICHAELMAS NEXT, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

SATURDAY AFTER MIDSUMMER. 1 JULY. 1357.

Universis CHRISTI fidelibus ad quorum notitiam presentes littere pervenerint JEVANUS ap GRIFFUTH' ap MORGAN eternam in Deo salutem.

Noveritis me recepisse et habuisse die confeccionis presencium de religiosis viris . . abbate et conventu de MARGAN decem solidos bonorum et legalium sterlingorum nomine annui redditus mei de HAVOTHALOK' et pro omnibus arreragiis michi debitis usque ad festum Sancti MICHAELIS anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ quinquagesimo septimo . Et si qui de parentibus meis vel eorundem attornati aliquid exegerint de predictis abbate et conventu de dicto redditu ante predictum festum Sancti MICHAELIS . ego et heredes mei sive executores mei ipsos . . abbatem et conventum defendemus et acquietabimus per presentes. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum.

Datum apud MARGAN die Sabbati proxima post festum Nativitatis beati JOHANNIS BAPTISTE anno supradicto.

Two seals. 1, gone. 2, in red wax, $\frac{3}{4}$in. diam. Device, a male head and shoulders in profile, looking to the proper left, within a band of rich tracery. Legend indistinct.

Endorsed—'Littera acquietancie de Jevano ap Griffith' ap Morgan de omnibus arreragiis usque ad festum beati Michaelis anno Domini M.CCC.L$^{mo.}$ septimo.'

MXVII.

PROCESS OF THE COUNTY COURT OF GLAMORGAN WHEREIN TWO MONKS OF MARGAM ABBEY ARE INDICTED FOR FELONIES, AND FOUND NOT GUILTY.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY BEFORE ST. AUGUSTINE'S DAY. 26 MAY. 32 EDW. III. 1358.

Comitatus GLAMORGANCIE tentus apud KAERDIF die Lune proxima ante festum Sancti AUGUSTINI anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum tricesimo secundo, coram GILBERTO de ELLESFELD tunc vicecomite GLAMORGANCIE et MORGANNOK.

Frater JOHANNES . . . . . . tunc allocutus ad sectam domini de eo quod felonice et contra pacem depredavit DAVID de GOWER' de xv. denariis argenti apud le BORWES certis die et anno . Et frater MEURIC de grangia de Seint MICHEL' allocutus ad sectam domini de eo quod ipse felonice et contra pacem dedit argentum cibum et alia victualia JOHANNI ap GR' et REES ap GR' felonibus et utlegatis in comitatu de KAERDIF pro certis feloniis manutenendo ipsos felones et utlegatos et eorum felonias . qui quidem JOHANNES et MEURIC dicunt quod sunt fratres et conversi abbatie de MORGAN et professi in eodem ordine et sic sunt membra ecclesie et non debent nec possunt respondere nisi coram suis ordinariis, et quesitum est ab eis ex parte domini si sint clerici et ordinati et si sciant legere et oblatus est eis liber ad probandum eos, qui dicunt quod sunt viri religiosi et professi in ordine suo predicto et non tenentur respondere ut supra, etc. Et super hoc venit magister DAVID ap REES clericus virtute cujusdam commissionis venerabilis patris domini episcopi LANDAVENSIS sibi confecte et fecit predictos fratres JOHANNEM et MEURIC sibi liberari ad forum ecclesiasticum et habita super hoc aliqua altercassione inter vicecomitem et predictum DAVID . . . . predicti fratres licet religiosi sint et professi eo quod laici sunt et non ordinati debeant gaudere inmunitatem ecclesie et libertates clericales . . . .

vero dictus vicecomes per assensum tocius consilii domini acceptavit eos ut viros religiosos et membra ecclesie et contentos infra tuicionem ecclesie et fecit inquisitionem per probos et legales homines comitatus . utrum predicti fratres Johannes et Meuric sunt culpabiles de predictis feloniis necne ut per hoc scire posset qualiter eos deliberare debuit predicto David ad forum ecclesiasticum . que quidem inquisicio sic capta ex officio . . . . et dicit quod predicti fratres Johannes et Meuric non sunt inde culpabiles de predictis feloniis et ideo consideratum est quod eant inde quieti.

Fine impression of the seal of the Cardiff chancery, green wax, chipped, 3¼in. diam.

Ob. An armed knight, with hauberk, sword, helmet crested with a griffin's head and wings erect, and shield of arms, riding to the right on a caparisoned horse. The shield and caparisons bear the arms of Despenser.

'SIGILLUM . EDWARDI . LE . DESPENSER . . . . AMORGAN . Z . MORG.'

Rev. A shield of the same arms, slung by the guige upon a forked tree, within an elaborately traced bilobe or panel of cusped Gothic openwork.

'SIGILLUM . CANCELL . . . . DE . KAIRDIF.'

Endorsed—' Inquisicio pro feloniis.'

Sir Gilbert de Ellesfield occurs as Sheriff in this same year in charters to Cardiff and Llantrisant, (MXVIII., MLXXIV., MCXXXII., MCCXX.). He had lands in Wilts and Berks, but does not appear as a Glamorgan landowner.

MXVIII.

INSPEXIMUS AND CONFIRMATION BY EDWARD LE DESPENSER, OF THE CHARTER OF LIBERTIES GRANTED BY HIS UNCLE, HUGH LE DESPENSER, TO THE BURGESSES OF CARDIFF.

[CARDIFF CORPORATION.]

18 JUNE. 32 EDW. III. 1358.

EDWARDUS le DESPENSER dominus de GLAMORGAN' et MORGAN' omnibus ballivis nostris et aliis ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis nos inspexisse cartam bone memorie domini HUGONIS le DESPENSER avunculi nostri nuper domini GLAMORGAN' et MORGAN' quam fecit burgensibus de KAERDIF de libertatibus eorum in hec verba :—

HUGO, ETC. *Vide* DCCCCLXXXII.

Nos vero predictus EDWARDUS le DESPENSER dominus GLAMORGAN' et MORGAN' pro salute anime nostre et animarum patris nostri et matris nostre et omnium antecessorum et heredum nostrorum omnes donaciones concessiones et confirmaciones supradictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus nostris et eorum successoribus concedimus innovamus ratificamus et confirmamus imperpetuum. Volentes et concedentes quod ista carta in omnibus suis libertatibus firmiter et inviolabiliter observetur in perpetuum aliqua interruptione non obstante. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de KAERDIF duximus apponendum. Hiis testibus . venerabilibus viris HENRICO abbate de MARGAN . THOMAS abbate de NEETH . JOHANNE de COVENTRE archidiacono LANDAVENSI . dominis GILBERTO de ELLESFELD tunc vicecomite nostro de GLAMORGAN' . RICARDO de TURBERVILLE . OLIVERO de Sancto JOHANNE . JOHANNE le NORREIS . EDWARDO de STRADELINGE . militibus . WILLELMO FFLEMINGE . THOMAS de BAUDRUPP et aliis.

Datum apud KAERDIF XVIII. die Junii anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum tricesimo secundo.

The seal, which has been about three inches diameter, of green wax, was secured by four plaited silk cords with flat ends unravelled to form tassels. The device is a knight riding to the proper left; on his shield and horse-furniture the arms of Le Despenser, and on the helm a griffin's head.

On the reverse is a heater-shaped shield of Le Despenser, surrounded by a broad flat collar of Gothic work, in the decorated style.

For Legend see *Cardiff Records*, Vol. I., p. 48.

MXIX.

INSPEXIMUS BY EDWARD LE DESPENSER OF A CHARTER BY HUGH, SON AND HEIR OF LORD HUGH LE DESPENSER AND ALIANORA HIS CONSORT, INSPECTING CHARTERS OF WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, AND GILBERT DE CLARE TO MARGAM ABBEY, 9 OCT., 12 EDW. III., 1338, AND CONFIRMATION OF THE SAME.

[MARGAM CHARTER.]

13 JULY. 32 EDW. III. 1358.

EDWARDUS le DESPENSER dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem.

Sciatis nos inspexisse confirmacionem bone memorie domini HUGONIS le DESPENSER avunculi nostri nuper domini GLAMORGANCIE et MORGANCIE quam fecit monachis de MORGAN in hec verba.

HUGO le DESPENSER filius et heres domini HUGONIS le DESPENSER et domine ALIANORE consortis sue dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem.

Noveritis nos inspexisse cartam bone memorie domini WILLELMI comitis GLOUCESTRIE quam fecit monachis CLAREVALLENSIBUS in hec verba :—

WILLELMUS comes GLOUCESTRIE NICHOLAO . . . . (see this at length under the charter of HUGH le DESPENSER, 9 Oct., 12 EDW. III., 1338, No. DCCCCLXIX.) . . . . JORDANO converso . circa 1170.

Inspeximus eciam . . . . (etc. etc., see the same) . . . . in hec verba.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Gilbertus de Clare . . . . (etc. etc., see the same) . . . . Waltero Lovel et multis aliis.

Et nos vero predictus Hugo le Despenser filius . . . . (etc. etc., see the same) . . . . Johanne Lovel et multis aliis.

Nos autem predictus Edwardus le Despenser dominus Glamorgancie et Morgancie pro salute anime nostre et animarum patris nostri et matris nostre et omnium antecessorum et heredum nostrorum omnes cartas donaciones concessiones et confirmaciones supradictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis monachis et eorum successoribus concedimus innovamus acceptamus ratificamus et confirmamus quantum in nobis est imperpetuum . volentes et concedentes quod iste carte donaciones concessiones et confirmaciones in omnibus suis libertatibus firmiter et inviolabiliter observentur imperpetuum aliqua interrupcione non obstante. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de Kaerdif' duximus apponendum. Hiis testibus . venerabili patre in Christo domino domino Johanne Pascal' Landavensis ecclesie episcopo . domino Johanne de Coventre tunc ejusdem ecclesie archidiacono . domino Gilberto de Ellesfeld tunc vicecomite nostro Glamorgancie . domino Ricardo de Turberville . domino Olivero de Sancto Johanne . domino Johanne le Norreis . domino Edwardo de Stradeling' militibus . Willelmo Flemmyng' . Henrico de Landefey . Willelmo Denys et aliis.

Datum apud Kaerdif' xiii. die Julii anno regni Regis Edwardii tercii post conquestum tricesimo secundo.

This last was attached to dcccclxix. by a parchment label, which does not appear ever to have carried a seal. It was endorsed—' Anno 32 Edw. III.'

Endorsed—' Confirmatio Edwardi le Despenser.' And in a later hand—'of great concernment.' And still later—' Confirmation of the Charter of Hugh de la Spenser to the Abbey of Margam by Edward de la Spensar ' (obliterated).

This Charter is perfect, but much faded, though by no means illegible.

MEMORANDA DE EGLESKEYNWIR.

Ac eciam ut patet per diversos rotulos compotuum abbatis et conventus quod fuerunt in pacifica possessione dictarum terrarum de EGLESKEYNWYRE cum pertinenciis suis ac pro predictis terris dicti abbas et conventus solvunt dominis castelli de OGGEMORE viginti solidos ad Pascha et viginti solidos ad festum MICHAELIS omni anno de anno in annum, etc.

Bishop Pascall, appointed 3rd June, 1347; died 11th October, 1361.

MXX.

PLEA BETWEEN THE LORD OF COYTIF IN HIS ENGLISH COURT THERE AND JOHN GAY, CONCERNING AN ALLEGED CONCEALMENT OF RENT, WHEREOF HE IS FOUND NOT GUILTY.

[G. G. F.]

8 JAN. 32 EDW. III. 1359.

Curia Anglicana de COYTIF' tenta ibidem coram WILLELMO MARCHAL tunc senescallo die MERCURII proximo ante festum Sancti HILLARII anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum tricesimo secundo.

JOHANNES GAY de HISTON allocutus est ad sectam domini de eo quod ipse concelavit tres denarios quos debet annuatim de consuetudine pro certis terris quas tenet in isto dominio qui quidem JOHANNES venit et dicit quod ipse tenet unum messuagium cum curtilagio et unam acram terre arabilis et unam acram et dimidiam prati cum pertinenciis que PAGANUS de TURBURVILLE nuper dominus de COYTIF' dedit WILLELMO le GAY patri predicti JOHANNIS cujus heres ipse est per quandam cartam tenendum sibi heredibus et assignatis per redditum octodecim denariorum per annum et faciendo sicut ceteri liberi tenentes Anglicani de [finem IIIs. IIII*d.*][1] COYTIF faciunt pro omni servicio et cetera. Preterea tenet

unum tenementum quondam nativum quod Henricus Nicoll quondam tenuit cum una dimidia acra terre et cetera . que idem dominus Paganus dedit predicto Willelmo et heredibus suis, tenendum per redditum quinque solidorum et duorum denariorum per extentam et cetera . et ostendit curie duas cartas ejusdem domini Pagani que hoc idem testantur. Et dicit quod nulla alia tenementa tenet in eodem domino et quod totum predictum redditum singulis annis solvit ad plenum per quod non potest aliquod concelamentum redditus facere. Et quia testificatum est quod totum predictum redditum plenarie solvit et quod liberi tenentes Anglicani de Coytif' nullum redditum ex consuetudine reddunt ultra certum redditum suum consideratum est quod predictus Johannes eat inde quietus. Et dat domino de mera voluntate sua pro copia hujus irrotulamenti habenda iii. solidos iiii. denarios.

Endorsed—'Placitum inter dominum de Coytif et Johannem Gay . . . . . de Coytiyf pro quodam redditu.'

(1) This is added here on margin.

MXXI.

RALPH DE STAFFORD, FIRST EARL OF STAFFORD, LORD OF NEWPORT, TAKES THE ABBOT AND CONVENT OF MARGAM UNDER HIS SPECIAL PROTECTION.

[Harl. Charter, 75 C. 55.]

Sunday after Easter (28 April). 33 Edw. III. 1359.

Radulphus comes Stafford et Dominus de Neuport in Wallia omnibus fidelibus et Ministris suis de Neuport salutem. Sciatis quod suscepimus in proteccionem et defensionem nostram specialem dilectos nobis in Christo abbatem et conventum de Morgan homines tenentes terras res redditus et omnes possessiones suas. Et ideo vobis mandamus quod ipsos abbatem et conventum homines tenentes terras res redditus et omnes possessiones suas manuteneatis protegatis et

defendatis . non inferentes eis vel ab aliis inferri permittentes injuriam molestiam dampnum aut gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit id eis sine dilacione faciatis emendari. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Datum apud COUBRUGGE die dominica in octabis Pasche anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum tricesimo tercio.

Seal, red wax, diam. 1¼in. In a carved panel, and suspended by a strap from a forked tree, is a shield of arms, 'diapered, a chevron,' for Stafford.

Legend—'SIGILLU[M] RAD . . . . ST . . . .'

Earl Ralph, who died 31st August, 1372, had married Margaret, daughter and heir of Hugh d'Audley, Earl of Gloucester, by Margaret, a daughter and co-heir of Gilbert de Clare, Earl of Gloucester, to whom was adjudged Newport and the Monmouthshire possessions of the de Clares, together with Tonbridge and other English manors.

Earl Ralph had, however, no Glamorganshire property, and certainly nothing in Cowbridge, nor had the House of Margam any possessions in Monmouthshire; the de Clares, indeed, had been large benefactors to the Abbey, and the lady might perhaps claim to share their obits. Perhaps the Abbot thought it wise to provide for possible contingencies, and the Earl might not be unwilling to associate his name with his wife's very distinguished ancestors.

MXXII.

INSPEXIMUS BY EDWARD III. OF A CHARTER OF EDWARD II. CONFIRMING VARIOUS LIBERTIES TO CARDIFF, USK, CAERLEON, NEWPORT, COWBRIDGE, NEATH, AND KENFIG.

[FORMERLY IN CARDIFF CASTLE, NOW CARDIFF CORPORATION.]

20 JULY. 33 EDW. III. 1359.

EDWARDUS Dei gratia Rex ANGLIE et FRANCIE et Dominus HIBERNIE archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus ducibus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus prepositis ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam Domini EDWARDI nuper Regis ANGLIE patris nostri factam in hec verba:—

EDWARDUS Dei gratia Rex ANGLIE Dominus HIBERNIE et Dux AQUITANIE archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus prepositis ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem.

Sciatis nos de gratia nostra speciali concessimus et hac carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro HUGONI le DESPENSER juniori quod ipse et heredes sui ac eorum burgenses et alii homines et tenentes de KERDIF' USK' KAERLION NEUPORT COUBRUGGE NEETH et KENEFEG in WALLIA de omnibus rebus et bonis suis tam videlicet mercandisis quam aliis imperpetuum sint quieti de theolonio muragio pontagio pauagio lastagio stallagio picagio tronagio kaiagio terragio necnon de omnibus aliis custumis et consuetudinibus per totum regnum nostrum ac ducatum nostrum AQUITANIE et terram nostram HIBERNIE ac aliunde per potestatem nostram . custumis de lanis coriis pellibus lanutis ac vinis nobis et heredibus nostris debitis dumtaxat exceptis. Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus nostris quod idem HUGO et heredes sui ac eorum burgenses et alii homines et tenentes de predictis villis de KERDIF' USK' KAERLIOUN NEUPORT COUBRUGGE NEETH KENEFEG in WALLIA de omnibus rebus et bonis suis tam videlicet mercandisis quam aliis imperpetuum sint quieti de theolonio muragio pontagio pauagio lastagio stallagio picagio tronagio kaiagio terragio necnon de omnibus aliis custumis et consuetudinibus per totum regnum nostrum ac Ducatum nostrum ACQUITANIE et terram nostram HIBERNIE ac aliunde per potestatem nostram . custumis de lanis coriis pellibus lanutis et vinis nobis et heredibus nostris debitis dumtaxat exceptis sicut predictum est. Hiis testibus . venerabilibus patribus W. archiepiscopo CANTUARIENSI tocius ANGLIE primate . J. NORWICENSI et J. CICESTRENSI episcopis . ADOMARO de VALENCIA comite PEMBROCHIE . EDMUNDO comiti ARUNDELL' . JOHANNE de SEGRAVE seniore . WILLELMO MARTYN . RICARDO DAUMORI . senescallo hospicii nostri et aliis.

Datum per manum nostrum apud WESTMONASTERIUM quarto die Marcii anno regni nostri decimo septimo. [4 March, 1324.]

Nos autem concessionem et confirmacionem predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est dilecto et fideli nostro EDWARDO le DESPENSER consanguineo et heredi predicti HUGONIS ac nunc

burgensibus et aliis hominibus et tenentibus de Kerdyf' Usk' Kaerlion Neuport Coubrugge Neeth et Kenefeg ratificamus approbamus et confirmamus prout carta predicta rationabiliter testatur et prout ipsi et eorum antecessores libertatibus et quietanciis illis hactenus usi sunt rationabiliter et gavisi. Hiis testibus. venerabilibus patribus S. archiepiscopo Cantuariensi totius Anglie primate . W. Wyntoniensi episcopo cancellario nostro . Johanne Roffensi episcopo thesaurario nostro . Willelmo de Bohun Northampton' . Ricardo Arundell' . Rogero de Mortuo Mari Marchie comitibus . Johanne de Grey de Retherfeld . senescallo hospicii nostri et aliis.

Datum per manum nostrum apud Westmonasterium vicesimo die Julii anno regni nostri Anglie tricesimo tercio regni vero nostri Ffrancie vicesimo.

Pro viginti solidis solutis in Hanaperio.

Photograph in *Cardiff Records*, Vol. I., p. 28.

(1) Kerdyk in the charter, altered by a later hand.

MXXIII.

GRANT BY RICHARD SCURLAG, OF HIS MANORS OF SCURLAGISCASTEL AND BURRY, ETC., TO JOHN DOU AND THOMAS EXCESTRE, CHAPLAINS.

[Margam Charter.]

21 Oct. 35 Edw. III. 1361.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus Scurlage dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Johanni Dou et Thome Excestre capellanis maneria mea de Scurlagiscastel et Burry cum molendinis boscis pratis et omnibus aliis suis pertinentiis . Dedi etiam et concessi eisdem Johanni et Thome omnia messuagia terras tenementa molendina prata gravas marescos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinentiis que habui et tenui apud Lanredyan et Thoreudref' in feodo de Landimor . Dedi etiam et concessi eisdem Johanni et

Thome dominia et servicia omnium liberorum tenencium maneriorum supradictorum de Scurlagiscastel et Burry ac etiam omnium liberorum tenencium meorum apud Lanredyan et Thoreudref' in feodo supradicto de Landimor. Dedi preterea et concessi eisdem J. et Th. viginti solidos annui redditus percipiendos in festum S. Mich. de abbate de Morgan et suis successoribus exeuntes de manerio de Langewy in com. de Glamorgan. Preterea dedi et conc. eisdem J. et Th. viginti quatuor acras terre cum pert. vocatas le Wyteleye in feodo de Porteynon. Dedi etiam et concessi undecem solidatas redditus annuatim percipiendas de Thoma Benet Ricardo Bemond et David Wereynge eisdem J. et Th. capellanis. exeuntes de terris et tenementis eorundem tenencium jacentibus in feodo de Reynwardistone juxta crucem palmarum de Langenyth simul cum feodelitate (*sic*) dominiis serviciis wardiis releviis eschaetis herietis eorundem tenencium cum omn. pert. ad dicta tenementa spectantibus. Preterea dedi et concessi prefatis J. Dou et Th. Excestre quatuor solidatas annui redditus percipiendas in festo S. Mich. et Pasche de Jeuan ap Gwylym Voya pro uno messuagio et quatuordecem acris terre que de me tenet apud Ryan in feodo de Sweynisse ad terminum vite sue simul cum feodelitate et servicio dicti Jeuan. Volo etiam et concedo quod supradicte quatuordecem acre terre cum dicto messuagio et suis pert. que michi post decessum suprad. Jeuan reverti deberent remaneant eisdem J. Dou et Th. Excestre heredib. et assign. inperpetuum. Preterea dedi et conc. eisdem J. Dou et Th. Excestre unam turrim vocatam 'Bokynham Tour' cum duobus tenementis existentem infra ballium ville de Sweynisse quorum unum tenementum jacet juxta eandem turrim in parte boreali usque ad murum ballii supradicti et aliud tenementum jacet juxta eandem turrim mediante tenemento Thome Wrench. et tenemento Ricardi le Clerke in parte orientali. Habend. et tenend. omnia suprad. maneria de Scurlagiscastel et Burry messuagia terras tenem. molend. boscos gravas marescos past. redditus reversiones dominia et servicia ward. relevia eschaeta herieta omnium tenencium suprad. maneriorum et tenementorum cum omn. suis

pert. una cum supradictis turri et tenem. infra villam de Sweynisse existentibus cum suis pert. juribus et libertatibus universis eisdem J. Dou et Th. Excestre de capitalibus dominis eorundem maneriorum et tenementorum ac etiam heredibus et assignatis suis libere quiete bene et in pace jure hereditario inperpetuum per redditus et servicia inde debita et consueta pro omnibus aliis serviciis secularibus et demandis. Et ego vero suprad. Ric. Scurlag et heredes mei suprad. maneria de Scurlagiscastel et Burry cum omn. suis pert. una cum omn. suprad. messuagiis terris tenementis molendinis boscis gravis marescis pasturis redditibus reversionibus dominis et serviciis wardis releviis eschaetis herietis omnium liberorum tenencium eorundem maneriorum et tenementorum cum omn. suis pert. et cum suprad. turri et tenementis infra villam de Sweynisse existentibus cum suis pert. juribus et libertatibus ad eadem quovismodo spectantibus eisdem J. Dou et Th. Excestre hered. et assign. suis contra omnes gentes warentizabimus acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . dominis Johanne de la Beer', Rob. de la Mare, militibus ; Joh. de Penrees, Ricardo Maunxel, Ricardo de la Beer' et aliis multis.

Datum apud Scurlagiscastel vicesimo primo die mensis Octobris anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo quinto.

Round seal, red wax, 1in. diam. A shield of arms, three bars. Between two slipped flowers, and within a cusped Gothic panel.

'+ SIGILLUM . RICARDI . SCURLAG.'

Endorsed—' Manerium de Langewy,' and ' Scurlage Castell, Burry, et terra in Landimore cum man. de Langeweth.' ' Schurlocastell.'

MXXIV.

CONVEYANCE IN TAIL MALE BY THOMAS EXCESTRE, CHAPLAIN, TO RICHARD SCURLAGE, OF THE MANORS OF SCURLAGS-CASTLE AND BURRY FOR LIFE WITH SPECIFIED REMAINDERS AND REVERSIONS.

[Margam Charter.]

12 Nov. 35 Edw. III. 1361.

Sciant p. et f. quod ego Thomas Excestre capellanus dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Ricardo Scurlag ad terminum vite sue maneria de Scurlagiscastel et Burry cum molendinis boscis pratis et omnibus suis libertatibus et pertinenciis . Dedi eciam et concessi eidem Ricardo dominia redditus et servicia omnium liberorum tenencium eorundem maneriorum simul cum reversionibus omnium terrarum et tenementorum eorundem tenencium que post decessum eorum michi et heredibus meis ex dono et concessione ejusdem Ricardi reverti deberent. [ut] remaneant eidem Ricardo ad terminum vite sue. Preterea dedi et concessi eidem Ricardo viginti quatuor acras terre vocatas Le Wyteleye simul jacentes in feodo de Porteynon. Dedi eciam et concessi eidem Ricardo viginti solidos annui redditus percipiendos in festo Sancti Michaelis annuatim de abbate de Morgan et suis successoribus exeuntes de manerio de Langewy in comitatu de Glamorgan. Dedi etiam et concessi eidem Ricardo undecim solidatas redditus annuatim percipiendas in festo Sancti Michaelis de Thoma Benet, Ricardo Bemound, et David Weryng exeuntes de terris et tenementis eorundem tenencium jacentibus in feodo de Reynwardiston juxta crucem palmarum de Langenyth simul cum fidelitate dominiis serviciis wardiis releviis eschaetis herietis eorundem tenencium cum acciderint. Preterea dedi et concessi eidem Ricardo unam turrim apud Sweyniss' vocatam Bokynham Tour et duo tenementa existentia infra ballium ville supradicte de

SWEYNISS' quorum unum tenementum jacet juxta eandem turrim in parte boriali usque ad murum circa ballivum supradictum . et aliud tenementum eorundem jacet juxta eandem turrim mediante tenemento THOME WRENCH, et tenemento RICARDI le CLERK in parte orientali. Tenendum et habendum supradicta maneria de SCURLAGISCASTEL et BURRY cum molendinis pratis boscis et omnibus suis pertinenciis et libertatibus simul cum omnibus dominiis redditibus serviciis reversionibus terris tenementis wardiis releviis eschaetis et herietis supradictis cum omnimodis juribus et libertatibus ad dicta tenementa spectantibus eidem RICARDO SCURLAG ad terminum vite sue libere et pacifice de capitalibus dominis feodorum eorundem per servicia inde debita et consueta. Volo etiam et concedo quod predicta maneria de SCURLAGISCASTEL et BURRY cum molendinis pratis boscis et omnibus suis juribus et pertinenciis simul cum omnibus supradictis dominiis redditibus reversionibus serviciis terris tenementis wardiis releviis eschaetis et herietis cum omnibus aliis pertinenciis suis que post decessum ejusdem RICARDI mihi et heredibus meis reverti deberent integre remaneant HENRICO filio ejusdem RICARDI SCURLAG'. Tenendum et habendum predicta maneria de SCURLAGISCASTEL et BURRY cum omnibus suis pertinenciis et libertatibus simul cum omnibus supradictis dominis redditibus et serviciis omnium liberorum tenencium supradictorum una cum omnibus supradictis terris etc. etc. . eschaetis herietis cum omnibus suis pertinenciis eidem HENRICO et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis de capitalibus dominis feodorum per servicia inde debita et consueta. Et si idem HENRICUS obierit sine herede masculo de corpore suo legitime procreato extunc supradicta maneria de SCURLAGE CASTEL et BURRY cum omnibus suis pertinenciis simul cum omnibus supradictis terris, etc. . . . . eschaetis herietis cum omnibus suis pertinenciis integre revertentur eidem RICARDO SCURLAG' et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis. Tenendum et habendum predictis manerio d. S. et B. cum suis pertinenciis simul cum omnibus supradictis terris tenementis redditibus, etc. . . . . . eschaetis et herietis cum suis pertinenciis eidem RICARDO SCURLAG' et heredibus

masculis d. c. s. l. procreatis de capitalibus dominis feodorum per servicia inde debita et consueta. Et si idem Ricardus Scurlag' obierit sine herede masculo de c. s. l. procreato extunc supradicta maneria de S. et B. cum et s. p. simul cum omnibus supradictis t. l . . : r, etc. eschaetis et herietis integre remaneant Ricardo filio ejusdem Ricardi Scurlag' tenendum et habendum supradicta maneria de S. et B. cum s. p. simul cum omnibus predictis t., etc. eschaetis et herietis eidem Ricardo filio supradicti Ricardi Scurlag' et heredibus masculis d. c. s. l. procreatis de capitalibus dominis feodorum eorundem per s. i. d. et consueta. Et si idem Ricardus filius supradicti Ricardi obierit s. h. m. d. c. s. l. procreato tunc sup. m. de S. et B. cum omnibus supradictis, etc. et herietis integre remaneant Lucie sorori ejusdem Ricardi Scurlag senioris. Tenendum et habendum sup. m. de S. et B., etc., etc. eschaetis et herietis eidem Lucie et heredibus masculis legitime procreatis de corpore ejusdem Lucie capitalibus domini feodorum per servicia inde debita et consueta. Et si predicta Lucia obierit sine herede masculo d. c. s. legitime exeunte extunc sup. maneria de S. et B. cum suis pertinenciis similiter cum omnibus terris, etc. eschaetis et herietis integre remaneant Katerine sorori supradicti Ricardi Scurlag' . tenendum et habendum predicta m. de S. et B. cum, etc. eschaetis et herietis eidem Katerine et heredibus masculis d. c. s. legitime exeuntibus de capitalibus, etc. . . . . consueta. Et si predicta K. obierit sine h. m. de c. s. l. ex. extunc sup. m. d. S. et B. cum, etc. . . . . . herietis cum suis pertinenciis integre remaneant Ricardo le Knez tenendum et habendum sup. m. de S. et B. cum, etc. eschaetis et herietis cum suis pertinenciis eidem Ricardo le Knez et h. m. de c. s. l. procreatis de capitalibus dominis feodorum per servicia inde debita et consueta. Et si idem Ricardus le Knez obierit sine herede masculo de corpore suo l. p. extunc supradicta maneria de S. et B. cum, etc. . . . . eschaetis et herietis cum omnibus suis pertinenciis et libertatibus integre revertentur rectis heredibus supradicti Ricardi Scurlag' senioris inperpetuum libere et quiete per servicia inde debita et consueta. In cujus rei testimonium huic presen carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . dominis Johanne

de la BEER . ROBERTO de la MARE militibus . ROBERTO de PENREES . JOHANNE de PENREES . RICARDO de la BEER et aliis multis.

Datum apud SCURLAGISCASTEL duodecimo die mensis Novembris anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum tricesimo quinto.

Seal in red wax, oval, $1\frac{1}{8}$in. by $\frac{7}{8}$in. Device—St. John the Baptist with the Agnus Dei.


Legend—'+ ECCE AGNUS DEI.'

Endorsed—'G. Scurlegecastell,' and in later hands, 'Maneria de Langewy,' and 'Grant of Scurlage Castle and Burry. 35 EDW. III.'

This long and somewhat prolix deed is the resettlement of the manors of Scurlage Castle and Burry by the feoffee (see No. MXXIII.) in the following order of reversionary interest:—

1. To Richard Scurlage for life: on his death they ought to revert to Thos. Excestre, who, however, conveys them, with other lands, annuities, a tower at Swansea, etc., to
2. Henry, son of the said Richard, and his male heirs; failing whom, to
3. Richard, son of the said Richard, and his male heirs; failing whom, to
4. Lucy, sister of the said Richard the elder, and her male heirs; failing whom, to
5. Katherine, sister of the said Richard the elder, and her male heirs; failing whom, to
6. Richard le Knez (Kneght or Knight?) and his male heirs; failing whom, the property reverts to the right heirs of the said Richard the elder.

The pedigree therefore is:—



MXXV.

ACQUITTANCE BY RICHARD DE COVENTRE, EXECUTOR OF JOHN DE COVENTRE, LATE ARCHDEACON OF LLANDAFF, FOR TEN POUNDS PAID BY THE ABBOT OF MARGAM.

[HARL. CHARTER, 75 B. 42.]

12 Nov. 35 EDW. III. 1361.

Pateat universis per presentes quod ego RICARDUS de COVENTRE executor testamenti domini JOHANNIS de COVENTRE nuper archidiaconi ecclesie

Landavensis recepi de abbate et conventu ecclesie beate Marie de Margan decem libras sterlingorum in partem solucionis viginti librarum in quibus ijdem abbas et conventus predicto domino Johanni tenebantur per unam talliam inter eos inde levatam de quibus quidem decem libris teneor me plenarie fore persolutum et dictos Abbatem et conventum quietatos per presentes. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum est appensum.

Datum apud Lantuyt duodecimo die mensis Novembris anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo quinto.

Seal, green wax, $\frac{3}{4}$in. diam. Within a carved and pointed Gothic panel a shield of arms, a fess (diapered) and in chief three mullets.

Legend—'s. ricardi de coventre.'

MXXVI.

MANDATE BY THE RECTOR OF COITIF AND THE DEAN OF GRONYTH TO THOMAS LOVEL, CLERK, TO CITE JOHN PHILIP, OF KENFEG, AND OTHERS, TO ATTEND IN KENFEG CHURCH, IN THE SUIT OF MARGAM ABBEY AGAINST THEM FOR INFRACTION OF FISHERY IN KENFIG POOL AND AVAN WATERS, WITH ENDORSED REPLY.

[Margam Charter.] 2 Nov. 1365.

. . . . rector de Coitif . et decanus de Gronyth commissarii in hac parte speciales . discreto viro Thome Lovel clerico salutem in Domino.

Vobis committimus ac mandamus quod vos citetis peremptorie propter periculum animarum eorundem . Johannem Philip de Kenefeeg' . Rees ap Gruff' . Gethyn de Avene . Hoelum ap Gruff' Hagur et ceteros quorum nomina

. . . . cedula presentibus annexa plenius continetur . quod personaliter compareant coram nobis altero vice nostrum in ecclesia parochiali de Kenef' . hac instante die Martis proxima post festum Sancti Leonardi . dicti Johannes et ceteri . de Ken' . nominati propposituri canonicum si quid habeant et ostensuri quare nominatim nunciari non debeant et . . . . excommunicati . pro eo videlicet et ex eo quod ipsi et quilibet eorundem . pisces diversos a piscaria religiosorum virorum abbatis de Margan et ejusdem loci conventus ex loco videlicet Kenefeeg is poil vulgariter nuncupato cum aquis adjacentibus preter et contra voluntatem dictorum religiosorum seu dic . . . . ceperunt occuparunt et pro libito voluntatis eorundem delinquencium disposuere de eisdem minus juste . dictus vero Rees et ceteri de Avene propposituri pariter et ostensuri qua et simili modo non debeant nunciari excommunicati . eo quod pisces de piscaria dictorum religiosorum . in et de aqua de Avene consimiliter occuparunt ut prefertur facturi quod vos . . . . et recepturi quod fuerit justum . quid vero feceritis in premissis nos vel alterum nostrum dictis die et loco certificetis competenter.

Datum apud Coitif secundo die mensis Novembris . anno domini M^mo^. ccc^mo^. lx^o^. quinto.

Endorsed—'Cujus auctoritate mandati . Johanem Philip . et ceteros de Kenf' in cedula huic mandato annexa . . . . preter W. . . . . inventos citari . Hoel' ap Gruff' Hagir . Rees ap Gruff' Gethyn . Jevan ap Philpot . Rees ap . . . . ap . . . Thoma de Browneswolde de Avene personaliter inventos citari ad comparendum coram vobis conjunctim et divisim . . . . id fac . . . . . quod tenor mandati vestri exigit et requirit.'

Datum apud Ken[fig] iij. Idus Novembris . . . . suprascriptis.

This deed is in parts almost worn away, and the whole is indistinct and read with difficulty.

MXXVII.

RECORD OF A PROCESS BY THE DEAN OF GRONYTH, IN THE CAUSE OF MARGAM AGAINST REES AP GRIFFITH GETHYN AND OTHERS CONCERNING A FISHERY IN AVAN, WHEREIN THE SAID REES IS EXCOMMUNICATED, ETC.

[MARGAM CHARTER.]

TUESDAY AFTER ST. LEONARD'S DAY. 11 NOV. 1365.

Acta coram nobis decano de GRONYTH' commissario in hac parte speciali in ecclesia de KENEFEG' die MARTIS proxima post festum Sancti LEONARDI anno Domini M$^{mo.}$ CCC$^{mo.}$ LXV$^{to.}$ In causa nunciacionis incidencie in sententiam excommunicacionis majoris coram nobis mota inter religiosos viros abbatem et conventum de MARGAN ac[cusantes] ex parte una per procuratorem comparentes. et REES ap GRIFF' GETHYN. HOEL' DU ap GRIFF' HAGUR. JEVAN ap PHILPOT. REES ap WYLYM. THOMAM BROWNESWOLD de AVENE. JOHANNEM PHILIP. WILLELMUM STEWARD. JOHN THOMAS. PHILIPPUM WALSCHE. WILLELMUM MARLE. JOHANNEM DOYNE. JOHANNEM DAY. WILLELMUM HAUKER. et HENRICUM PROWTYNG de KEN[FIG] respondentes ex altera. Lectaque commissione nostra et pronunciato pro jurisdictione. Lectaque certificatorio citacionis dictorum RESI et HOELI et ceterorum prius nominatorum per quod apparuit eosdem personaliter et peremptorie fuisse citatos ad dictos diem et locum ad instanciam dictorum religiosorum. prout in ipso certificatorio plenius continetur. quibus vocatis preconizatis et diucius expectatis dictisque RESO et HOELO nullo modo comparentibus. eosdem RESUM et HOELUM pronunciamus contumaces et in pena contumacie eorundem excommunicatos in hiis scriptis. JEVANO et aliis suprascriptis personaliter coram nobis comparentibus et omnia in citatorio contenta denegantibus. datus est dies eisdem ad purgandum se de contentis in ipsis citatoriis. videlicet die Lune extunc proxima sequente loco quo prius. Et decretum est eosdem RESUM et HOELUM iterato fore citandos ad eosdem diem et

locum ad procedendum in dicto negocio contra eosdem . prout retroacta requirunt et ulterius faciendum quod fuerit justum [in] dicto negocio.

Quibus die et loco parte ac[cusante] ut prius . prefato Reso citato personaliter comparente et jurato judicialiter confessante quod pisces in aqua et piscaria de Avene cepit et asportavit asserens dictos pisces se juste percepisse et sic in sentenciam excommunicacionis incidisse. Datus est dies eisdem ad omne jus suum probandum in ea parte . videlicet die Lune tunc proxima sequente in ecclesia de Novo Castro de concensu partium peremptorie et precise . ipsoque vero Hoelo nullo modo comparente personaliter citato et expectato ex benignitate usque ad diem Lune proximam apud Novum Castrum . Johannes vero Philpot et ceteri superius nominati fatebantur se in aqua et piscaria de Ken[fig] et Avene aliqualiter deliquisse jurati . transmissi sunt ad dictos religiosos pro gratia et absolucione optinenda . citra diem Dominicam proximam sequentem.

Quibus die et loco parte ac[cusante] . ut prius . prefato Reso personaliter comparente . nulloque testimonio seu alia probacione producente . Datus est sibi dies ad intencionem suam ad hoc peremptorie probandum . videlicet v^to. die mensis Decembris in ecclesia de Kenefeg. Et quia dictus Hoelus nullo modo comparere curavit . inhibita est communio fieri cum eodem . casibus a jure premissis dumtaxat exceptis. Et decretum est eundem fore citandum ad procedendum juxta retroactum in negocio memorato . ad diem et locum suprascriptum.

Memorandum . quod ultima die comparicionis apud Ken[fig] prefatus Rees publice . et judicialiter fatebatur . quod antiquiores sui videlicet [blank here in the MS.] quendam hominem penderunt et suo judicio interfecerunt in curia eorundem propter quod jurisdictionem curiarum perdiderunt et forisfecerunt. Et dicti religiosi plura instrumenta exhibuerunt . appropriacionem confirmatam . et composicionem et alia instrumenta ad intencionem suam probandum in hac parte.

Quibus die et loco parte ac[cusante] et Reso ut prius comparentibus partibus juratis de causa et ve[ritate] dicenda producere pluribus testibus de ve[ritate]

dicenda jurare renitentibus et expresse per eundum Resum . nulla alia probacione ministrata . Idem Rees judicialiter fatebatur quod postquam Robertus Fitzhaymo conquisivit totam hereditatem antecessorum suorum cum dicta aqua et piscaria de Avene a ducentis et septemdecem annis elapsis . Prefatus Robertus donavit religiosis de Margan . dictam piscariam et aquam cum pluribus terris antecessorum suorum in quibus terris antecessores sui postmodum domos et trecentas oves et alia bona eorundem religiosorum in eisdem existencia combusserunt in vindictam donacionis predicte . asserens ipsos prefatas terras et piscarias religiosis in pace dimisisse quousque de fructibus earundem de maleficiis supradictis . eisdem religiosis plenarie fuerit satisfactum. Et in fidem et testimonium premissorum . Nos decanus supradictus sigillum officii nostri presentibus apposuimus.

Endorsed—'De piscaria de Kenfig et Avan.'

Pointed oval seal, dark green wax, 1¼in. by ¾in. On a rocky mount a wolf, statant, beneath a tree.

'+ s'. de[can]at[us] . de . gronyth.'

MXXVIII.

ASSISE OF NOUVEL-DISSEISIN IN THE COUNTY COURT OF GLAMORGAN AT CARDIFF, WHEREIN THE ABBOT OF MARGAM RECOVERS SEISIN OF THE FISHERY OF AVAN AGAINST RES, SON OF GRIFFIN GETHYN, AND HOWEL, SON OF GRIFFIN HAGER.

[Margam Charter.]

Monday before Midsummer Day. 22 June. 40 Edw. III. 1366.

Comitatus Glamorgancie tentus apud Kaerdyf die Lune proximo ante festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste anno regni Regis Edwardi tercii post

conquestum XL$^{mo.}$ coram EDWARDO de STRATELYNG milite tunc vicecomite GLAMORGANCIE et MORGANCIE.

Assisa venit recognoscere si RESUS filius GRUFFINI GETHYN et HOWELUS filius GRUFFINI HAGER injuste et sine judicio disseisiverunt JOHANNEM abbatem monasterii B. M. de MORGAN de libero tenemento suo de LANGUNETH et AVENE post terminum, etc. Et inde idem abbas queritur quod disseisiverunt eum de separali piscaria sua in aqua de AVENE in capite ejusdem aque usque ad locum ubi dicta aqua descendit in mare . ad piscandum et capiendum in dicta aqua salmones gillynges et suwynges et omnes alios pisces in dicta aqua natantes cujuscunque generis fuerint . que quidem piscaria valet per annum x$^{li.}$ et predicti RESUS et HOWELUS venerunt in propriis personis suis et nichil dicunt quare assisa remanere debet . ideo capiatur assisa. Et super hoc ALEXANDER SOOR . WILLELMUS de la MARLE . ROBERTUS de BURY . JOHANNES FFLEMYNG' senior . JOHANNES DENYS . JOHANNES ROBARD . JEVAN GRANT . WILLELMUS ap M[AD]OC . STEPHANUS SEVOGEL . GALFRIDUS GOURDA . WILLELMUS WOLF et DAVID ZONGE de LAWLESTON' ex consensu parcium electi triati et jurati dicunt super sacramentum suum quod predicti RESUS et HOWELUS disseisiverunt predictum abbatem prout dictus abbas superius supponit ad dampnum ipsius abbatis . XL. sol. ideo consideratum est quod predictus abbas recuperet seisinam suam per visum juratorum et dampna sua taxata, etc. Et quod predicti RESUS III$^{d.}$ et HOWELUS III$^{d.}$ sunt in misericordia etc.

Small fragment, red wax, of the county court seal.

Endorsed—'Assisa de Novel-disseisin producta per abbatem, etc., versus Receum Gr' Gethyn, etc., de piscaria de Avan quo per sacramenta juratorum recuperavit seisinam.'

MXXIX.

WRIT OF THE SHERIFF TO THE BAILIFFS OF GLAMORGAN TO GIVE SEISIN OF THE FISHERY OF AVAN TO THE ABBOT OF MARGAM.

[MARGAM CHARTER.]

ST. ALBAN'S DAY. 22 JUNE. 40 EDW. III. 1366.

EDWARDUS de STRATELYNG vicecomes GLAMORGANCIE et MORGANCIE WILLELMO WYNCHESTRE ballivo comitatus ejusdem vel NICHOLAO CANTELO subballivo dicti WILLELMI salutem.

Quia JOHANNES abbas monasterii B. M. de MARGAN coram me in ultimo comitatu GLAMORGANCIE recuperavit separalem piscariam suam de aqua de AVENE per veredictum assise nove disseisine versus RESUM filium GRIFFINI GETHYN et HOWELUM filium GRUFFINI HAGUR unde iidem RESUS et HOWELUS dictum abbatem disseisiverunt ideo ex parte domini EDWARDI le DESPENSER domini mei tibi mando quod plenam seisinam de predicta piscaria predicto abbati habere facias per visum assise predicte et hoc non omittas.

Datum apud KAERDYF' die Lune in ffesto Sancti ALBANI martiris anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quadragesimo.

Seal, red wax, about 1in. diam. A shield of arms, paly of six on a bend, three cinquefoils, STRADLING. The whole within an eight-foil of Gothic tracery.

Legend, chipped and broken away—'. . . . DE . STRATELYN . . . .'

Endorsed—'Littera vicecomitis ad ballivos comitatis.'

MXXX.

CONFIRMATION BY ADAM, BISHOP OF ST. DAVID'S, AND THE CHAPTER, OF A GRANT BY THE ABBOT OF ST. PETER'S, GLOUCESTER, TO ST. DAVID'S HOSPITAL, SWANSEA, OF THE GLEBE AND ADVOWSON OF THE CHURCH OF OYSTERMOUTH, SUBJECT TO AN ANNUITY OF TWO MARKS TO EWENNY PRIORY, 6, 9 AUG., 1367.

[MARGAM CHARTER.] 20 AUG. 1367.

Universis ad quos presentes littere pervenerint ADAM permissione divina MENEVENSIS episcopus et ejusdem loci capitulum salutem in Domino sempiternam.

Noveritis nos inspexisse quasdam litteras indentatas factas inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti PETRI GLOUCESTRIE WYGORNIENSIS dioceseos ex parte una et discretum virum magistrum JOHANNEM de SWEYNESEE custodem Hospitalitatis seu domus hospitalis beati DAVID de SWEYNESEE MENEVENSIS dioceseos et ejusdem loci concapellanos ex altera tenorem qui sequitur continentes.

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod sexto die mensis Augusti anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum quadragesimo primo et anno Domini millesimo ccc. sexagesimo septimo (6 Aug., 1367) . habito tractatu requisito et solempni in hac parte . convenit inter religiosos viros abbatem et conventum monasterii Sancti PETRI GLOUCESTRIE ex parte una et reverendum virum magistrum JOHANNEM de SWEYNESEE custodem Hospitalitatis seu domus hospitalis beati DAVID de SWEYNESEE MENEV. dioc. ex altera, videlicet quod dicti abbas et conventus unanimi assensu et consensu eorundem concesserunt donarunt et per presentes confirmarunt dicto magistro JOHANNI custodi et successoribus suis ibidem canonice intrantibus omnem glebam illorum religiosorum in parochia ecclesie de OYSTREMOUTH in GOUWERIA una cum advocacione ecclesie predicte. Habendum et tenendum dictam glebam et advocacionem predictam cum omnibus

et singulis juribus et pertinenciis suis dictis magistro Johanni de Sweynesee et successoribus suis in eadem Hospitalitate ut prefertur legitime intrantibus de capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et consueta imperpetuum . Salva dictis abbati et conventui ac priori prioratus eorum de Ewenny pensione duarum marcarum quam habent et habuerunt ab antiquo annuatim in dicta ecclesia et ab ea pertinente ad prioratum suum de Ewenny antedictum . percipienda in ecclesia de Oystremouth' singulis annis a custode dicte Hospitalitatis qui pro tempore fuerit ad duos anni terminos videlicet ad festa Sancti Michaelis et annunciacionis beate Marie per equales porciones. Ita quod si custos hujusmodi dicte Hospitalitatis in solucione dicte pensionis vel aliqua parte ejusdem aliquo termino solucionis ipsius et per quindenam hujusmodi terminum proxime sequentem defecerit vel cessaverit . duplum hujusmodi pencionis quam in termino quo sic defecerit vel cessaverit solvere tenebatur . reddere et solvere teneatur dictis religiosis seu priori eorum supradicto una cum omnibus expensis et interesse religiosorum et prioris predictorum ea occasione factis. Ad quod et ad omnia suprascripta quatenus eos concernit fideliter facienda et observanda . se obligant dictus magister Johannes et concapellani dicte domus et hospitalis pro se et successoribus suis domum et Hospitalitatem eorundem ibidem . ac omnia bona eorum presencia et futura . et specialiter terras redditus et tenementa que habent in Kylvroch' in Gouweria cum omnibus existentibus in eisdem. In quorum omnium testimonium tam predicti abbas et conventus quam eciam dicti magister Johannes et concapellani hiis litteris inter eos indentatis et per modum cyrographi confectis sigilla sua alternatim apposuerunt.

Datum quo ad abbatem et conventum predictos in monasterio illorum Gloucestrie dicto sexto die mensis Augusti. Et quo ad sigilli dictorum magistri et concapellanorum apposicionem apud Sweynesse nono die dicti mensis Augusti anno supradicto.

Et quia nos episcopus et capitulum antedicti habita super premissis deliberacione sufficienti comperimus omnia premissa in utilitatem et commodum parcium

predictarum tendere fieri et haberi . ea omnia et singula in prefatis litteris contenta . quatenus ad nos attinet . tenore presencium ratificamus . approbamus . et ex certa sciencia confirmamus . et has litteras nostras super hoc confectas sigillorum nostrorum appensione communimus.

Datum MENEVIÆ in domo capitulari ecclesie cathedralis ibidem vicesimo die mensis Augusti . anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ sexagesimo septimo.

Endorsed—'Confirmacio episcopi et capituli ecclesie Menevensis de pensione duarum marcarum in ecclesia de Oystremouth.'

Two fragmentary seals, green wax.

1. Bishop ADAM's seal. Two saints in niches; in base, the Bishop adoring them under an arch.

2. Chapter of St. DAVID's.

MXXXI.

GRANT BY ADAM, ABBOT, AND THE MONASTERY OF ST. TAURINUS, NEAR EVREUX, OF THE CHURCH OF KNOYLISTON IN GOWER, TO ADAM HOTON, CLERK.

[HARL. MS., 1249, f. 82, p. 162.] 1 FEB. 1367 [1368.]

Sciant præsentes et futuri quod nos ADAM permissione divina abbas monasterii Sancti TAURINI prope EBOROICOS (*sic*) et ejusdem loci conventus dedimus et concessimus et hac præsenti carta nostra confirmavimus domino ADÆ HOTON clerico totum (*sic*) terram et tenementa nostra quæ habemus in parochiali ecclesia de KNOYLISTON in GOHERIA MENEVENSIS dioceseos et advocationem ac jus patronatus ejusdem ecclesiæ de KNOYLISTON eisdem terris et tenementis annexis (*sic*) cum suis juribus et pertinentiis universis pro certa pecuniæ summa nobis per dictum dominum ADAM præ manibus soluta. Habendum et tenendum terras tenementa advocationem et jus patronatus prædicta cum suis juribus prædictis et pertinentiis universis dicto domino ADÆ heredibus suis et assignatis inperpetuum.

Et nos abbas et conventus predicti terras tenementa advocationem et jus patronatus prædicta cum suis juribus et pertinentiis universis ut præfertur præfato domino ADÆ heredibus suis et assignatis contra quoscunque mortales warrantizabimus defendemus et acquietabimus cunctis temporibus post futuris.

In cujus rei testimonium nos abbas et conventus prædicti sigilla nostra præsentibus apposuimus.

Datum in domo nostra capitulari anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ sexagesimo septimo die Lunæ proxima post festum Sancti JACOBI et CHRISTOPHERI.[1]

(1) Error probably for Chrysostomi. The day of SS. James and Chrysostom is 27th January.

MXXXII.

GRANT BY SIR JOHN DE RALEGH OF THE MANOR OF MIHELSTOWE TO JOHN HYWYCH, RECTOR OF NETTELCUMB, AND OTHERS, ETC.

[COTTON MS. JUL. C. VII. f. 177.]

42 EDW. III. 1368—1369.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES de RALEGH miles dedi et concessi JOHANNI HYWYCH rectori ecclesie de NETTELCUMB THOME de RALEGH et HENRICO FORSTER manerium meum de MIHELSTOWE. Dedi etiam predictis reversionem tenementorum que PATRICIUS de MOHUN tenet de dimissione mea in LANCARVAN ad terminum vite. Hiis testibus . LAURENTIO de BERKROLES . EDWARDO STRADELINGE militibus. Anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum XLII.

In the margin is a drawing of a round seal, an inch and a quarter in diameter. In a carved device, a shield of arms, couché ; lozengy, a bend. Crest on a helmet and mantling, a chapeau between a pair of antlers.

Legend—'SIGILLUM JOHANNIS DE RALEGH.'

Note in the MS. below the text: Wills . de Rale, being a Judge of the Common Pleas, 14 Hen. III., was afterwards made Bishop of Norwich, 23 Hen. III. *Matth. Paris*, f. 468.

Sir John de Ralegh of Nettlecombe held Michaelstone-super-Ely, Wrenchester, and other lands in East Glamorgan. Hywych or Hiwys was no doubt a feoffee in trust for one of Sir John's two marriages. Thomas Chaucer, the poet's son, sprung from the second. Mohun and Forster were names otherwise unknown in Glamorgan.

A version of the above is given in 'Wotton's Baronetage,' III., pt. II., p. 355 :—'Omnibus, etc., etc. Johannes Ralegh de Nettlecomb miles salutem. Noveritis me concessisse Johanni Hiwys rectori ecclesie de Nettlecomb omnia tenementa mea in Wrenchelston in Wallia. 42 Ed. III.'

MXXXIII.

GRANT IN TAIL BY JOHN GAY AND OTHERS OF THE MANORS OF NORCHARD-BERKEROLES, ETC., WITH REMAINDERS TO SIR LAURENCE BERKEROLES AND HIS WIFE.

[G. G. F.]

Sunday after Nativity of the Virgin. 9 Sept. 43 Edw. III. 1369.

Sciant presentes et futuri quod nos Johannes Gay capellanus Thomas Atkyn rector ecclesie de Sancta Brigida et Thomas Hugh rector ecclesie de Jeoleston dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus domino Laurencio Berkeroles militi et Elyzabethe uxori ejus maneria nostra de Norchardberkeroles Marchelmaur et Landfey cum redditibus et serviciis omnium tenencium nostrorum ibidem et curiarum sectis una cum omnibus aliis libertatibus et comoditatibus ad dicta maneria qualitercunque spectantibus . ac etiam omnia burgagia nostra de Coubrigge et Kaerdyf cum omnibus suis pertinenciis. Habenda . et tenenda . omnia predicta . maneria et burgagia cum omnibus comoditatibus libertatibus et omnibus aliis pertinenciis suis de capitali domino feodi illius qui pro tempore fuerit . dicto domino Laurencio et Elyzabethe

uxori ejus et heredibus inter ipsos legittime procreatis libere bene et in pace per servicia inde debita et de jure consueta. Et si contingat quod dictus dominus LAURENCIUS et ELYZABETHA uxor ejus absque herede inter ipsos legittime procreato obierint. extunc volumus et concessimus quod omnia predicta. maneria et burgagia cum omnibus suis pertinenciis . remaneant predicto domino LAURENCIO heredibus suis et assignatis per servicia supradicta . imperpetuum. Et nos vero prefati JOHANNES THOMAS et THOMAS et heredes nostri omnia predicta maneria et burgagia cum omnibus comoditatibus libertatibus et omnibus aliis pertinenciis suis predictis domino LAURENCIO et ELYZABETHE uxori ejus et heredibus inter ipsos legittime procreatis . et si iidem dominus LAURENCIUS et ELYZABETHA uxor ejus sine herede de se legittime procreato obierint . predicto domino LAURENCIO heredibus suis et assignatis in tota forma prescripta contra omnes gentes mortales warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . domino EDWARDO STRADDELINGE milite vicecomite GLAM[ORGANCIE] et MORG[ANCIE] . LAURENCIO NORREIS . domino ADA ap BARTH' persona ecclesie de PENTHLYN . domino JOHANNE DENYS persona ecclesie de AVENE . JOHANNE DENYS filio WILLELMI DENYS . DAVID ap GRIFFITH LEGADWYN . WILLELMO EYR et aliis.

Datum apud NORCHARDBERKEROLES die dominica proxima post festum nativitatis beate MARIE VIRGINIS anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quadragesimo tercio.

Deed poll. 'A deed by Trustees settling the Berkerolles estates upon the marriage of Laurence de Berkerolles.'

Three seals. Dexter, of green wax, bearing a squirrel sejant, eating a nut.

'S' . HENRICI . . . . SCH.'

Second seal wanting. Sinister seal, red wax : device, a hart trippant.

Endorsed—'Este Orchart Lanffey et Marthelmaure carta talliata.'

MXXXIV.

ROYAL WRIT TO THE ESCHEATOR OF GLOUCESTER, HEREFORD, AND THE MARCHES OF WALES, 20 NOV. 43 EDW. III., 1369; AND INQUIS. POST MORTEM OF THOMAS DE BELLO CAMPO, EARL OF WARWICK, TAKEN BY THE SAME.

[P.R.O. Inquis. p. mort. 43 Edw. III., p. I, m. 19.]

15 Dec. 43 Edw. III. 1369.

Edwardus, etc., dilecto sibi Willelmo Auncel, escaetori suo in comitatibus Gloucestrie et Herefordie ac marchiis Walliæ eisdem comitatibus adjacentibus, etc.

Teste me ipso apud Westmonasterium xx. die Novembris anno regni nostri Anglie quadragesimo tercio regni vero nostri Francie tricesimo.

Inquisicio capta apud Herefordiam coram Willelmo Auncell' escaetore domini Regis in comitatu Herefordie et marchia Wallie eidem comitatui adjacente quintodecimo die mensis Decembris anno regni Regis Edwardi tercii a conquestu quadragesimo tercio virtute brevis domini regis huic inquisicioni consuti per sacramentum Johannis de la Bere militis . Reginaldi Malres . Willelmi Maugeant . Johannis Aubrey . Johannis de Luffeld . Johannis de Denyot . Rogeri de la Halle . Gilberti Colgare . Simonis le Parkere . Rogeri Russel . Ricardi de Shelle . et Walteri Restet . Qui dicunt per sacramentum suum quod Thomas de Bello Campo . nuper comes Warrewici . tenuit die quo obiit castra de Sweneseye et Oystresmouth et terram de Gower cum pertinentiis in Wallia de reddicione et concessione Radulphi comitis Staffordie . Roberti Herle . et Ricardi de Pyrytun per finem levatum in curia domini Regis nunc anno regni Regis Edwardi nunc xxx°· inter dictum comitem Warrewici et Katerinam uxorem ejus jam defunctam querentes et predictos comitem Staffordie . Robertum et Ricardum deforcientes de castro et terra de Gower cum pertinentiis per quem quidem finem predicti comes

STAFFORDIE . ROBERTUS et RICARDUS concesserunt et reddiderunt predicto comiti WARREWICI et KATERINE uxori sue jam defuncte predicta castrum et terram cum pertinentiis . Habendum et tenendum tota vita comitis WARREWICI et KATERINE de domino Rege et heredibus suis per servicia inde debita.

Ita quod post decessum ipsorum comitis WARREWICI et KATERINE predicta castrum et terra de GOWER cum pertinentiis integre remaneant GUIDONI filio dicti comitis WARREWICI et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis.

Et si idem GUIDO obierit sine herede masculo de corpore suo legitime procreato tunc predicta castrum et terra de GOWER integre remaneant THOMÆ fratri ejusdem GUIDONIS et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis.

Et dicunt quod dictus GUIDO obiit sine herede masculo de corpore suo legitime procreato.

Item dicunt quod dicta castrum et terra valent ultra reprisas per annum . . . . . (value not given in the record.)

Item dicunt quod sunt apud SWEYNESEYE XL. acræ prati que valent per annum IIIJ$^{li.}$

Item dicunt quod sunt ibidem XIIJ$^{s.}$ IIIJ$^{d.}$ redditus de burgensibus ville de SWEYNESEYE solvendi ad terminos Annunciationis beate MARIE et Sancti MICHAELIS equis porcionibus.

Item dicunt quod est ibidem unum hundredum tenendum de XV$^{a.}$ in XV$^{am.}$ cujus perquisita valent per annum C$^{s.}$

Item est ibidem quedam curia vocata placita de pede pulverisato [pie-powder] que valet per annum XX$^{s.}$

Item dicunt quod est ibidem redditus diversorum tenentium ANGLICORUM tam liberorum quam nativorum XL$^{li.}$ per annum solvendus ad terminos Annunciationis beate MARIE et Sancti MICHAELIS equis porcionibus.

[Item] est ibidem unus comitatus ANGLICANUS tenendus de mense in mensem qui valet per annum X$^{li.}$

Item dicunt quod sunt apud OYSTREMOUTH due carucate terre [. . . . . que] valent per annum c^s. et sic dimittuntur ad firmam solvendam ad festum Sancti MICHAELIS.

Item dicunt quod predictus comes tenuit die quo obiit manerium de KYLVYE ad terminum vite ipsius comitis WARREWICI tentum ex concessione et reddicione JOHANNIS de BOKYNGHAM LINCOLNIENSIS episcopi . JOHANNIS de BEAUCHAMP . et aliorum per finem inde levatum in curia domini Regis nunc anno regni ipsius Regis nunc xxxv^to. . Habendum et tenendum predictum manerium eidem comiti ad totam vitam suam.

Ita quod post mortem dicti comitis idem manerium de KYLVEYE remaneret THOME filio ejusdem comitis et heredibus masculis de corpore suo legitime procreatis.

Et dicunt quod sunt ibidem x^li. redditus assise per annum solvendus ad terminus Annunciationis beate MARIE et Sancti MICHAELIS equis porcionibus.

Item dicunt quod est ibidem quedam curia tenenda de mense in mensem que valet per annum ad XL^s.

Item dicunt quod sunt diversi gurgites aque de TAWY que valent per annum c^s. et sic dimissi sunt ad firmam solvendam ad festum Nativitatis Sancti JOHANNIS BAPTISTE.

Item est ibidem quidam puteus carbonum maritimorum qui valet per annum c^s. et sic dimissus est ad firmam solvendam ad festum Sancti MICHAELIS.

Item dicunt quod est ibidem unus comitatus WALSHRIE tenendus de mense in mensem qui valet per annum x. marcas.

Et est ibidem in suprabosco GOWARIE XL^li. redditus annuatim solvendus ad festum Annunciationis beatum MARIE et Sancti MICHAELIS equis porcionibus.

Item pastura de foresta predicta de suprabosco valet per annum x. marcas inter festa . . . . l . . . . . . [et] omnium Sanctorum [sed] ultra predictum festum omnium Sanctorum nichil valet quia communis est.

Item dicunt quod habuit apud Lanymere unam carucatam terræ que valet per annum xl$^{s.}$ et sic dimissa est ad firmam solvendam ad festum Sancti Michaelis.

Item dicunt quod sunt ibidem due partes unius molendini aquatici que valent per annum xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$. et sic dimisse sunt ad firmam solvendam ad festa apostolorum Simonis et Jude.

Et dicunt quod est ibidem una curia tenenda de mense in mensem que valet per annum x$^{s.}$

Ita dicunt quod est apud Pennarth' una carucata terræ que valet per annum xx$^{s.}$ et sic dimissa est ad firmam solvendam in festo Sancti Michaelis.

Item dicunt quod est apud Pennarth xx. marcarum redditus annuatim solvendus ad festa Annunciationis beate Marie et Sancti Michaelis equis porcionibus.

Item dicunt quod est ibidem una curia tenenda de tres[1] septimanis in tres septimanas et valet per annum . . .

Item dicunt quod habuit apud Lougherne octo marcas redditus annuatim solvendas ad festa Pasche et Sancti Michaelis equis porcionibus.

Item dicunt quod est ibidem unum hundredum tenendum ibidem bis per annum que[2] valet per annum xx$^{s.}$ videlicet ad festa Annunciationis beate Marie et Sancti Michaelis.

Item dicunt quod sunt ibidem duo foreste . videlicet . foresta de Clune . et foresta de Kylveye que nichil valent per annum quia sunt communia.

Et dicunt quod est ibidem parcus de Bruse cujus pastura valet per annum c$^{s.}$ inter festa apostolorum Philippi et Jacobi et Sancti Michaelis et nichil valet post predictum festum Sancti Michaelis quia depascatur cum feris bestiis.

Item dicunt quod sunt apud Sweneseye due nundine videlicet una in festo Assumpcionis beate Marie et alia in festo Sancti Martini que valent per annum c$^{s.}$

Item dicunt quod habuit apud KNYTH . . . . centum solidos redditus annuatim solvendos ad festa Annunciationis beate MARIE et Sancti MICHAELIS equis porcionibus.

Item dicunt quod habuit unum molendinum apud PENNARTH' quod valet per annum XL^s. et sic dimissum est ad firmam solvendam ad festa Annunciationis beate MARIE et Sancti MICHAELIS equis porcionibus.

Item dicunt quod est apud BLAKEPOLLE unum molendinum quod valet per annum XX^s. et sic dimittitur ad firmam solvendam ad festum Sancti MICHAELIS.

Item dicunt quod predicta castra et terra de GOWER cum omnibus [pertinentiis] prenominatis tenentur de domino Rege in capite per servicium militare.

Item dicunt quod dictus comes WARREWICI obiit die MARTIS proximo post festum Sancti MARTINI anno regni Regis EDWARDI tercii XLIIJ^o. et quod THOMAS de BELLO CAMPO filius predicti comitis WARREWICI est propinquior heres dicti comitis et aetatis scilicet XXIIIJ. annorum et amplius.

In cujus rei testimonium sigilla predictorum juratorum presentibus sunt a[p]pensa.

Datum apud HEREFORDIAM die et anno supradictis.

(1) For 'tribus.' (2) For 'quod.'

MXXXV.

GRANT BY AGNETA NECOL, DAUGHTER AND HEIR OF NECOLL HEGECOC, TO JOHN PHILIP, OF A THIRD PART OF THE BURGAGES, ETC., OF WILLIAM TERRY OF KENFIG.

[MARGAM CHARTER.]

20 JAN. 44 EDW. III. 1371.

Sciant presentes et futuri quod ego AGNETA NECOL filia et heres NECOLL' HEGECOC dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI PHILIP de KENFIG et heredibus et assignatis suis terciam partem omnibus burgagiis et

terris que et quas (*sic*) fuerunt Willelmi Terry de Kenfig sicut situantur et perambulantur per antiquas metas et bundas. Habendum et tenendum predictam terciam partem omnibus burgagiis terris et tenementis de me et heredibus meis predicto Johanni Philip et heredibus suis et assignatis de capitali domino feodi illius libere quiete bene et in pace imperpetuum per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Pro hac autem mea donacione concessione et hujus presentis carte confirmacione dedit michi predictus Johannes Philip decem marcas sterlingorum premanibus. Et ego vero predicta Agneta Necol et heredes mei predictas terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis predicto Johanni Philip et heredibus suis et assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus. Et ut hec mea donacio concessio et hujus presentis carte mee confirmacio rata et stabilis perseverent hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . Rycardo Barber tunc constabulario de Kenfeg . Johanne Ferrour extunc preposito . Johanne Robyn famulo . Johanne Aylward . Johanne Smyth' et multis aliis.

Datum apud Kenfeg vicesimo [die] mensis Januarii anno Regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo quarto.

No seal.

MXXXVI.

QUIT-CLAIM IN TAIL BY THOMAS HYE, OF MANORS OF ORCHARD, LANDYFEY AND MERTHYR MAWR, TO SIR LAURENCE DE BERKEROLES AND HIS WIFE ELIZABETH.

[G. G. F.]

31st July. 46 Edw. III. 1372.

Omnibus Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris Thomas Hye rector ecclesie de Joeleston salutem in domino sempiternam. Noveritis

me remisisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis quietum clamasse domino LAURENCIO de BERKEROL' et ELIZABETHE uxori ejus et heredibus de corporibus inter eos legitime procreatis totum jus et clameum quod habui in maneriis de ORCHARD LANDYFEY et MARTHELMAUR et in omnibus terris tam arabilibus pratis pascuis pasturis moris boscis haiis vastis molendinis tam molendinis bladi quam molendinis fullonicis dictis maneriis que habui ex dono et feoffamento dicti domini LAURENCII. Et si ita contingat quod predicti [LAURENCIUS] et ELIZABETHA obierint sine heredibus inter eos legitime procreatis tunc omnia predicte maneria terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis remaneant domino dicto LAURENCIO heredibus et assignatis suis imperpetuum. Ita quod nec ego dictus THOMAS HYE nec heredes mei nec aliquis alius nomine meo in omnibus predictis maneriis de ORCHARD LANDFEY et MARTHELMAUR in omnibus terris tam terris arabili[bu]s pratis pascuis pasturis moris boscis haiis vastis molendinis bladi quam molendinis fullonicis cum omnibus pertinenciis dictis maneriis spectantibus de cetero exigere vel clamare poterimus set omnino presentibus sumus exclusi. In cujus rei testimonium huic presenti quiete clamationi sigillum meum apposui. Hiis testibus . JOHANNE NORRAYS milite . THOMA TURBERVILL' . LAURENCIO NORRAYS . JOHANNE DENEYS . JOHANNE ROBARD et multis aliis.

Data apud (*blank*) die Sabbati proximo ante festum Sancti PETRI quod dicitur ad vincula anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum ANGLIE quadragesimo sexto.

Seal, green wax, a crown, in relief : legend uncertain.

Endorsed—' Relaxacio talliata de Marthermaur Llanffey et Orcharde. Deed poll.'

MXXXVII.

QUIT-CLAIM BY RICHARD, SON OF RICHARD SCURLAGE, OF AN ANNUITY OF TWENTY SHILLINGS, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

SS. Simon and Jude. 28 Oct. 46 Edw. III. 1372.

Noveritis universi quod ego Ricardus Scurlage filius Ricardi Scurlage remisi relaxavi et omnino pro me et heredibus meis quietum clamavi totum jus et clamium quod habui habeo seu quovismodo in posterum habere potero in viginti solidis quos michi abbas et conventus de Margan annuatim reddere solebant. Ita plane quod ego nec heredes mei nec aliquis alius nomine nostro jus et clamium in dictis viginti solidis de predictis abbate et conventu decetero exigere . aut vendicare poterimus . set ab omni accione juris et clamii predictorum solidorum per presentes simus exclusi in perpetuum. In cujus rei testimonium presenti relaxacioni sigillum meum apposui. Hiis testibus . Roberto ap Thomas locum tenente de Gower' . Ricardo Colet ibidem receptore . Johanne de Swen' . Roberto de Penbride . Johanne Hurton et multis aliis.

Datum apud Langroue die apostolorum Simonis et Jude . anno regni Regis Edwardi tertii post conquestum xlvi.

Seal gone.

MXXXVIII.

CHARTER OF LIBERTIES GRANTED BY EDWARD LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN AND MORGANNOCK, TO THE BURGESSES OF THE TOWN OF AVAN.

[Lord Swansea.]

20 April. 47 Edw. III. 1373.

Edwardus le Despenser dominus Glamorgan' et Morgan' vicecomiti ballivis ministris et aliis fidelibus suis ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis nos de gratia nostra speciali concessisse burgensibus nostris ville nostre de Avan successoribus et heredibus suis in perpetuum omnes libertates subscriptas videlicet quod ita liberi sint ad vendendum et emendum quecunque mercimonia[1] et mercandisas[2] infra dominium nostrum Glamorgan' et Morgan' et alibi tam infra libertates quam extra et ita quieti sint de theloneo[3] custumario pikagio[4] kaiagio[5] stallagio[6] pontagio muragio[7] pauagio[8] et omnibus aliis custumis et consuetudinibus pro quibuscunque mercimoniis et mercandisis per eos venditis aut emptis sicut et sunt burgenses nostri de Kenfigg et Neth. Concessimus etiam eisdem burgensibus nostris successoribus et heredibus suis in perpetuum duas nundinas[9] annuas in villa nostra de Avan tenendas primas videlicet nundinas ad festum nativitatis Sancti Johannis Baptiste et secundas nundinas ad festum omnium Sanctorum per vigiliam et festa predicta duraturas. Et quod predicti burgenses nostri de Avan successores et heredes sui in perpetuum capiant et recipiant seu recipi faciant intoll et throughtoll[10] et alias custumas et consuetudines de quibuscunque mercimonia aut mercandisis infra dictam villam nostram de Avan aut ejus libertatem ementibus et vendentibus aut per dictam villam aut ejus libertatem cum mercimoniis et mercandisis transeuntibus ita plene sicut et faciunt burgenses nostri de Kenfigg et Neth illis exceptis qui infra dominium nostrum de Glamorgan' et Morgan' ex antiquitate et recta

consuetudine theolonare non tenentur. Ita tamen quod prepositus dicte ville de Avan qui pro tempore fuerit de omnibus theoloniis custumariis et consuetudinibus sic captis et receptis in scaccario nostro de Kaerdiff annuatim nobis et heredibus nostris in perpetuum respondeat. In cujus rei testimonium presentibus sigillum cancellarie nostre de Kaerdiff est appensum. Hiis testibus . Johanne Dauntseye . Edwardo de Stradlyng . Edwardo Dallyngrug . militibus . Thome Mortymer . Johanne Bangere . et aliis.

Datum in castro nostro Kaerdiff' vicesimo die Aprilis anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum quadragesimo septimo.

The label remains but the seal is lost. The original charter is much faded, but with it are two copies of tolerably early date, on parchment. One of these is certified 'Copia vera concordata comparata et examinata cum originali. Morgan Rice, Clericus villæ de Avan. Cur.' On the other is 'Examinata viimo die Aprilis Anno Domini Caroli secundi Regis xviii$^{vo.}$ (1666) per me Johannem Rumsey.'

(1) *Mercimonia*, an impost on merchandise; hence 'merchandise' itself.

(2) *Mercandisa*, wares exposed in open market, as at a fair.

(3) *Theloneum*, toll.

(4) *Pikage*, payment for breaking the ground to set up a booth.

(5) *Kaiage*, toll for using a quay.

(6) *Stallage*, right of pitching stalls or booths.

(7) *Pontage* and *Murage*, imposts for building or repairing bridges and town walls.

(8) *Pavage*, payment for the paving the highways.

(9) *Nundina*, a privileged fair at which an arrest could only be made for a debt contracted or promised to be discharged there.

(10) *In-toll* and *through-toll*, charges on imports and goods carried into or through the town or over certain roads.

MXXXIX.

AGREEMENT BY THE ABBOT OF TEWKESBURY FOR A QUITTANCE, ON THE DEATH OF JURDAN DE HAMELEDENA, OF 22s., PAYABLE BY MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 A. 51.] No date.

Noverint universi legentes et audientes hanc cartam quod nos abbas et conventus Theokesburie conventionavimus abbati et conventui de Margan quod de illis viginti duobus solidis quos nobis ipsi reddunt pro Jurdano de Hameledena quamdiu ipse vixerit . quod de illis viginti duobus solidis post mortem ipsius Jurdani nichil omnino requiremus á domo de Margan . Set ipsa domus inperpetuum erit inde quieta et carta de Margan quam inde habemus ipsis sine omni contradictione resignabitur. Et super hoc fecimus eis cartam nostram in testimonium.

(Portions of two seals attached. 1. The Abbey of Tewkesbury. 2. The Abbot.)

This quittance by the Abbot and convent of Tewkesbury of the fine of 22s. (per annum) payable to them by Margam during the life of Jurdan de Hameleden, is without date; the writing is apparently about end of the twelfth century, and therefore the document should take an earlier place in this series, neither is it known who Jurdan was. Jurdan or Jordan was, however, a name in use in the allied Sandford and De Cardiff families; and a place called Hameleden is known to have descended from the former family to the latter in 1197. Jordan, therefore, may have been a De Cardiff or a Sandford.

MXL.

ACCOUNTS OF GRIFFITH AP JEVAN AP DAVID BEDELL OF SENGHENYDD-SUBTUS, FROM MICHAELMAS, 47 EDWARD III. TO MICHAELMAS, 48 EDWARD III. 1373-1374.

[Cardiff Castle.]

Compotus Gr. ap Ievan ap David Bedelli de Sength subtus computantis a festo Sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum xlvii$^{mo.}$ usque in festum Sancti Michaelis proximum sequens anno xlviii$^{vo.}$

Arreragia. Idem respondet de xxviii*li.* ii*s.* vii*d. ob. q.* de arreragiis ultimi compoti precedentis. Summa xxviii*li.* ii*s.* vii*d. ob. q.*

Redditus. Idem respondet de xx*li.* vi*s.* iiii*d. ob.* de redditu tam liberorum quam coterellorum ad terminos Sancti Hillarii apostolorum Petri et Pauli et Sancti Michaelis equis porcionibus preter antiquum redditum Llewelini Bren cum redditu Iorwerth ap Ievan ap Meuric Vaghan Grono ap Madoc et Ken' ap Iorwerth. Et de iiii*li.* viii*s.* xi*d. ob.* de novo redditu et incremento reddituum diversorum tenencium ut patet in compoto de anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum xxxvii$^{mo.}$ cum x*s.* ii*d.* de redditu Llewelini Voya oneratis in eodem compoto. Et de iiii*s.* iiii*d.* de incremento redditus Johannis Kemes pro i. particula terre quondam Iorwerth ap Wylym . . . . ultra antiquum redditum hoc anno xi$^{mo.}$ Et de xii*d.* de novo redditu Stephani ap Iorwerth ap Wylym. Summa xx*li.* xix*s.* xi*d.*

Advocaria. Idem respondet de cviii*s.* viii*d.* de advocaria hoc anno et non plus quia Wladus verch Ievan ap Henricus et Ievan ap Madoc quorum quilibet tulit iiii*d.* duplicarunt et recesserunt. Et de iii*s.* viii*d.* de advocaria Gr. ap Hoel ap Gr. Ievan Baughan ap Llewelinus Wladus verch Llowarth Luky verch Badon Ievan Vawr Wenthlian verch Ruyn Wladus verch Meuric ap Ebud Wladus verch Ievan Ievan Vaghan Leuky verch Meuric ap Ievan Johanne verch Llowarth et Ievan Vaghan hoc anno primo. Summa cxii*s.* iiii*d.*

Nova firma. Idem respondet de xiii*d.* de firma Ievan ap David ap Owyn et Perwor uxoris ejus pro tenemento quondam Grono Vaghan ap Grono ap Realthon nativi domini ut patet in compoto de anno xxxvii. Et de xl*s.* de firma cujusdam carbonis ad terminos Purificationis beate Marie et Sancti Michaelis. Summa xli*s.* i*d.*

Commorth. Idem respondet de lii*s.* vi*d. ob.* de redditu de Commorth hoc anno et non accidit nisi quolibet altero anno. Summa lii*s.* vi*d. ob.*

Exitus. Idem respondet de L*s.* v*d.* de exitibus diversarum terrarum et tenementorum que devenerunt in manu domini ut patet in compoto de anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum XXXVII^mo. Summa L*s.* v*d.*

Vendicio stauri. Idem respondet de XV*s.* de XX. porcellis venditis per visum THOME GRONU. Summa XV*s.*

Perquisita. Idem respondet de IX*li.* V*s.* IIII*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo post festum Sancti DEONYSII . Et de XXI*li.* XIX*s.* X*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo ante festum Sancti MARTINI . Et de VIII*li.* V*s.* VIII*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo post festum Sancti NICHOLAI . Et de XIIII*li.* XIII*s.* VII*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo post festum Conversionis Sancti PAULI . Et de X*li.* V*s.* XI*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo post festum Sancti PETRI in Cathedra . Et de VI*li.* XIII*s.* VIII*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo ante festum Annunciacionis beate MARIE . Et de VI*li.* VI*s.* VI*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo post festum Invencionis Sancte Crucis . Et de IIII*li.* IX*s.* IIII*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo post festum Sancte TRINITATIS . Et de XLVI*li.* XV*s.* X*d.* de I. curia tenta die Jovis in festo apostolorum PETRI et PAULI . Et de VII*li.* XVIII*s.* IIII*d.* de I. curia tenta die Jovis proximo post festum Sancti JACOBI . Et de VIII*li.* IIII*d.* de I. curia tenta die Jovis in festo Sancti BARTHOLOMEI. Summa CXLIIII*li.* VII*s.* IIII*d.*

Recepcio forinseca. Idem respondet de X*li.* receptis de seipso bedello de ENYSVAYLGON. Summa X*li.*

Summa totalis recepcionum cum arreragiis CCXXI*li.* XV*d.* *q.*

Acquietancie et defectus. Idem computat in acquietancia redditus bedelli per annum XIII*s.* IIII*d.* In defectu redditus DODGY VAGHAN et GRONO ap IEVAN VAGHAN quorum tenementa in manibus burgensium de KAERFILLY per idem V*s.* VII*d.* *ob.* In defectu redditus THOME VAGHAN in le CROFT OWEYN ap IORWERTH HENRICI GRONO OWEYN ap KEN. IEVAN VAN MADOC ap GRONO IEVAN ap IORWERTH ap ITHEL IEVAN CADOGAN GRONO ap LLEWELINUS GAM JOHANNIS STRANGE WLADUS verch DAVID ap LLEWELINUS ap GRONO ap ITHEL eo quod

terre eorum sunt in manu domini . et superius respondet de exitibus per idem VIIs. VId. . In defectu redditus terre quondam DAVID ap HOEL SHUY quia in manu domini per idem . In defectu redditus DAVID BRENNYG apud ENYSVAYLGON et GUEN verch EYNON apud COMBONOVETH quia terre omnium traduntur in dominio de ALBO MONASTERIO per idem IIs. Xd. eadem notata in compoto terminato anno XVII^mo. In defectu redditus terrarum vocatarum HENDREDENNY PANTLAS GARTH ENDREKAVENE quia sunt in bedelria de ENYSFAYLGON per idem IIIIs. Xd. *ob.* In defectu redditus MAYSTREALTH BREGHUAOCH TYRECOTEREL et le GREYK nuper existentium in manu JOHANNIS ap HOEL et nunc in manu domini unde prepositus de ROTHERY est responsurus in compoto suo XXIIIs. VId. cum IIIs. IIId. de antiquo redditu . In defectu redditus terre vocate TYREMOYLMAHARON nuper in manu JOHANNIS ap HOEL et nunc in manu domini XVIIId. In defectu redditus de commorth pro terra vocata MAYSTIRALTH nuper existente in manu ejusdem hoc anno quia non oritur nisi quolibet altero anno per idem IIs. VId. In defectu redditus de commorth pro TYRECOTEREL hoc anno altero per idem XIId. In defectu redditus de commorth pro terra vocata TYREMOYLMAHARON hoc anno altero per idem VId. In defectu incrementorum reddituum diversorum tenencium nuper THOME LE ZOUGS in ENYSVAYLGON super eos assessorum tempore domini HUGONIS le DESPENSER anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum XXI^mo. per MATHEUM le SOOR tunc vicecomitem dum idem THOMAS fuit in custodia dicti domini HUGONIS per annum IIs. IId. In defectu incrementorum reddituum diversorum tenementorum quondam LLEWELINI VOYA nuper existentium in manu dicti THOME quas idem LLEWELINUS recuperavit versus eundem THOMAM per assisam nove disseysine ut patet in predicto compoto de anno XXVI^to. per idem IIId. Summa LXXs. Id. *ob.*

Expensa. Idem computat in roba bedelli contra Natale Domini VIs. VIIId. In expensis ejusdem per XI. dies curiarum IIIs. VIIId. capientis per diem IIIId. de consuetudine. Summa Xs. IIIId.

Liberacio de arreragiis. Idem computat liberacionem THOME BROUN Receptori de KERDIFF CXLVI*li.* per XXs. Summa CXLVI*li.*

Summa omnium expensarum et liberacionis CL*li.* V*d.* *ob.* Et debet LXXI*li.* IX*d.* *ob.* *q.* De quibus allocantur ei XL*s.* unde superoneratus est superius de minera carbonum unde nihil habuit prout testatur per JOHANNEM KEMMYS constabularium patrie . Et allocantur ei XI*li.* VIII*s.* IIII*d.* quos liberavit THOME BROUN receptori domini de arreragiis THOME ap WILLYM nuper bedelli . Et debet adhuc LVII*li.* XII*s.* V*d.* *ob.* *q.* De quibus allocantur ei XXI*s.* VIII*d.* quos liberavit THOME MORTYMER receptori domini personaliter unde idem THOMAS onerat se in compoto suo de anno XLVII^mo.^ Et debet adhuc LVI*li.* X*s.* IX*d.* *ob.* *q.*

Valor hoc anno CXXIIII. . II*li.*

unde super {
DAVID ap IEVAN ap DAVID nuper bedellum VII*li.* XVIII*s.* VI*d.*
LEYSANUM ap MEURIC XIX*s.* IIII*d.* *ob.*
THOMAM ap WILLYM VI*li.* XIIII*s.* IX*d.* *q.*
GR. ap IEVAN ap DAVID nunc computantem XL*li.* XVIII*s.* II*d.*
}

[In dorso.]

Idem respondet de I. pullo precii . . . . . proveniente domino de extrahura . Et de I. pullo precii IIII*d.* de catallis JEVAN . . . . . . [Several lines illegible through damp stains.]

Boves. Idem respondet de I. bove precii XI*s.* IIII*d.* de herieto ITHEL verch . . . . [Several lines illegible as above.]

Idem respondet de I. vacca precii X*s.* de herieto IEVAN ap IORWERTH WYTH defuncti . Et de I. vacca precii VIII*s.* IIII*d.* de catallis LEUKY verch BADON felonis fugitive . Et . . . . precii XXV*s.* de . . . . redditus advocarie. [Rest of entry illegible as above.]

Boviculi. Idem respondet de uno boviculo superius cum vacca appreciato de catallis dicte LEUKY felonis . Et de II. boviculis superius cum vaccis appreciatis de averiis inventis super terram domini sine redditu advocarie domino forisfactis. Summa III. . Et liberati dicto DAVID . Et nullus remanet.

Bidentes. Idem respondet de IX. bidentibus precii VII*s.* VI*d.* de catallis dicte LUKY felonis. Summa IX. . Et liberati dicto DAVID . Et nullus remanet.

Agni. Idem respondet de XIIII. agnis precii VIIIs. IId. de catallis dicte LUKY felonis. Summa XIIII. . Et liberati dicto DAVID . Et nullus remanet.

Porcelli. Idem respondet de XX. porcellis precii XVs. de herieto THOME ap IVOR defuncti. Summa XX. . Et venditi infra . Et nullus remanet.

MXLI.

GRANT IN TAIL MALE BY THOMAS DE BEAUCHAMP, EARL OF WARWICK AND LORD OF GOWER, TO MEURIC AP PHILIP, OF A MOIETY OF THE NETHER-MILL AT LLANRHIDIAN, ETC., AT A YEARLY RENT OF TWO SHILLINGS AND SEVENPENCE.

[MARGAM CHARTER.]

5 MAY. 49 EDW. III. 1375.

Hec indentura facta apud SWEYN[ESEYAM] inter nobilem virum dominum THOMAM de BELLO CAMPO comitem WARRE[WICI] et dominum GOHERIE ex una parte et MEUREC ap PH[ILIP] ex altera parte testatur quod idem comes tradidit concessit et dimisit eidem MEUREC et heredibus suis masculis de corpore suo legitime procreatis medietatem siti unius molendini aquatici molatici cum cursu aque et aliis pertinentiis preter decimam partem ejusdem medietatis que constat eidem MEURIC apud LANRYDYAN apud le NETHERE MULNE PLACE de hereditate sua et unde sunt parcenarii de altera medietate RICARDUS SCURLAGE et dominus JOHANNES BEAUMOND. Item idem comes concessit eidem MEUREC unam parcellam prati cum pertinentiis apud LIHTRID quam prius tenuit ibidem tenendum eidem MEUREC et heredibus suis masculis de corpore suo legitime procreatis. Reddendo inde annuatim eidem comiti et heredibus suis pro dicta proparte molendini duos solidos ad festa Pasche et MICHAELIS equis porcionibus . et pro dicta parcella prati septem denarios annuatim ad terminum MICHAELIS et de fine ad ingressum XIIJ. solidos IIIJ. denarios, et habebit meremium in bosco domini de

empcione ad rationabile precium pro constructione dicti molendini ad primam facturam. Et idem comes faciet constringere predictos parcenarios pro eorum proparte construere in tanto quod lex et racio de jure requirunt in hac parte. Et si contingat predictum redditum ad aliquem terminum in parte vel in toto esse aretro predictus MEUREC obligat se heredes et executores suos et omnia terras et tenementa sua ad districcionem predicti comitis et heredum seu ministrorum suorum quousque de predicto redditu fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium parti hujus indenture penes predictum MEUREC remanenti sigillum cancellarie GOHERIE ex parte dicti comitis est appensum, alteri vero parti penes predictum comitem remanenti predictus MEUREC sigillum suum apposuit.

Datum apud SWEYN[ESEYAM] v$^{to.}$ die Maii anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum quadragesimo nono.

Seal wanting; apparently that of the Chancery of Gower was appended to the label still remaining.

Endorsed—'Nether mylle.'

MXLII.

PAYMENT FOR PIKE-FISH TAKEN FROM SWANSEA TO STOCK BABWORTH POND [CO. NOTTINGHAM].

[ISSUE ROLL, 50 EDW. III. PUBLISHED IN F. DEVON'S 'ISSUES OF THE EXCHEQUER,' 1837, P. 200.]

4 JULY. 50 EDW. III. 1376.

To JOHN SKILFULL, of SWANESEY, in money paid to his own hands, twelve pounds, six shillings and eightpence, which the Lord the King commanded to be paid him for sixty-two fish called pikes, [luces], purchased of him for the King's use to re-stock the pond called BABWORTH POND; also for the carriage of the same fish from SWANESEY to the pond aforesaid. By writ, etc. 12$^{l.}$ 6$^{s.}$ 8$^{d.}$

MXLIII.

LEASE BY THE ABBEY AND CONVENT OF MARGAM OF LANDS IN BONVILSTON DURING MINORITY OF JOHN NORREIS, TO JOHN DENYS.

[HARL. CHARTER, 75 A. 45.]

ST. ANDREW'S DAY. 30 NOVEMBER. 50 EDW. IV. 1376.

Ceste endenture faitz lan du regne le Roi EDWARD tierce pus le conqueste sincqantism testmoigne qe labbe et covent de MORGAN ount graunte et a ferme baille a JOHAN DENYS de WATIRTON iiij$^{xx.}$ et ix. acris de terre deyns le feo de BOUILLISTON' duraunt la nonnage de JOHAN NORREIS fitz et heir a JOHAN NORREIS de LACHECASTEL. Rendaunt chequn an duraunt la ferme susdiste as auaunt distes abbe et couent en le feste de Seint MICHEL xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$ saunz outre delaie. Et quele hure qe le dist JOHAN DENYS ne face la paiement de xiij$^{s.}$ iiij$^{d.}$ chequn an al feste de Seint MICHEL ou deyns le quinseynez procheyn suaunt, lisce donqe as auaunt ditz abbe et couent ouster le dit JOHAN et ly forsclore de sa ferme et de tote manere accion de la terre auaunt dist. En testmoinaunce de quele chose lez auauntditz abbe et couent et JOHAN a cestes endentures chaniablement ount mys lour seals.

Done a MORGAN le jour Seint ANDRIEU le apostole lan susdist.

Top line indented.

Seal wanting.

The family of Denys or Dennis appear to have come from Gloucestershire, the first on record in Glamorgan seems to have been William, in 1258, who married a Turberville; he was father of Richard, John, and perhaps, a William. Richard married Alison Bren or Brent, and had Roger or Hoskyn, who married Margaret de la Bere, they had: 1 Nicholas; 2 Richard, married Alison Berkeroles, and had Richard; 3 William married Joan le Eyre, and had Richard; 4 Sir Gilbert; 5 John of Waterton, near Bridgend, married Joan, daughter of Hopkin Powell Vaughan, of co. Brecon, and had Sir Gilbert; Sir Gilbert married Joan, daughter of Thomas le Eyre, of Brychanswell. Joan's mother was Margaret, daughter of David Cantilupe, and Joan appears to have inherited the Cantilupe estates of Cantleston, Knolston, and Cornellau from her mother, as well as Brychanswell, Nottage, Brocastle and Llanvihangel from the le Eyres. Sir Gilbert had a son William of Waterton, married Alice Norris of Sutton, and had Nicholas,

who married Margaret D'Aubigny or Daubeny; they had Joan, who married William Chicheley, and had issue. The Denys' arms were 'azure, a bend engrailed between three pards heads jessant-de-lys or.' See 'Clark's Genealogies of Glamorgan,' p. 381.

The first Norris or Norreys on record, in Glamorgan, is a certain Robert Norris, 'Vicecomes,' under Earl Robert, to whom a Gloucester Abbey charter is thus addressed, says Mr. Traherne, in the time of Bishop Uchtred of Llandaff. The family held two knights' fees of William, Earl of Gloucester, and various inquisitions shew these to have been in Penllyne. Robert was, no doubt, dead in 1166, as the earl then accounts for two fees held by his heir. This first Robert was possibly the builder of the square keep, of which a fragment, with herring-bone masonry, still stands at Penllyne.

Robert Norris, or Le Norris, probably his son, was also 'Vicecomes'; and as such witnessed the charters of Earl William to Margam and to Neath, cited in Francis's *Neath*, 38-39. The name also occurs in various charters from 1257 down to 1341. (See also CLXXXIII., DXXVIII.)

John, the next heir, gave a croft to Margam in 1188; and in 1270 there was a final concord between him and Gilbert, abbot of Margam, respecting lands at Bonvilston. (DXXVIII.)

Richard le Norreys, his successor, held land under the Bonvilles (CCLXI.), and witnessed charters by Payn de Turberville to Margam, 1185-91; and by Gilbert de Turberville, 1207-12; and by William de Cantlo about 1215; and by Jewan ap Gweyr, 1258.

Next was William le Norreys, who witnessed a charter by Raymond de Sully; also another by P. de Cornhill, to which his brother Gilbert Norreys was witness.

The Extent of 1264-6 shews that John le Norreys then held land in Penllyne,—annual value £15. He was party to a Margam deed concerning Bonvilston about 1270. (DCXLIV.)

In 1289 John, perhaps his successor, witnessed the agreement of Gilbert de Clare with Neath. (Francis, 34.)

By the inquisition at the death of Countess Joanna in 1307 (Esc. 35 Ed. I., No. 47), Richard de Nerber held Penllyne, probably as *custos* of the minor, since in the inquisition on the death of Gilbert de Clare in 1315 (8 Ed. II., 68), John le Norreys held two fees in Penllyne and Llanvihangel, as he did in 1320 at the Spenser Survey. He also witnessed Payn de Turbervill's charter to his tenants at Coyty. (H. H. Knight on Ll. Bren.)

In 1317 he and others were directed to raise 1,000 foot in Glamorgan (Writs, II., 490), and in 1333 he was upon an inquiry into the claims of the abbot of Margam to a right of wreck. In 1339 John le Norreys witnessed Hugh le Despenser's charter to Margam, and in 1340 to Cardiff, and in 1341 to Neath. At Hugh's death, in 1349, John held the two fees in Penllyne and Llanvihangel. In 1358, as Sir John le Norreys, Knt., he witnessed charters to Cardiff and Llantrisant boroughs, and in Neath Abbey, and in 1359 to Neath borough. (Fran., p. 40.)

In 1376 the abbot of Margam granted to John Denys a lease of eighty-nine acres of land at Bonvileston during the nonage of John, son of John Norris, of Leche Castle. As Bonvileston had already been made over to Margam, John was probably in ward to the abbot.

In 1453 another John le Norris, perhaps a grandson of the above, was an executor of the will of Isabella, Countess of Warwick, daughter of Thomas le Despenser. (Dug., *Bar.* I., 247; Pat. 1 Hen. IV.)

Collinson states that Elizabeth, daughter and heiress of John Norris of Penllyne Castle, married William de Coker of Coker, co. Somerset. (Coll. *Som.*, II., 334.) The Welsh pedigrees call her Exa, and marry her to John Fleming. The elder of the two coheirs they call Gwenllian, and state that she had a share of Penllyne, 7 Hen. VI.; and married, first, Tompkin Turberville, and second, Thomas Morgan of Langston. It was from this match that descended the Turbervilles of Penllyne.

The ambiguity of the Norris genealogy is much increased by their long and successive use of the name of John, and the absence of any inquisitions relating to them.

In 1290-1, under the head of canons and chapter of Llandaff, is an inquisition touching the manors taken into the king's hands on the death of Bishop William. (*I. p. M.* 19 Ed. I.)

They seem to have borne for their arms 'a cross fleury.'

Lachecastel, in Llancarvan parish, is represented by a quadrangular bank and exterior ditch, distinct, but now nearly obliterated and enclosing an area of very moderate dimensions, placed on the summit of a knoll, near to and south of the Portway. It seems Roman, and commands the road just at the head of the Llantrithyd valley. In 1376 the manor was held on lease from Margam by John Denys of Waterton, during the minority of John, son and heir of John Norris of Liege Castle, at 12s. 6d. annual rent. In 1444 it was held by Hugh, son of John Basset of St. Hilary, as heir of his mother Joan daughter and co-heir of Thomas ap Madoc ap Rhys ap Grono, descended from Rhys ap Tudor. On Basset's conviction for the death of Sir Thomas Dda ap Gronu, Liege Castle passed to John Raglan, who married Basset's half sister, daughter and heiress of Lewis Matthew. The manor is attached to Wenvoe.

MXLIV.

PAYMENT TO NICHOLAS DE TWYFORD, GOLDSMITH, FOR MAKING A SEAL ORDERED BY THE KING FOR THE LORDSHIPS OF GLOMORGAN AND MORGANNOK.

[Issue Roll, Michaelmas, 50 Edw. III., published in the 'Issues of the Exchequer,' ed. Devon, 1837, p. 201.]

16 Jan. 50 Edw. III. 1377.

To Nicholas de Twyford, a goldsmith of London, in money paid to his own hands, for engraving and making a seal ordered by the King for the lordships of Glomorgan and Morgannok, lately belonging to Edward lord le Despencer, deceased, being in the King's hands by reason of the minority of the son and heir of the aforesaid Edward.

By writ, etc. $2^{l.}$ $10^{s.}$

MXLV.

QUIT-CLAIM BY NEST, DAUGHTER OF JOR[WORTH] AP KEN[EWREC], OF RIGHTS TO LANDS AND TENEMENTS IN THE PARISH OF LLANTRISANT, TO GRONO AP IVOR HIR.

[CARNE MS.]

12 SEPT. 3 RICH. II. 1379.

Pateat universis per presentes me NEST' filiam JOR' ap KEN' concessisse remisisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis imperpetuum quietum clamasse GRONO ap IVOR HIR heredibus et assignatis suis totum jus meum et clameum quod habeo habui seu aliquo modo decetero habere potero in omnibus terris et tenementis pratis pasturis boscis vastis cum omnibus suis pertinenciis in parochia de LANTRISSEN in feodo de GLOUR'. Ita quod nec ego predicta NEST' nec heredes mei nec aliquis alius nostro nomine aliquod jus vel clameum in omnibus terris tenementis pratis pasturis boscis vastis predictis cum pertinenciis potero exigere vel vendicare in futurum set inde ab omni actione juris et clamei simus exclusi per presentes. In cujus rei testimonium huic presenti quieto clameo sigillum meum apposui. Hiis testibus . IEVAN ap GRONO ap IOR' . REES VAGHAN ap REES GETHIN . HOEL VAUR . DAVID ap LEWELYN ap REES . ITHENER ap IEVAN ap MADOC . MADOC ap TUDER . IEVAN ap ARON . et multis aliis.

Datum apud LANTRISSEN xij'mo die mensis Septembris anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum tercio.

Small seal of green wax. Device, two birds billing.

Legend—'S. NESTE . . . .'

Nest, the daughter of Iorworth, is unknown; but Grono ap Ivor Hir was of Miskin in Llantrisant, and a very considerable person. He married Katherine, second daughter and coheir of Jenkin Fitz Aron, probably the Ievan ap Aron of the witnesses, lord of Brigan in Llansannor, and of Llansannor itself. They had Howell ap Grono of Llansannor, who died childless in the reign of Richard II., and Katherine of Llansannor, her brother's heir.

MXLVI.

CHARTER OF CONFIRMATION BY THOMAS DE BEAUCHAMP, EARL OF WARWICK AND LORD OF GOWER, TO ST. DAVID'S HOSPITAL, SWANSEA.

[HARL. CHARTER, 83 D. 26.]

SUNDAY AFTER MICHAELMAS. 2 OCT. 3 RICH. II. 1379.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes litere pervenerint THOMAS de BELLOCAMPO comes WAREWICI . et dominus GOUHERIE salutem in domino sempiternam. Ob sinceris (*sic*) dileccionis in domino affectum et gratam effeccionem quam penes dilectum clericum nostrum RICARDUM COLET de SUTTON' magistrum hospitalis beati DAVID de SWEYNESEYE capellanos et pauperes in eodem degentes gerimus et habemus et ut predictum hospitale securius et uberius dotetur ac etiam ut nos progenitores et heredes nostri simus principales fundatores et participes omnium bonorum in eodem hospitali factorum vel faciendorum ut in divinis obsequiis et aliis operibus caritatis, concedimus et ratificamus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est prefato custodi et successoribus suis capellanis et pauperibus ejusdem hospitalis inibi degentibus imperpetuum locum illum cum pertinenciis super quem dictum hospitale construitur et scituatur una cum omnibus aliis terris redditibus et serviciis cum omnibus et singulis eorum pertinenciis que eidem hospitali per bone memorie HENRICUM dudum MENEVENSEM episcopum dicti hospitalis fundatorem aut quoscumque alios datores fuerunt collata sive quovis alio modo assignata ad sustentacionem dictorum custodis capellanorum et pauperum dicti hospitalis . Concedimus etiam et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est dicto custodi et successoribus suis quod adquirere possint viginti libratas ecclesiarum terre vel redditus infra precinctum terre nostre de GOWER et hujusmodi terras sive redditus sibi et successoribus suis appropriare et in proprios usus tenere, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito vel quibuscumque aliis statutis vel ordinacionibus

sive ymaginacionibus in contrarium non obstantibus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus . dominis Henrico de Arderne . Thoma de Byrmysham . Johanne de la Bere militibus . Ricardo Scurlagh . Ricardo de Penres et aliis.

Datum apud Salwerpe die dominica proxima post festum Sancti Michaelis Archangeli anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum tertio intrante.

Seal of arms.

Sir Henry de Arden was a follower of the Earl, from whom he had a grant of a manor in the County of Worcester, 1 Rich. II. He was also in a commission, 5 Rich. II., to put down Jack Strae and other rebels.

Thomas de Birmingham was a considerable person in Warwickshire, a Commissioner of Array, and a Knight of the Shire. Salwerpe is Salwarpe in Worcestershire.

MXLVII.

APPROPRIATION BY ADAM, BISHOP OF ST. DAVID'S, OF THE PARISH CHURCH OF OYSTERMOUTH TO SWANSEY HOSPITAL.

[Harl. MS. 1249, f. 81, p. 161.]

11 March. 1379 (1380).

Adam permissione Divina Menevensis episcopus et ejusdem loci capitulum universis Christi fidelibus salutem et perpetuam rei gestæ memoriam retinere.

Quia bonæ recordationis memoriæ dominus Henricus de Goweria dudum Menevensis episcopus sincera devotione et multum laudabili hospitale quoddam in villa de Sweynesey dictæ Menevensis dioceseos honorifice fundavit ac cæteros redditus spirituales et temporales ad sustentationem cujusdam custodis capellanorum pauperum et debilium degentium in eodem rite et feliciter adquisivit qui multum post fundationem dicti hospitalis primævam[1] varietate temporum attenuantur et ad necessaria degentium in eodem hiis diebus minime sufficere dinoscuntur.

Nos vero beneficia quamplurima et pietatis opera dictæ ecclesiæ MENEVENSIS et successoribus suis episcopis ac ceteris ipsius ministris dum sponsus extiterat et in humanis agebat et post ejusdem patris obitum ex suis collatis perheniter duratura intuimus revolventes ecclesiam parochialem de OYSTERMOUTH dictæ dioceseos cujus hospitalis custos patronus existit ad sustentationem dictorum custodis capellanorum pauperum et debilium degentium in eadem et ut numerus fidelium et cultus divinus amplientur in eadem evidenti utilitate et urgenti necessitate appropriamus de consensu capituli nostri, annectimus et unimus cum suis juribus et pertinentiis universis perpetuis futuris temporibus possidendam.

Dantes et concedentes dicto custodi licentiam liberam et plenam potestatem ingrediendi et adipiscendi possessionem dictæ ecclesiæ de OYSTERMOUTH jam vacantis auctoritate propria nostra vel optenta *pro*[2] indempnitate ecclesiæ nostræ MENEVENSIS et archidiaconi de KERMERDYN in cujus archidiaconatu dicta ecclesia de OYSTERMOUTH sita est ordinamus quod ffabrica ecclesiæ nostræ MENEVENSIS annuatim percipiet duos solidos annuæ pensionis in ffesto Sancti JACOBI . Et idem archidiaconus qui pro tempore fuerit habebit singulis annis in eodem ffesto duodecem denarios a custode hospitalis predicti nomine et occasione indempnitatis ecclesiæ nostræ et suæ prædictæ.

Datum in domo capitulari nostræ ecclesiæ MENEVENSIS XI. die mensis Martii anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ septuagesimo nono et nostræ consecrationis decimo octavo. In cujus rei testimonium nos ADAM episcopus et capitulum prædictum sigilla nostra præsentibus apponi fecimus.

(1) Expuncted. (2) For prius ?

A duplicate of this document has been discovered among the Cardiff Castle papers. It is written on parchment and has had seals attached, now wanting. It differs slightly from the Harleian copy. The word 'ex' is inserted before 'sincera' in the fourth line. After italic 'pro' (line 22), there is inserted 'auctoritate propria nostra vel alicujus alterius licencia vel auctoritate super hoc minime petita aliqualiter vel obtenta pro.'

MXLVIII.

QUIT-CLAIM BY THOMAS PHILIPPE, BURGESS OF KENFEG, TO JOHN PHILIPPE, HIS FATHER, OF TWO BURGAGES IN KENFIG.

[MARGAM CHARTER.]

WEDN. AFTER PURIF. B.M. 5 FEB. 5 RIC. II. 1382.

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quorum notissiam (*sic*) presentes littere pervenerint . THOMAS PHILIPPE burgensis de KENFEG' salutem in domino sempiternam.

Noveritis me dedisse consesisse (*sic*) remisisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis inperpetuum quietumclamasse JOHANNI PHILIPPE patri meo et heredibus et assignatis suis totum jus meum et clamium quod habeo habui vel aliquo jure habere potero in duobus burgagiis simul jacentibus in villa de KENFEG' inter burgagium JOHANNIS AYLWARD in parte orientali et burgagium JOHANNIS PHILIPPE in parte australi et unum capud extendit se a regale via de KENFEG' in parte orientali reliquum vero ad terram que vocatur PORSMANSHYLLE. Ita vero quod nec ego THOMAS PHELIPPE nec heredes mei nec aliquis alius nomine nostro aliquid jus aut clamium in predictis duabus burgagiis cum omnibus suis pertinenciis de setero habere poterimus . set ab omni juris remedio totaliter sumus exclusi in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti relaxacioni sigillum meum apposui. Hiis testibus . WILLELMO BRYAND' constabullario castre (*sic*) de KENFEG' . WILLELMO MORS (*sic*) ejusdem ville preposito . JOHANNE HERRY extunc famulo WILLELMI FORNORE . JOHANNE WALCHE . PHILIPPO WALCHE et multis aliis.

Datum apud KENFEG' die MERCURIE (*sic*) post festum Purificacionis beate MARIE anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum quinto.

Catal. of Margam MSS., No. 403.

MXLIX.

BULL OF POPE URBAN VI. TO THE BISHOP OF LLANDAFF, FOR THE APPROPRIATION OF THE CHURCH OF AVEN, OR ABERAVON, BY MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

17 JULY. 6TH YEAR. 1383.

URBANUS episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . episcopo LANDAVENSI salutem et apostolicam benedictionem.

Sacre religionis sub qua dilecti . . abbas et conventus monasterii beate MARIE de MORGAN CISTERCIENSIS ordinis tue dioceseos devotum exhibent domino famulatum promeretur honestas ut votis eorum in hiis presertim per que divinus cultus augeatur et commoditatibus ipsorum consulatur quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte ipsorum abbatis et conventus petitio continebat quod olim quondam EDWARDUS SPENSER miles dicte dioceseos qui dudum monasterium ipsum fundaverat pie et prudenter attendens quod ad monasterium predictum quod in itinere publico situatum existit tam divitum quam pauperum quibus nullo tempore denegatur debita hospitalitas continuus est concursus, et quod terre et possessiones dicti monasterii maris litori adjacentes propter ipsius maris excrescentiam et inundationes insolitas steriles et ipsis abbati et conventui inutiles reddebantur, et quod boves oves et alia animalia que ipsi abbas et conventus in illis partibus habebant propter pestilentias et calamitates alias in maxima parte casualiter mortua fuerant, et quod propterea dictum monasterium erat multis debitis ad magnas pecuniarum summas oneratum, jus patronatus parrochialis ecclesie de AVEN, dicte dioceseos quod ad ipsum militem legitime pertinebat, eisdem abbati et conventui ea intencione donavit quod ecclesia ipsa dicto monasterio imperpetuum uniretur incorporaretur et annecteretur . ita tamen quod ipsi abbas et conventus solitum dicti monasterii monachorum numerum

de tribus augere et tres pauperes alere, ipsosque pauperes ter in anno vestire tenerentur. Quare pro parte abbatis et conventus predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ecclesiam predictam eidem monasterio uniri incorporari et annecti mandare de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus quatenus si est ita dictam parrochialem ecclesiam cujus quadraginta monasterio predicto cujus quadringentarum marcharum sterlingorum fructus redditus et proventus secundum communem extimacionem valorem annuum ut ipsi abbas et conventus asserunt non excedunt cum omnibus juribus et pertinentiis suis imperpetuum auctoritate nostra unias incorpores et annectas, ita quod cedente vel decedente rectore dicte parrochialis ecclesie qui nunc est vel ecclesiam ipsam alias quomodolibet dimittente liceat abbati dicti monasterii qui pro tempore fuerit et conventui predictis possessionem ejusdem ecclesie propria auctoritate apprehendere et in proprios usus perpetuo retinere, ordinarii loci vel alicujus alterius licencia super hoc minime requisita . Et quod postquam prefati abbas et conventus possessionem ipsius ecclesie pacificam fuerint assecuti, numerum monachorum dicti monasterii de tribus augere, et tres pauperes alere, et dictos pauperes ter in anno vestire teneantur, reservato tamen de fructibus redditibus et proventibus ejusdem ecclesie pro perpetuo vicario qui clericus secularis existat in ea domino serviturо congrua portione de qua valeat congrue sustentari, episcopalia jura solvere, et alia sibi incumbentia onera supportare . Non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales vel speciales apostolice sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum . quas quidem litteras et processus habitos per easdem ad ecclesiam predictam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem ecclesiarum vel beneficiorum aliorum prejudicium generari, et quibuscumque privilegiis

indulgentiis et litteris apostolicis contrariis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri . et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mencio specialis . Nos enim exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Tibure XVI. Kalend' Augusti . Pontificatus nostri anno sexto.

S. R$^{ta.}$ Grat' (? *Sit Registrata gratis.*)

A. de PARMA.

The leaden Bulla is appended by a hempen cord.

Endorsed in a contemporary hand—' De incorporacione ecclesie de Aune—quomodo IIJ. monachi et IIJ. pauperes.' And in later hands—' A$^{o.}$ 6 Urban the 6th relating to the monastery of Margam ' : ' obliterated.' ' Ecclesia de Aven.'

ML.

GRANT BY JOHN DE HORTON' OF SWANSEA TO JOHN DE PENREES, LORD OF OXWICH, OF THE SITE OF A BURGAGE IN THE CASTLE BAILEY OF SWANSEA.

[MARGAM CHARTER.] 5 OCT. 7 RIC. II. 1383.

Sciant p. et f. q. e. JOHANNES de HORTON' de SWEYNESEYA d. c. et hac p. c. m. confirmavi JOHANNI de PENREES domino de OXENWYCHE heredibus et assignatis suis imperpetuum totam illam placeam burgagii cum pertinenciis que habui ex dono et feoffamento domini JOHANNIS de la BEERE militis jacentem in ballia castri de SWEYNESEYA inter grangiam nuper JOHANNES PHELIPP' . ex parte occidentali . et tenementum ROBERTO FFILIAS ex parte orientali . Habendum et tenendum predictam placeam burgagii cum suis pertinenciis predicto JOHANNI de PENRES heredibus et assignatis suis inperpetuum de capitalibus dominis feodi de SWEYNESEYA per redditus et servicia inde debita et de jure consueta . Et ego vero

predictus Johannes de Horton' et heredes mei predictam placeam burgagii cum suis pertinenciis predicto Johanni de Penres heredibus et assignatis suis in forma predicta c. o. g. warantizabimus et imperpetuum defendemus. In c. r. testimonium huic carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . Roberto ap Thomas vicecomite Gouherie . Willelmo Matheu preposito ville de Sweyneseye . Thoma de Sengleton' . Roberto Knepyn . Thoma Charles . Thoma Bordeward' . et aliis.

Datum apud Sweyneseyam die Lune quinto die mensis Octobris a. r. R. Ricardi II. post conquestum septimo.

Entitled—' Sweynysey.'

MLI.

GRANT BY JOHN DE PENREES OF OXWICH OF THE SITE OF A BURGAGE IN SWANSEA TO JOHN AND MARGARET HORTON.

[Margam. Traherne MS.]

5 Oct. 7 Ric. II. 1383.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes de Penrees dominus de Oxenwych dedi etc. Johanni de Horton et Margarete uxori ejus et heredibus suis totam illam placeam burgagii cum pertinenciis que quondam fuerunt domini Roberti de Penrees avi mei jacentia in ballio Castri de Sweyn' inter gardinum domini Johannis de Horton ex parte occidentali et communem viam ex parte orientali et venellam ducentem versus nuncupatum ballium ex parte boreali usque ad tenementum dicti Johannis ex parte australi. Habendum et tenendum predictam placeam burgagii reddendo ad festum Sancti Michaelis unum florem rose.

Hijs testibus . Roberto ap Thomas vice-comite Gouherie . Willelmo Matthew preposito ville de Sweyn' . Thoma de Singleton . Roberto Knepyn . Thoma Charles . Thoma Vordeward . et multis aliis.

Datum apud Sweyn' die Lune quinto die mensis Octobris anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum septimo.

MLII.

GRANT IN TAIL BY JOHN DE PENREES, LORD OF OXWICH, TO JOHN DE HORTON AND MARGARET HIS WIFE OF THE SITE OF A BURGAGE IN THE CASTLE BAILEY OF SWANSEA.

[Margam Charter.]

5 Oct. 7 Ric. II. 1383.

Sciant p. et f. q. e. Johannes de Penrees dominus de Oxenwych' dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Johanni de Horton' et Margarete uxori ejus et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis totam illam placeam burgagii cum pertinenciis que quondam fuit domini Roberti de Penrees avi mei jacentis in ballia castri de Sweyneseya inter gardinum dicti Johannis de Horton' ex parte occidentali et communem viam ex parte orientali et venellam ducentem versus murum ballie ex parte boriali usque ad tenementum dicti Johannis ex parte australi. Habendum et tenendum predictam placeam burgagii cum suis pertinenciis predictis Johanni de Horton et Margarete uxori ejus et heredibus de corporibus eorum legitime procreatis de me et heredibus meis. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ipsi Johannes et Margareta uxor ejus et heredes ipsorum legitime de corporibus eorum procreati unum florem rose ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste pro omnibus secularibus serviciis exaccionibus et demandis. Et ego vero predictus Johannes Penrees et heredes mei predictam placeam burgagii

cum suis pertinenciis predictis JOHANNI et MARGARETE uxori ejus et heredibus de c. e. l. pro. contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . ROBERTO ap THOMAS vicecomite GOUHERIE . WILLELMO MATHEW preposito ville de SWEYNESEYA . THOMA de SENGLETON' . ROBERTO KNEPYN . THOMA CHARLES . THOMA BORDEWARD' et multis aliis.

Datum apud SWEYNESEYAM die Lune quinto die mensis Octobris anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum septimo.

A small lump seal in dark red wax: a small oval impression of a Roman head in profile, finely cut, no doubt an antique.

Endorsed—' Carta domini Johannis de Penr's de gardino.'

MLIII.

QUIT-CLAIM BY JOHN, SON OF SIR JOHN DE LA BERE, KNT., TO JOHN DE PENRES, LORD OF OXWICH, OF THE SITE OF A BURGAGE IN THE CASTLE BAILEY OF SWANSEA.

[MARGAM CHARTER.]

10 SEPT. 8 RIC. II. 1384.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum v. et a. JOHANNES de la BERE filius et heres JOHANNIS de la BERE militis salutem in Domino.

Noverit universitas vestra me concessisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis imperpetuum quietum clamasse JOHANNI de PENRES domino de OXENWYCHE [et] heredibus suis totum jus et clameum meum quod habeo habui seu quovismodo de jure habere potero seu potui in tota illa placia burgagii cum pertinentiis que quondam fuit domini JOHANNIS de la BERE patris mei jacente in ballia castri de SWEYNESEYA inter terram ROBERTI FFILIAS ex parte orientali et terram nuper JOHANNIS PHILIP ex parte occidentali ita videlicet quod nec ego predictus JOHANNIS de la BERE nec heredes mei per nos pro nobis seu nomine

nostro aliquid juris vel clamei in dicta placia burgagii cum suis pertinentiis quibuscunque de cetero exigere clamare seu vendicare debemus aut poterimus . Set ab omnibus accionibus dicti placii burgagii cum pertinenciis sumus exclusi per [presentes] imperpetuum. In cujus rei testimonium sigillum meum apposui. Hiis testibus . Roberto ap Thomas vicecomite Gouherie . Willelmo Mathew preposito de Sweynysey . Thomas (*sic*) Sengleton' . Roberto Kenepyn' . Thomas (*sic*) Charles . Thom[a]s Bortheward . et aliis.

Datum apud Sweyneseyam x°· die Septembris anno r. R. Ricardi secundi post conquestum octavo.

Entitled—'Sweynysey.'

MLIV.

LEASE BY SIR LAURENCE BERKEROLS, LORD OF COYTY, AND ELIZABETH HIS WIFE, OF THE MANOR OF MERTHYR MAUR TO THOMAS WATKYN FOR EIGHT YEARS.

[G. G. F.]

Michaelmas. 8 Ric. II. 1384.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . Laurencius Berkerols miles dominus de Coytyf et Elizabet uxor mea salutem in domino. Noveritis nos tradidisse concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse Thome Watkyn totum manerium nostrum de Marthelmaur cum suis pertinenciis in redditibus serviciis consuetudinibus pratis pasturis boscis et vastis dicto manerio pertinentibus. Tenendum sibi heredibus vel executoribus suis a festo Sancti Michaelis anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum octavo usque ad finem termini octo annorum proximo sequentium plenarie complendorum. Reddendo inde annuatim predictus Thomas heredes vel executores

sui nobis prefatis LAURENCIO et ELIZABET heredibus assignatis vel executoribus nostris tresdecim libras sex solidos et octo denarios usualis monete ad festa Pentecosten Sancti MICHAELIS et natalis Domini per equales porciones videlicet IIIJ*l.* VIIJ*solid.* et x*d.* *ob.* ad quemlibet terminorum predictorum et predictus THOMAS et heredes sui vel executores solvent annuatim ballivis comitatus GLAMORGANCIE pro warda castri de KAIRDIF' pro dicto manerio septem solidos et duos denarios. Item solvent ballivis de LANBLETHIAN duos solidos vel unum esperuarium et dicti LAURENCIUS et ELIZABET dictum manerium in coopertura reparabunt et postquam sit competenter reparatum predictus THOMAS et heredes vel sui executores dictum manerium manutenebunt sustentabunt et in adeo bono statu seu meliori dimittent sumptibus suis propriis et expensis. Et si contingat quod predictus redditus viginti marcarum a retro esse in parte vel in toto per unum mensem post aliquem terminum assignatum vel dictum manerium extra manus suas proprias alicui tradere quod tunc bene liceat nobis predictis LAURENCIO et ELIZABET heredibus vel assignatis nostris in predicto manerio cum omnibus suis pertinenciis intrare et retinere imperpetuum sine aliqua contradictione eorum. Et nos predicti LAURENCIUS et ELIZABET uxor mea totum predictum manerium cum omnibus suis pertinenciis durante termino predicto prefato THOME contra omnes gentes warantizabimus. Hiis testibus . JOHANNE ROPPERT . DAVID ap GRIFFITH ap REES VELYN . GRIFFITH ap JANEKYN ap ARON' . DAVID YONGE, et aliis. Data apud MARTHELMAUR die et anno supradictis.

In cujus rei testimonium hiis indenturis nos partes predicti sigilla nostra alternatim apposuimus . ac eciam quod predictus THOMAS habebit meremium sufisiens pro dictas domus sustentando et meremium vocatum fraxinum pro carucas suas faciendo et ter brasciabit quolibet anno sine amerciamento ponendo.

The deed is indented; the seal in red wax bears within a carved panel a shield of arms—chequy, on a bend two uncertain charges.

'+ SIGILLUM . IOHANNIS . CRANLEGH.'

See Birch, *Catal. of Seals in Brit. Mus.*, No. 9,048.

MLV.

ROYAL GRANT OF THE ADVOWSON AND APPROPRIATION OF THE CHURCH OF ABERAVON TO MARGAM ABBEY.

[P.R.O. Pat. Roll. 8 Ric. II. P. I., M. 9.]

28 Oct. 8 Ric. II. 1384.

Pro Abbate et Conventu de Morgan in Wallia.

Rex Omnibus ad quos etc. salutem.

Supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo abbas et conventus de Morgan in Suth-Wallia . ut cum Edwardus le Despenser nuper dominus Glamorgancie et Morgannoke in Wallia . considerans magnam partem terrarum ad abbaciam predictam pertinencium per sabulum maritimum fuisse destructam in nimiam depauperacionem abbacie antedicte et proinde devocione et pietate commotus dedisset et concessisset pro se et heredibus suis tunc abbati et conventui abbatie illius advocacionem ecclesie de Avene in dominio suo de Glamorgan in Wallia que de nobis tenetur in capite . Habendum et tenendum sibi et successoribus suis in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum licencia regia prout moris est super hoc non optenta intelligente dicto Edwardo ipsum eo quod unus baronum de Marchia Wallie fuit et infra dictum dominium suum de Glamorgan quicquid ad jurisdictionem regalem pertinet se habere pretendebat donacionem et concessionem predictas absque licencia regia licite facere potuisse cum non posset . Subsequenterque impetrata ex parte predictorum abbatis et conventus a sede apostolica licencia appropriandi ecclesiam predictam et eam in proprios usus tenendi suis sumptibus non modicis et expensis . nos advocacionem illam tanquam nobis forisfactam per judicium in curia nostra coram justiciis nostris de banco versus prefatam abbatem rite redditum eo quod advocacio predicta contra formam statuti de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis editi prefatis abbati et conventui ad manum mortuam ut premittitur data et concessa fuit recuperavimus regio jure nostro nobis et heredibus nostris pro perpetuo possidendo velimus

premissorum et caritatis intuitu ne iidem abbas et conventus jacturam advocacionis predicte ac gravium expensarum et sumptuum quos circa licenciam appropriacionis predicte habendam ut premittitur apposuerunt irremediabiliter incurrant in relevacionem exilis status abbacie predicte cum eisdem abbacia et conventu in hac parte agere graciose. Nos premissorum consideracione supplicacioni predicte favorabiliter inclinati de gracia nostra speciali et ad specialem requisicionem venerabilis patris Thome Landavensis episcopi confessoris nostri dedimus et concessimus pro nobis et heredibus nostris prefatis abbati et conventui advocacionem ecclesie predicte in manu nostra pretextu recuperacionis predicte existentem . Habendum et tenendum sibi et successoribus suis de nobis et heredibus nostris per servicia inde debita et consueta imperpetuum. Et ulterius de uberiori gracia nostra concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris eisdem abbati et conventui quod ipsi ecclesiam illam quandocumque eam per mortem cessionem vel resignacionem vacare contigerit licet ad eam non presentaverint appropriare et eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint sibi et successoribus suis ad exorandum specialiter pro salubri statu nostro dum vixerimus et heredum nostrorum ac regni nostri Anglie necnon pro anima nostra cum hac luce migraverimus et animabus omnium progenitorum et heredum nostrorum omniumque fidelium defunctorum et ad onera eis per prefatum Edwardum ratione doni eis de advocacione predicta facti imposita continue faciendum et supportandum imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum justiciariorum escaetorum vicecomitum aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcunque statuto predicto seu eo quod dicta advocacio de nobis tenetur ut est dictum aut recuperacione predicta non obstante. In cujus etc.

Teste Rege apud Eltham . xxviii. die Octobris. Per literam ipsius regis de signeto.

MLVI.

THOMAS RUSHOOKE, BISHOP OF LLANDAFF, RECITES LETTERS OF POPE URBAN VI., DATED 29 APRIL, 1384; AND ACCORDINGLY UNITES AND INCORPORATES THE PARISH CHURCH OF PENLYN WITH THE ABBEY OF MARGAM.

[Margam Charter.] 2 Jan. 1384 [1385.]

Universis Sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Thomas permissione divina Landavensis episcopus salutem in eo qui est vera salus.

Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia Pape sexti ejus vera bulla plumbea cum filis canapis more Romane curie bullatas sanas integras et omni suspicione carentes nobis per partem religiosorum virorum abbatis et conventus monasterii beate Marie de Morgan ordinis Cisterciensis nostre dioceseos presentatas cum ea qua decuit reverencia nos recepisse noveritis tenorem qui sequitur continentes.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo Landavensi salutem et apostolicam benedictionem.

Sacre religionis sub qua dilecti filii . . abbas et conventus monasterii Sancte Marie de Morgan Cisterciensis ordinis Landavensis dioceseos devotum et sedulum exhibent domino famulatum promeretur honestas . ut peticionibus eorum in hiis presertim per quod statui et commoditatibus ipsorum consulatur quantum cum Deo possumus annuamus . Sane exhibita nobis pro parte dictorum abbatis et conventus peticio continebat quod olim bone memorie Rogerus episcopus Landavensis predecessor tuus pio attento quod cum monasterium ipsum quod in itinere publico situm est pia largicione fidelium fuisset opulenter dotatum in eo magna hospitalitas continue tenebatur et quod plerumque contingebat, ob frequenciam tam divitum quam pauperum ad dictum monasterium confluencium ipsos abbatem et conventum plus gravari quam pati possent, et quod terre et possessiones dicti

monasterii maris littori adjacentes de quibus ipsi abbas et conventus fruges in bona quantitate percipere solebant et in quibus eorum animalia pascebantur propter maris excrescenciam et inundaciones insolitas in magna parte erant absque recuperacionis spe summerse aliaque maneria et possessiones eos ob pestilencias et calamitates alias colonis remanserant destituta, ut vix ex eis perciperent medietatem eorum que percipere consueverant et quod monasterium ipsum ex litium amfractibus quibus dicti abbas et conventus sepissime et varie impetiti et distracti fuerant, ac decimarum imposicionumque aliarum solito frequencioribus exactionibus aliisque multiplicibus guerrarum et temporum discriminibus ac diversis inevitabilibus oneribus incumbentibus adeo debitis involutum et depauperatum existebat, quod nec ad reparandum edificia dicti monasterii que ob vetustatem et ventorum horridam intemperiem in majori parte collapsa erant, aut lapsui et ruine proxima, neque ad hospitalitatem solitam tenendum nec ad solvendum debita neque ad reliqua onera supportanda aliquo modo suppetebant dicti monasterii facultates parrochialem ecclesiam de PENLYN predicte dioceseos de consensu capituli sui ecclesie LANDAVENSIS eidem monasterio auctoritate ordinaria imperpetuum univit annexuit et incorporavit . Et quod postmodum quia forsan hujusmodi unio annexio et incorporacio juribus non subsistebant quidam eandem ecclesiam cujus fructus redditus et proventus triginta marcharum sterlingorum secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt a sede apostolica impetravit . Quare pro parte ipsorum abbatis et conventus nobis fuit humiliter supplicatum ut eis ad supportandum onera reparacionis hospitalitatis et debitorum solucionis hujusmodi providere de alicujus subvencionis auxilio dignaremur . Nos igitur hujusmodi supplicacionibus inclinati . fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus eandem ecclesiam dicto monastrio cujus fructus redditus et proventus de quibus centum persone sustentantur quingentarum marcharum dicte monete secundum predictam extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt auctoritate apostolica imperpetuum unias

incorpores et annectas . Ita quod cedente vel decedente rectore ipsius ecclesie qui nunc est vel eandem ecclesiam alias quomodolibet dimittente liceat prefatis abbati et conventui ipsius ecclesie auctoritate propria et alicujus licencia super hoc minime requisita possessionem apprehendere et perpetuo retinere . Reservata tamen de hujusmodi fructibus redditibus et proventibus ecclesie predicte congrua porcione pro perpetuo vicario in eadem ecclesia domino perpetuo servituro, de qua possit congrue sustentari episcopalia jura solvere et alia incumbencia onera supportare . Non obstantibus constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque . Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales vel speciales predicte sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint eciam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus habitos per easdem ad ecclesiam predictam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem ecclesiarum aut beneficiorum aliorum prejudicium generari, et quibuslibet aliis privilegiis indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mencio specialis . Nos enim exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datem Neapoli apud majorem ecclesiam Neapolitanam . III. Kalend' Maii Pontificatus nostri anno septimo. [29 April, 1384.]

Post quarum quidem litterarum apostolicarum recepcionem fuimus per partem dictorum abbatis et conventus legitime requisiti ut ad earum execucionem juxta tenorem eorundem procedere dignaremur ac unionem incorporacionem et annec-cionem infrascripta licencia super hoc a domino nostro Rege Anglie per eosdem abbatem et conventum in hac parte petita primitus et obtenta juxta ipsarum litterarum apostolicarum exigenciam facere et alia in dictis litteris apostolicis

contenta expedire curaremus . Nos igitur volentes dictas litteras apostolicas exequi ut tenemur, ipsorumque abbatis et conventus peticionem in ipsis litteris apostolicis contentam justam et piam per omnia reputantes ac de veritate suggestorum in dictis literis apostolicis comprehensorum certificari volentes, de et super in dictis litteris suggestis et contentis in forma juris decrevimus inquirendum ac vocatis omnibus in hac parte vocandis per viros fidedignos in forma juris juratos et diligenter examinatos plenam de premissis noticiam obtinentes cause cognicione et juris ordine in hoc casu de jure requisitis in omnibus observatis auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa inquiri fecimus diligenter . Unde nos auctoritate apostolica prefata, in hujusmodi unionis incorporacionis et annectionis negocio legitime procedentes, omnes et singulas quorum interest vel sua crediderint interesse ad certos diem et locum ad interessendum videndum et audiendum . hujusmodi unionem incorporacionem et annectionem seu ad dicendum causam racionabilem si quam pro se haberent quare hujusmodi unio incorporacio et annectio prefato monasterio fieri non deberent, ad comparendum coram nobis fecimus et mandavimus evocari . Quibus die et loco eis ut prefertur prefixis nullis in hac parte comparentibus sed ipsis per nos in hac parte contumacibus pronunciatis decrevimus in ipsorum citatorum et non comparencium penam ad pronunciacionem nostram in dictarum unionis incorporacionis et annexionis negocio finalem fore procedendum ubi et quando nobis videretur expedire ipsorum absenciis seu contumaciis non obstantibus quibuscumque.

Nos igitur THOMAS permissione divina LANDAVENSIS episcopus in negocio unionis incorporacionis et annectionis infrascriptarum a sede apostolica executor unicus specialiter deputatus . CHRISTI nomine per nos humiliter invocato in predicto negocio procedimus in hunc modum :—

In Dei nomine Amen.

Auditis et intellectis meritis cause sive negocii unionis incorporacionis et annectionis ecclesie parrochialis de PENLYN nostre dioceseos . monasterio de MORGAN ejusdem nostre dioceseos faciendarum pleneque discussis . Quia

invenimus et per legitima documenta nobis constat omnia et singula in dictis literis apostolicis pro parte dictorum abbatis et conventus suggesta et exposita veritate fulciri . ipsaque sic suggesta et exposita fuisse et esse vera et sufficienter probata, ac quod evidens utilitas et urgens necessitas ut unio incorporacio et annectio hujusmodi ecclesie parrochialis prefato monasterio fieri debeant exposcunt . Idcirco ecclesiam parrochialem de Penlyn prefatam cujus triginta predicto monasterio cujus quingentarum marcharum sterlingorum fructus redditus et proventus secundum communem extimacionem valorem annuum non excedunt cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis salvis porcione pro sustentacione perpetui vicarii instituendi in eadem per nos congrue assignanda ac pensione quadraginta solidorum quam abbas et conventus predicti capitulo ecclesie nostre Landavensis pro indempnitate ejusdem ecclesie nostre annuatim solvere tenentur prout in quibusdam litteris obligatoriis inde confectis plenius continetur . invocata spiritus sancti gracia imperpetuum auctoritate apostolica prefata unimus incorporamus et annectimus ita quod cedente vel decedente ipsius ecclesie rectore qui nunc est aut ipsum ecclesiam alias quomodolibet dimittente liceat abbati dicti monasterii qui pro tempore fuerit et conventui predictis possessionem ejusdem ecclesie propria auctoritate apprehendere et in proprios usus perpetuo retinere, ordinarii loci vel alicujus alterius licencia super hoc minime requisita . Reservata tamen de fructibus redditibus et proventibus ejusdem ecclesie pro perpetuo vicario . qui clericus secularis existat in eadem domino servituro . congrua porcione de qua valeat congrue sustentari, episcopali jure solvere et alia sibi incumbencia onera supportare . Non obstantibus omnibus et singulis que dominus noster papa in ejus literis apostolicis voluit non obstare . Ac insuper decernimus prout dictus dominus noster papa decrevit irritum et inane si secus super premissis a quoquam contigerit attemptari. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium atque fidem has litteras nostras patentes per magistrum Henricum Northlode clericum notarium publicum infrascriptum scribam nostrum in hac parte scribi et publicari ac ipsius notarii signo et subscripsione (*sic*) sigilloque nostri appensione mandavimus et fecimus communiri.

Data et acta sunt hec infra castrum Regis de WYNDESORE SARESBIRIENSIS dioceseos vicesimo secundo die mensis Januarii anno ab Incarnacione domini secundum cursum et computacionem ecclesie ANGLICANE millesimo ccc^{mo}. octuagesimo quarto . Indictione octava . Pontificatus sanctissimi in CHRISTO patris et domini nostri domini URBANI divina providencia pape sexti predicti anno septimo. Presentibus discretis viris magistris RICARDO SUTHBURY et ROGERO CROK canonicis ecclesie LANDAVENSIS et THOMA DENYS domicello LANDAVENSIS dioceseos testibus rogatis specialiter ad premissa.

Device or Notarial mark here. A cross, incorporating the initial letters H.N.

Et ego HENRICUS NORTHLODE clericus CICESTRENSIS dioceseos publicus apostolica et imperiali auctoritate Notarius premissis unioni incorporacioni et annexioni ac ceteris omnibus et singulis supradictis dum sic ut permittitur per reverendum in CHRISTO patrem et dominum dominum THOMAM Dei gracia LANDAVENSEM episcopum sub anno indiccione Pontificatu mense die et loco supradictis agerentur et fierent personaliter interfui una cum testibus antedictis eaque sic fieri vidi et audivi scripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi ac de mandato dicti reverendi patris hic me subscripsi et signum meum consuetum una cum appensione sigilli dicti reverendi patris hic apposui in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Endorsed—'Processus executorum super ecclesia de Pentlyn.'

Seal of the bishop in red wax, appended by a red cord, pointed oval, 3in. by 1¾in. St. TEILO, Bishop of LLANDAFF, with jewelled mitre and crozier, lifting up the right hand in blessing, seated in a finely-carved niche with canopy and tabernacle work at the sides. In the spaces outside the inscription—[Sanctus] THELEAU. In the base, under a round-headed arch with ball-flowers in the moulding, Bishop THOMAS, with mitre and crozier, kneeling, turned to the left, in adoration; between two shields of arms; *dexter* FRANCE ancient, and ENGLAND, quarterly; *sinister* diapered with sprigs of foliage, a pile (?).

Legend—'+ S. TH . . . . . . AN . . . . . .'

MLVII.

CERTIFICATE BY ROBERT DE LA MORE, ARCHDEACON OF LLANDAFF, THAT THE CHURCH OF AVAN HAS BEEN FORMALLY APPROPRIATED TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 A. 33.] 5 June. 1385.

Universis Sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes littere pervenerint Robertus de la More archidiaconus Landavensis salutem in eo qui est omnium vera salus.

Universitati vestre notum facimus quod cum reverendus in Christo pater et dominus . dominus Thomas Dei gratia Landavensis episcopus ecclesiam parochialem de Avene Landavensis dioceseos ex causis veris sufficientibus et legittimis religiosis viris abbati et conventui monasterii de Morgan ordinis Cisterciensis Landavensis dioceseos et eorum monasterio predicto auctoritate apostolica eidem domino episcopo Landavensi super hoc specialiter commissa servato per ipsum processu debito legittimo et de jure in hac parte in omnibus requisito . unierit appropriaverit et in eorum usus proprios concesserit perpetuo possidendam cum juribus et pertinentiis ipsius universis . salva porcione perpetui vicarii in dicta ecclesia servituri quam noluit sub appropriacione sua hujusmodi comprehendi eam deduxit specialiter et expresse adiciens ad hec quod vacante dicta ecclesia per mortem cessionem dimissionem vel resignacionem rectoris ipsius tunc incumbentis liceat predictis abbati et conventui per se vel per procuratorem ipsorum ad hoc legittime constitutum dictam ecclesiam et ipsius corporalem possessionem ingredi nancissi (*sic*) et retinere ac fructus ipsius percipere de eisdemque libere disponere porcione vicarii de quo [superiu]s fit mencio dumtaxat excepta prout continencia dictarum litterarum apostolicarum hec habuerunt et habent expresse. Vacavitque insuper . . . . . dicta ecclesia de A[ve]ne per dimissionem et spontaneam resignacionem Walteri Lokyngton clerici ipsius ecclesie rectoris in manibus reverendi [patris] domini Landavensis

episcopi antedicti loci diocesani factas et per dictum patrem admissas, volensque subsequenter venerabilis et religiosus vir ffrater Johannes abbas monasterii de Morgan antedicti appropriacionem unionem et concessionem antedictas suum debere debitum sortiri effectum se ad dictam ecclesiam de Avene sic appropriatam ea de causa transtulit et eam nomine suo et conventus sui et monasterii predicti intencione et animo aquirendi (*sic*) nanciscendi et retinendi possessionem ipsius ac percipiendi fructus ejusdem libereque disponendi de eisdem . exceptis superius expressatis . personaliter presenti multitudine copiosa die Martis proximo post festum purificationis beate Marie virginis videlicet septimo die mensis Februarii anno domini millesimo ccc$^{mo.}$ lxxxiiij$^{to.}$ fuit ingressus pulsando campanas ipsius in signum nacte possessionis ecclesie memorate ac oblationes recepit ibidem et de eisdem disposuit sicut placuit eidem . Que omnia prout superius seriatim recitantur et scribuntur idem abbas per litteras apostolicas et dicti reverendi patris domini Landavensis episcopi ac alia instrumenta super premissis confecta et habita necnon per testes viros videlicet fidedignos in ingressu dicti abbatis in ecclesiam predictam et aliis de quibus superius fit mencio presentes probavit legittime coram nobis et in debita juris forma . In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum et actum in ecclesia parochiali de Avene quinto die mensis Junii anno domini millesimo ccc$^{mo.}$ lxxxv$^{to.}$

Dark green wax imperfect seal of the Archdeacon of Llandaff, about 2¼in. by 1¼in. when perfect. Pointed oval. The B. V. Mary and Child in a carved niche with trefoiled canopy. In the base, under a carved arch, and between two sprigs, the Archdeacon kneeling in adoration.

'sig . . . . . . nis . . . .'

See Birch, *Catal. of Seals in the Brit. Mus.*, Vol. I., No. 1897.

MLVIII.

DEED OF ASSIGNMENT OF ALL HIS GOODS BY SIR JOHN ST. JOHN TO SIR WILLIAM STRADELYNG AND THOMAS LYOUNS.

[G. G. F.]

10 March. 10 Ric. II. 1387.

Sciant presentes et futuri me Johannem Senct Jon militem dedisse et ex mera voluntate concessisse ac confirmasse Willelmo Stradelyng' militi et Thome Lyouns omnia bona mea mobilia et immobelia (*sic*) ubicunque fuerint inventa infra Angliam ac eciam infra Walliam. In cujus rei testimonium sigillum meum apposui.

Datum Londiniis x$^{mo.}$ die Marcii anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum Anglie desimo.

Seal gone.

MLIX.

GRANT BY ROBERT ELYS OF LANDS AND TENEMENTS IN THE FEE OF WRINCHESTONE TO JOHN AP HOWEL HIR AND MARGARET, DAUGHTER OF THE GRANTOR.

[Add. Charter 24, 302.]

28 May. 11 Ric. II. 1388.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus Elys dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Johanni ap Howel Hire capellano et Margarete filie mee omnia terras et tenementa mea prata boscos pasturas et vasta que habeo in feodo de Wrincheston' [que] quondam Elias Wittecleve tenuit. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinenciis predictis Johanni et Margarete heredibus eorum et assignatis imperpetuum

de capitalibus dominis feodi illius pro redditu et servicio quæ ad illa pertinent. Et ego vero predictus Robertus Elys et heredes mei omnia predicta terras et tenementa, etc., etc., . . . cum omnibus suis pertinenciis predictis Johanni et Margarete heredibus eorum et assignatis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . Johanne Dalden . Willelmo Willy . Willelmo Grey . Waltero Cogan . et Johanne Adam et multis aliis.

Datum apud Wrincheston' vicesimo octavo die Maii anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum undecimo.

MLX.

QUIT-CLAIM BY MARGARET BAWDEWYN OF LANDS AND TENEMENTS IN ST. DONAT'S TO SIR WILLIAM DE STRADLYNG, KNIGHT.

[G. G. F.]

1 Feb. 13 Ric. II. 1390.

Noverint universi per presentes me Margaretam Bawdewyn remisisse relaxasse ac omnino pro me et heredibus meis imperpetuum quietum clamasse Willelmo de Stradlyng militi heredibus et assignatis suis totum jus et clameum meum quod habeo habui seu aliquo modo decetero habere potero in omnibus terris et tenementis pratis redditibus pasturis et vastis cum suis pertinenciis que nuper fuerunt Petri Bawdewyn in Seint Donet' et que dictus Willelmus de Stradlyng postea habuit ex dono et feoffamento Johannis Wynchestre domini de Landow. Ita quod nec ego dicta Margareta nec heredes mei nec aliquis alius nomine nostro aliquod jus vel clameum in predictis terris et tenementis pratis redditibus pasturis et vastis cum suis pertinenciis

decetero poterimus exigere seu vendicare sed ab omni accione juris et clamei simus exclusi imperpetuum. Et ego vero predicta Margareta Bawdewyn et heredes mei omnia predicta terras et tenementa prata redditus pasturas et vasta cum suis pertinenciis predicto Willelmo de Stradlyng heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti scripto meo sigillum meum apposui. Hiis testibus . Johanne Norreys milite . Johanne Boteler . Johanne Robert . Laurencio de Anne . Johanne Hayward et aliis.

Datum primo die mensis Februarii anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum terciodecimo.

Round seal in red wax. A shield of arms : diapered, on a chief a demi-lion rampant issuing. The shield is within a border of delicate wavy foliage.

Endorsed—'Margareta Badewyn, relaxacio de terris emptis in Sancto Donato. Relaxacio per dominum de Landow de terris in Sent Donetes.'

MLXI.

GRANT BY JEVAN VAGHAN AP JEVAN AP WILLIAM TO LEWELIN AP JEVAN VAGHAN AP JEVAN AP WILLIAM OF LAND AT KELLICERON IN TIREZALLTH'.


[Margam Charter.]

Monday before St. George's Day. 13 Ric. II. 25 April. 1390.

Sciant presentes et ffuturi quod ego Jevan Vaghan ap Jevan ap William dedi concessi et hac presenti carta mea [confirmavi] Lewelino ap Jevan Vaghan ap Jevan ap William omnes terras meas apud Kelliceron in patria de Tirezallth' videlicet inter terram Jevan ap David ap Jevan ap William ex parte boriali et Lleny ex parte orientali et terram Meuric ap Philip [ex parte]

occidentali et terram HOEL ap M[EURI]C ex parte australi. Habendum et tenendum omnes predictas terras predicto LEWELINO ap JEVAN et heredibus de corpore suo legitime procreatis de capitali domino feodi per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et si contiggat (*sic*) quod predictus LEWELINUS obierit sine heredibus de corpore legitime proceratis (*sic*) tunc volo [et] concedo omnes predictas terras (*sic*) remaneant DAVID ap JEVAN VAGHAN ap JEVAN ap WILLIAM [et] heredibus de corpore suo legitime procreatis libere quiete bene et in pace per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et si contiggat (*sic*) quod predictus DAVID sine h. d. c. s. l. p. obierit tunc omnes predicte terre cum omnibus suis pertinenciis remaneant JEVANO ap DAVID ap JEVAN ap WILLIAM et h. d. c. s. l. p. libere quiete bene et in pace per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predictus JEVAN VAGHAN et heredes mei omnes predictas terras cum suis pertinentiis predicto LEWELINO ap JEVAN VAGHAN et h. d. c. s. l. p. si sint . sin autem dicto DAVID ap JEVAN VAGHAN et h. d. c. s. l. p. si sint . sin autem dicto JEVAN ap DAVID et h. d. c. s. l. p. si sint . sin autem rectis heredibus dicti JEVAN VAGHAN contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . JEVANO VAGHAN ap JEVAN ap REES . JEVAN GETHYN ap LL[EWELLYN] . JEVAN ap DAVID ap JEVAN ap WILLIAM . JEVAN ap GR[UFFITH] ap WILLIAM . GR[UFFITH] ap M[ADO]C ap JEVAN . et aliis testibus.

Datum apud KELLICERON die Lune ante festum Sancti GEORGII anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum XIIJ^{mo}.



MLXII.

CONFIRMATION AND GRANT IN TAIL BY SIR LAURENCE BERKEROULL, LORD OF COYTY, AND ELIZABETH, HIS WIFE, OF LANDS IN COYTY, TO EDWARD DE STRADELYNG.

[G. G. F.]

9 April. 15 Ric. II. 1392.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Laurencius Berkeroull' dominus de Coytif' et Elizabetha uxor ejus salutem.

Cum Simon Jurdan . et Johanna uxor ejus nuper feoffaverunt Edwardum de Stradelyng ad terminum vite eorundem Symonis et Johanne de omnibus terris et tenementis pratis redditibus pascuis pasturis piscariis et vastis cum omnibus suis pertinenciis que dicti Simon et Johanna de nobis tenuerunt ad eundem terminum infra dominium de Coytif . et que post mortem predictorum Simonis et Johanne nobis reverti deberent: Noveritis nos dictos Laurencium Berkeroull' militem et Elizabetham uxorem meam hoc presenti scripto nostro confirmasse statum predicti Edwardi de Stradelyng in omnibus predictis terris et tenementis pratis redditibus pascuis pasturis piscariis et vastis cum omnibus suis pertinenciis sibi et heredibus suis de corpore suo legitime procreatis . Tenendum de nobis et heredibus nostris per redditus et servicia que ad illa pertinent imperpetuum. Et nos vero predicti Laurencius Berkeroull' miles dominus de Coytif' et Elizabetha uxor mea et heredes nostri omnia predicta terras et tenementa prata redditus pascua pasturas et vasta cum piscariis et omnibus suis pertinenciis predictis predicto Edwardo de Stradelyng' et heredibus de corpore suo legitime procreatis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti scripto nostro sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Johanne Robert . David ap Gruffit' ap Rees Velyn . Howel ap David ap Grono . Thoma Reymond' . Thoma ap Gruffit' Lloid' . et aliis.

Datum apud Coytif' die Martis nono die Aprilis anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum quintodecimo.

Two circular armorial seals in red wax.

One, a chevron between three crescents. The other the same, impaling a lion rampant.

Legends: 'S LAUR . . . II DE BERCROLS.'

'* SIGILLU' ELISABET. BERCROLS.'

The name of the lady is unknown.

MLXIII.

BULL OF POPE BONIFACE IX. TO THE ABBOT OF NEATH, EMPOWERING HIM TO EXCOMMUNICATE THOSE WHO HAD DESPOILED THE ABBEY OF MARGAM.

[Margam Charter.]

25 May. 5th year. 1394.

Bonifatius episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii Sancte Marie de Neeth Landavensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem.

Significarunt nobis dilecti filii . . abbas et conventus monasterii de Margan Cisterciensis ordinis Landavensis diocesis . quod nonnulli iniquitatis filii quos prorsus ignorant . decimas primicias terras redditus census legata domos prata pascua nemora molendina bladi et vini quantitates instrumenta publica litteras auctenticas sanctorum reliquias libros et ornamenta ecclesiastica cruces et calices vasa aurea et argentea domorum utensilia equos boves vaccas oves porcos pecuniarum summas servos emptitios et nonnulla alia bona ad dictum monasterium spectantia temere et maliciose occultare et occulte detinere presumunt, non

curantes ea prefatis abbati et conventui exhibere in animarum suarum periculum, et dictorum abbatis et conventus ac monasterii non modicum detrimentum, super quo iidem abbas et conventus apostolice sedis remedium implorarunt. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus omnes hujusmodi occultos detentores decimarum primitiarum terrarum reddituum censuum, et aliorum bonorum predictorum, ex parte nostra in ecclesiis publice coram populo per te vel alium moneas ut infra competentem terminum quem eis prefixeris ea prefatis abbati et conventui a se debita restituant et revelent, et de ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant, et si id non adimpleverint infra alium conpetentem[1] terminum quem eis ad hoc peremtorie duxeris prefigendum, extunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferas, et eam facias ubi et quando expedire videris usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari.

Datum Rome apud Sanctum Petrum viii. Kal. Junii pontificatus nostri anno quinto. G. Gregorii.

A leaden Bulla of Pope Boniface is appended by a hempen cord.

Endorsed—' Morgan Cistersiensis ordinis,' in a late hand; and in a modern hand, ' Bull, empowering the Abbot of Neath to excommunicate persons who plundered the Abbey of Margam of tithes, plate, etc.'

See Birch, *Hist. of Neath Abbey*, p. 135.

(1) ' compententem ' MS.

MLXIV.

GRANT BY SIR JOHN PENREES, LORD OF OXWICH, TO DAVID VOILLE, RECTOR OF PENMAYNE, AND ANOTHER, OF THE MANOR OF HORETON, AND LANDS, ETC., IN PENRICE.

[MARGAM CHARTER.] 20 JUNE. 17 RIC. II. 1394.

Sciant p. et f. q. e. JOHANNES PENREES miles dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino DAVID VOILLE rectori ecclesie de PENMAYNE . et JOHANNI BONER de CHERITON' manerium meum de HORETON' cum omnibus pertinenciis suis simul cum redditibus revercionibus et feodelitatibus omnium tenencium meorum de manerio predicto cum omnibus et singulis pertinenciis suis . Preterea dedi et concessi eisdem DAVID et JOHANNI omnia messuagia curtilagia terras tenementa prata vastos redditus servicia reverciones et feodelitates omnum tenencium meorum cum omnibus pertinenciis suis in feodo de PENREES. Habendum et tenendum predictum manerium de HORETON' et predicta messuagia curtilagia terras tenementa vastos prata redditus et servicia in dicto feodo de PENREES cum omnibus pertinenciis et consuetudinibus suis supradictis DAVID et JOHANNI heredibus ac assignatis suis de capitali domino feodi GOUHERIE per servicia inde debita et de jure consueta libere quiete bene et in pace hereditarie inperpetuum. Et ego vero predictus JOHANNES PENREES et heredes mei predictum manerium simul cum omnibus terris ten. red. reverc. et serv. prenominatis modo supradicto contra omnes gentes warantizabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Hiis testibus . ROBERTO ap THOMAS senescallo GOUHERIE . ROBERTO PENREES . RICARDO MAUNCELL' . JOHANNE de la MARE . JOHANNE BONER et aliis.

Data apud OXYNWYCH' vicesimo die mensis Junii anno r. R. RICARDI secundi post conquestum septimodecimo.

Seal, red wax, 1in. diam. A shield of arms, per pale indented, PENRICE, within an eight-foil; the whole within a circle.

Legend, finely cut—'SIGILLU' . IOH'IS . PENREYS . D'NI . DE . OXENWYCH.'

Endorsed, in a later hand—'A grauntc by John Penrice, knight, of the manors of Horton and Penrice to Davie Voile, clerk, and John Boner. Dated 20 mensis Junii anno R. 2$^{d.}$ 17. A.D. 1394.'

MLXV.

QUIT-CLAIM BY JOHN BONER, OF CHERITON, TO DOM DAVID VOILE, RECTOR OF PENMAYNE, OF HIS RIGHT IN THE MANOR OF HORTON AND LANDS, ETC., WHICH THE SAID JOHN AND DAVID HOLD CONJOINTLY BY FEOFFMENT OF LORD JOHN PENRES.

[MARGAM CHARTER.]

1 AUG. 18 RIC. II. A.D. 1394.

Pateat universis per presentes me JOHANNEM BONER de CHERITON' remisi relaxavi et omnino pro me et hered. meis quietum clamavi domino DAVID VOILE . rectori ecclesie de PENMAYNE totum jus et clameum quod habeo habui et aliquo modo habere potero in manerio de HORTON et in omnibus terris et tenementis que nos habemus insimul ex feoffamento domini JOHANNIS PENRES cum omnibus pertinentiis, ita quod nec ego predictus JOHANNES BONER, nec aliquis alius nomine meo aliquid juris vel clamei in predicto manerio terris et tenementis de cetero exigere vel vendicare poterimus, set ab omni remedio juris vel clamei inde simus exclusi per presentes imperpetuum . In cujus rei testim. sigillum meum presentibus apposui.

Data apud HORETON' primo die mensis Augusti anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum decimo octavo.

Impression in red wax of a ring seal set with an indistinct gem, and obscure legend.

Endorsed—' A release of John Boner to Dam Voiell clerk of the manor of Penrice and Horton.'

MLXVI.

CONFIRMATION IN FREE BURGAGE BY THOMAS LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, TO WYLLYM AP DAVID AP JACKE, OF LAND IN THE DEMESNE OF KENEFEG.

[MARGAM CHARTER.]

MICHAELMAS MORROW. 30 SEPT. 18 RIC. II. 1394.

THOMAS le DESPENSER dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Noveritis nos dedisse concessisse et hoc presenti scripto nostro indentato confirmasse WYLLYM ap DAVID ap JACKE unam acram terre dominice nostre de KENEFEG. Habendum et tenendum predictam acram terre cum suis pertinenciis eidem WILLYM heredibus et assignatis suis in liberum burgagium de nobis et heredibus nostris inperpetuum. Reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris duodecim denarios argenti ad festum Sancti MICHAELIS. Et faciendo sectam ad quodlibet hundredum nostrum de KENEFEG. Et nos vero predictus THOMAS et heredes nostri predictam acram terre cum suis pertinenciis prefato WYLLYM heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium hiis scriptis indentatis tam sigillum cancellarie nostre de KARDYF quam sigillum dicti WYLLYM alternatim sunt appensa.

Datum apud KARDYF in crastino Sancti MICHAELIS anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum decimo octavo.

Fragment of the Chancery seal in brown wax, about 2¼in. diam. when perfect.

Obv. [A knight riding on] a caparisoned horse galloping to the right.

'. . . . . AMORGANCIE . ET . . . .'

Rev. On a lion or griffin couchant, a large shield of arms quarterly, in the second and third quarters a fret, over all a bend: DESPENCER. Above the shield, on the right, a wing.

'[SIGI]LLUM . CANCE . . . .'

MLXVII.

GRANT IN TAIL MALE BY DAVID VOILE, RECTOR OF PENMAYNE, TO SIR JOHN PENREES AND MARGARET HIS WIFE, OF THE MANOR OF HORETON AND THE FEE OF PENREES; WITH REMAINDERS.

[Margam Charter.]

2 Oct. 18 Ric. II. 1394.

Sciant p. et f. q. e. David Voile rector ecclesie de Penmayne d. c. et hac presenti carta mea confirmavi domino Johanni Penrees militi et Margarete uxori ejus manerium meum de Horeton cum omnibus pertinenciis suis simul cum redditibus reversionibus et feodelitatibus omnium tenencium meorum de manerio predicto cum omnibus et singulis pertinentibus suis . Preterea dedi et concessi eisdem Johanni et Margarete uxori ejus omnia messuagia curtilagia terras tenementa prata vasta redditus reversiones servicia et feodelitates omnium tenencium meorum cum pertinenciis suis in feodo de Penrees . Habendum et tenendum eisdem domino Johanni et Margarete uxori ejus et heredibus masculis de corporibus ipsorum exeuntibus de capitalibus dominis feodorum illorum per servicia inde debita et de jure consueta imperpetuum . Et si contingat quod predicti Johannes et Margareta obierint sine heredibus masculis de corporibus ipsorum procreatis . tunc omnia supradicta cum pertinenciis remanebunt predicto domino Johanni et heredibus de corpore suo procreatis . Habendum et tenendum d. c. d. f. illorum per s. i. d. et de j. c. imperpetuum . Et si predictus dominus Johannes obierit sine heredibus de corpore suo exeuntibus tunc predictum manerium cum (*sic*) omnia prenominata cum pertinenciis remanebunt Willelmo Penrees fratri predicti Johannis et heredibus legitime de corpore suo procreatis. Tenendum de capitalibus dominis feodorum illorum per predicta servicia imperpetuum . Et si predictus Willelmus obierit sine heredibus legitime de corpore suo [procreatis] tunc predictum manerium cum omnibus supradictis remanebunt

Morgano Penrees fratri dicti Johannis et heredibus legitime de corpore suo procreatis . Tenendum de capitalibus dominis feodorum illorum per predicta servicia inperpetuum . Et si predictus Morganus obierit sine heredibus legitime de corpore suo procreatis tunc manerium predictum cum omnibus supradictis remanebunt Isabelle Penrees sorori predicti Johannis et heredibus l. d. c. s. ex. T. de c. d. feodorum illorum per predicta servicia imperpetuum . Et si predicta Isabella obierit sine, etc., etc., remanebunt rectis heredibus ipsius domini Johannis inperpetuum . Tenendum de capitalibus dominis ut predictum est . Et ego vero predictus David et heredes mei warantizabimus eisdem Johanni et Margarete uxori ejus et heredibus suis predictis et eciam eidem Johanni et heredibus suis predictis si predicti Johannes et Margareta obierint sine heredibus legitime de corpore ipsorum . Et eciam eidem Willelmo si predictus Johannes obierit sine heredibus de corpore suo . Et eciam predicto Morgano si predictus Willelmus obierit sine herede legitime de corpore suo . Et eciam predicte Isabelle si predictus Morganus obierit sine herede legitime de corpore suo predictum manerium cum omnibus supradictis cum pertinenciis ut predictum est contra omnes gentes inperpetuum. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Hiis testibus . Roberto ap Thomas senescallo Gouherie . Roberto Penrees . Ricardo Maunsel . Johanne Boner . Johanne de la Mare . Johanne Cade et aliis.

Data apud Oxynwych' secundo die Octobris anno r. R. Ricardi secundi post conquestum decimo octavo.

Seal in red wax, 1in. diam., rather finely executed. St. John Baptist, standing, holding the Agnus Dei, in a canopied niche, with tabernacle work at the sides.

Legend—' s' . iohannis . taseman.'

Endorsed—' Entayle,' and ' An intaile of the manere of Penrice and Horton, by Davy Voile, clerk, to John Penrice, knight, his brethren, and Izabelle his sister. 2 Octob. A°. Ric. 2, 18°. '

MLXVIII.

ACQUITTANCE BY THOMAS, ABBOT OF TEWKESBURY, TO MARGAM ABBEY, FOR ELEVEN POUNDS TEN SHILLINGS FARM RENT FOR THE CHURCHES OF KENEFEK AND NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.] 6 OCT. 1394.

Pateat universis per presentes quod nos THOMAS permissione divina abbas monasterii B. M. de TEUKESBURY WYGORNENSIS dioceseos recepimus et habuimus pro nobis et conventu nostro de religiosis viris abbate et conventu de MORGAN CISTERCIENSIS ordinis LANDAVENSIS dioceseos undecim libras et decem solidos sterlingorum pro termino Sancti MICHAELIS proximo preterito ante datum presencium pro perpetua firma ecclesiarum de KENEFEK et NOVO CASTRO dicte LANDAVENSIS dioceseos. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum apud TEUKESBURY sexto die mensis Octobris anno Domino millesimo ccc$^{mo.}$ nonagesimo quarto.

Oval seal, red wax, chipped edge, 1⅛in. by 1in. In a niche, with triple canopy, the B. V. MARY and Child, with an Abbot kneeling before them and holding a long crozier.

'S' SECRETU' . THOME . ABB'IS . TEUKESBUR'.'

MLXIX.

ROYAL WRIT TO THE ESCHEATOR, AND HIS RETURN INQUISITION AFTER THE DEATH OF JOAN, WIFE OF HENRY GREYNDUR.[1]

[CHANCERY INQUIS. P. M. 18. RIC. II. No. 19.]

25 JAN. AND 4 FEB. 18 RIC. II. 1395.

RICARDUS Dei gratia Rex ANGLIE et FRANCIE et dominus HIBERNIE escaetori suo in comitatu WYGORNIE salutem. Quia JOHANNA que fuit uxor HENRICI

Greyndur que de nobis tenuit in capite diem clausit extremum ut accepimus tibi precipimus quod omnia terras et tenementa de quibus eadem Johanna obiit seisita in dominico suo ut de feodo in balliva tua die quo obiit sine dilatione capias in manum nostram et ea salvo custodiri facias donec aliud inde preceperimus. Et per sacramentum proborum et legalium hominum de dicta balliva tua per quos rei veritas melius sciri poterit diligenter inquiras quantum terrarum et tenementorum eadem Johanna tenuit de nobis in capite tam in dominico quam in servicio in dicta balliva tua dicto die quo obiit et quantum de aliis et per quod servicium et quantum terre et tenementa illa valeant per annum in omnibus exitibus et quo die eadem Johanna obiit et quis propinquior heres ejus sit et cujus etatis . Et inquisitionem inde distincte et aperte factam nobis in cancellariam nostram sub sigillo tuo et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilatione mittas et hoc breve. Teste Edmundo Duce Eboracensi custode Angliae apud Westmonasterium xxv. die Januarii anno regni nostri decimo octavo.

Hertipole.

Inquisitio capta corum Johanne Moraunt escaetore domini Regis in comitatu Wygornie apud Wygorniam die Jovis proximo post festum Purificationis beate Marie virginis anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum decimo octavo virtute cujusdam brevis domini Regis eidem escaetori inde directi et presentibus consuti per sacramentum Roberti de la Mare . Ricardi Estynton . Ricardi Harmeles . Ricardi O the Hulle . Johannis Ffaukenere . Willelmi London . Johannis Hoke . Ricardi Breodon . Johannis Peridan' . Willelmi Birche . Willelmi Baldewyn et Thome Paty juratorum. Qui dicunt super sacramentum suum quod Johanna quae fuit uxor Henrici Greyndur in predicto brevi nominata tenuit die quo obiit de domino Rege in capite manerium de Quenhull exceptis serviciis duorum solidorum exeuntibus de uno messuagio et una carucata terrae cum pertinenciis in Bruttesmorton qui quidem duo solidatus redditus sunt parcelle dicti manerii de Quenhull per servicium reddendi annuatim ad scaccarium domini Regis ad festum Sancti

Michaelis unum canem de muta pro omni servicio ad terminum vite dicte Johanne ex dimissione nuper facta per Johannem Bawderyp[2] et Elizabetham uxorem ejus et Robertum Underhill et Iuetam uxorem ejus Edwardo Kerdyf' nuper viro predicte Johanne et predicte Johanne et heredibus dicti Edwardi. Et dicunt quod predictus Edwardus obiit sine heredibus de corpore suo exeuntibus. Et dicunt quod predictus Edwardus habuit quendam fratrem Willelmum seniorem qui quidem Willelmus habuit exitum quandam filiam et heredem Johannam et obiit, que quidem Johanna habuit exitum duas filias et heredes videlicet Elizabetham et Iuetam et obiit, que quidem Elizabetha cepit in virum Johannem Bauderyp et habuerunt exitum inter se quandam Agnetem filiam et heredem et obierunt, que quidem Agnes cepit in virum Johannem Bassett et habuerunt exitum quendam Johannem modo etatis tresdecim annorum et amplius. Et dicunt quod predicta Agnes obiit. Et dicunt quod predicta Iueta cepit in virum Robertum Underhill. Et dicunt quod predicti Robertus et Iueta concesserunt pro se et heredibus ipsius Iuete quod medietas manerii predicti cum pertinenciis quam Henricus Greyndur et predicta Johanna tenuerunt ad terminum vite ipsius Johanne de hereditate predicte Iuete et que post mortem predicte Johanne ad predictos Robertum et Iuetam et heredes ipsius Iuete debuit reverti post decessum ipsius Johanne integre remaneant Ricardo Ruyhale juniori et Elizabethe uxori ejus et heredibus de corporibus ipsorum Ricardi et Elizabethe exeuntibus. Et si contingat quod iidem Ricardus et Elizabetha obierint sine heredibus de corporibus suis exeuntibus tunc post decessum ipsorum Ricardi et Elizabethe predicta medietas cum pertinenciis integre remaneant heredibus ipsius Ricardi de corpore suo procreatis et si nullus heres de corpore ipsius Ricardi fuerit procreatus tunc predicta medietas cum pertinenciis integre remaneat rectis heredibus ipsius Ricardi per finem in curiam domini Regis levatam. Et dicunt quod predicta Iueta est etatis quadraginta annorum et amplius. Et dicunt quod predicti duo solidati redditus tenentur de predicto

Ricardo Ruyhale per servicium quarte partis unius feodi militis. Et dicunt quod predicta Johanna non tenuit alia terras nec tenementa de domino Rege in capite nec de aliis dominis in comitatu predicto. Et dicunt quod servicium manerii nichil valet per annum ultra reprisas. Et dicunt quod est ibidem una carucata terre in dominico que valet per annum xx*s*. et sic dimittitur ad firmam solvendam ad festum Annunciacionis beate Marie virginis et Sancti Michaelis equis porcionibus. Et quod est ibidem redditus assise quadraginta solidorum liberorum tenencium solvendorum ad festa predicta equis porcionibus. Et quod sunt ibidem xx. acre prati jacentes super Sabrinam et valet quelibet acra ii*s*. per annum et sic dimittuntur ad firmam solvendam ad festa predicta non plus quia multociens demerguntur. Et dicunt quod placita et perquisita curie valent per annum ultra reprisas xl*d*. Et dicunt quod predicta Johanna obiit die Mercurii in festo Epiphanie Domini ultimo preterito. In cujus rei testimonium huic inquisitioni predicti juratores sigilla sua apposuerunt.

Datum die et anno supradictis.

(1) Robert Greyndour acquired Clearwell in the Forest of Dean by marriage with Margaret, daughter and heiress of Joyce; his descendant was Robert, who died 1443. Their descendants were the Baynhams and Throckmortons.

(2) For the Bawdrupp family see No. DCXVI.

MLXX.

CHARTER OF THOMAS LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN AND MORGAN, TAKING MARGAM ABBEY UNDER ESPECIAL PROTECTION FOR ONE YEAR.

[Margam Charter.]

20 May. 19 Ric. II. 1396.

Thomas le Despencer dominus Glamorgancie et Morgancie universis et singulis vicecomitibus majoribus ballivis ministris et aliis fidelibus et subditis nostris in Wallia ad quos presentes litere pervenerint salutem.

1384

Sciatis quod cum sumus debitores ac volentes proinde cum abbate et conventu monasterii B. M. de Morgan agere gratiose ipsosque ut divinis obsequiis absque perturbacione seu impedimento malefactorum quiete intendere valeant a noxiis preservare suscepimus domum monasterii predicti ac dilectos nobis in Christo abbatem et conventum monasterii predicti et omnes conversos ibidem eorumque bona quecunque ubicumque extiterint infra dominium nostrum Wallie in proteccionem et defensionem nostram specialem . Et ideo vobis et cuilibet vestrum injungimus et mandamus quod domum monasterii predicti abbatem et conventum et omnes conversos predictos eorumque bona quecumque ubicumque extiterint manuteneatis protegatis et defendatis non inferentes eis vel inferri permittentes injuriam molestiam dampnum violenciam impedimentum aliquod seu gravamen . Et si quid eis forisfactum sive injuriatum fuerit id eis sine dilatione faciatis emendari . Volumus eciam quod idem abbas interim sit quietus de omnibus placitis et querelis motis vel movendis exceptis placitis dotis unde nichil habet quare impedit ultime presentacionis et assise nove disseisine. Nolumus enim quod de warennis piscariis boscis bladis fenis equis carectis cariagiis bobus vaccis porcis ovibus aut aliis bonis et catallis predictorum abbatis conventus et conversorum predictorum [ubicunque] inventa fuerint contra voluntatem suam quicquam capiatur. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes per unum annum duraturas.

Datum apud Kaerdif vicesimo die Maii anno r. R. Richardi secundi post conquestum decimo nono.

Seal gone.

MLXXI.

RECORD OF A SUIT BETWEEN THOMAS DE BEAUCHAMP, EARL OF WARWICK, AND JOHN DE MOUBRAY OF AXHOLME, CONCERNING THE CASTLE OF SWANSEA AND THE LAND OF GOWER. EXTRACTED BY ORDER OF RICHARD II. FROM THE ROLLS, ETC.

[BRIT. MUS. COTTON MS. JULIUS B. XII. f. 181 b.]

12 JUNE. 19 RIC. II. 1396.

Placita inter THOMAM de BELLO CAMPO comitem WARWICK' petentem et JOHANNEM de MOUBRAY de AXIHOLME deforciantem de castro de SWEYNESEY et terra de GOWERSLOND in WALLIA.

Dominus Rex mandavit thesaurario et baronibus suis breve suum clausum in hec verba:—

RICARDUS Dei gratia Rex ANGLIE et FRANCIE et dominus HIBERNIE thesaurario et baronibus suis salutem. Quia in recordo et processu ac etiam in reddicione judicii loquele que fuit in curia domini EDWARDI nuper Regis ANGLIE avi nostri coram JOHANNE de STONORE et sociis suis tunc justiciariis ejusdem avi nostri de banco per breve ejusdem avi nostri de recto inter THOMAM de BELLO CAMPO nuper comitem WARWICK' petentem et JOHANNEM de MOUBRAY tunc tenentem de castro de SWEYNESEY et terra de GOWER cum pertinenciis in WALLIA error manifestus intervenit ad grave dampnum THOME MOUBRAY comitis NOTINGHAMIE et marescalli ANGLIE consanguinei et heredis predicti JOHANNIS de MOUBRAY sicut ex querela sua accepimus . Nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi et plenam et celerem justiciam fieri volentes in hac parte vobis mandamus quod scrutatis rotulis predictorum justiciariorum qui in thesauraria nostra sub custodia vestra existunt ut dicitur recordum [et] processum predicta cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillo scaccarii nostri distincte et aperte sine dilatione mittatis et hoc breve . Ita quod ea habeamus in octabis Sancti JOHANNIS BAPTISTE ubicunque

tunc fuerimus in ANGLIA ut inspectionem ulterius inde faciamus quod de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri ANGLIE fuerit faciendum. Teste me ipso apud WESTMONASTERIUM xij. die Junii anno regni nostri decimo nono. (1396.)

Pretextu cujus brevis thesaurarius et camerarii miserunt coram domino Rege apud WESTMONASTERIUM recordum et processum predictum de quibus in brevi fit mencio cum omnibus ea tangentibus una cum eodem brevi sub sigillo scaccarii domini Regis que sequ[u]ntur in hec verba:—

HERFORD §] ℭ THOMAS de BELLO CAMPO comes WARRWYCK ponit loco suo HUGONEM de ASTON' vel NICHOLAUM de ROOK versus JOHANNEM de MOUBRAY de AXIHOLME de placito terre.

Esson' de termino Sancte Trinitatis anno regni Regis EDWARDI tercii xxvi$^{to.}$ de crastino Sancti JOHANNIS BAPTISTE. Rotulo primo. (1352.)

HERFORD § No. S.] ℭ JOHANNES de MOUBRAY de AXIHOLME versus THOMAM de BELLO CAMPO comitem WARWICK' de placito terre per ADAM SCUT in octabis Sancti MARTINI per placitum THOME de EBORACO . clamat'.

Rotulus de attorn' receptus coram J. de STONORE et sociis suis justiciariis domini Regis de banco de termino Sancti MICHAELIS anno regni Regis EDWARDI tercii a conquestu vi$^{to.}$ regni vero sui FRANCIE terciodecimo. (1332.)

HERFORD §] JOHANNES de MOUBRAY de AXIHOLME ponit loco suo JOHANNEM de GERLETHORP vel WILLELMUM NEWBRIGGE versus THOMAM de BELLO CAMPO comitem WARWICK de placito terre.

ℭ Placita apud WESTMONASTERIUM coram J. de STONORE et sociis suis justiciariis domini Regis de banco de termino Sancti MICHAELIS anno regni ANGLIE Regis EDWARDI iij$^{cii.}$ post conquestum xxvij$^{o.}$. Et regni sui FRANCIE xiij$^{o.}$ Rotulo ccxxxiiij. (1353.)

HERFORD.] ℭ THOMAS de BELLO CAMPO comes WARREWICK' per NICHOLAUM ROOK' attornatum suum petit versus JOHANNEM de MOUBRAY de AXIHOLME castrum de SWEYNESEY et terram de GOWER cum pertinentiis in WALLIA ut

jus et hereditatem suam que clamat tenere de domino Rege in capite, etc. Et unde dicit quod quidam Willelmus antecessor ejus fuit seisitus de predictis castro et terra cum pertinentiis in dominico suo ut de feodo et de jure tempore pacis tempore domini Ricardi quondam Regis Anglie consanguinei domini Regis nunc capiendo inde explecias ad valenciam, etc. Et de ipso Willelmo qui obiit sine herede de se descendebat jus, etc., cuidam Walrando ut fratri et heredi. Et de ipso Walrando descendebat jus, etc., cuidam Henrico ut filio et heredi. Et de ipso Henrico descendebat jus, etc., cuidam Thome ut filio et heredi. Et de ipso Thoma qui obiit sine herede de se, etc., descendebat jus cuidam Margerie ut sorori et heredi, etc. Et de ipsa Margeria que obiit sine herede de se resorciebatur jus, etc., cuidam Walrando ut avunculo et heredi, etc., videlicet fratri Henrici patris ipsius Margerie. Et de ipso Walrando qui obiit sine herede de se descendebat jus, etc., cuidam Alicie ut sorori et heredi, etc. Et de ipsa Alicia descendebat jus cuidam Willelmo ut filio et heredi, etc. Et de ipso Willelmo qui obiit sine herede de se descendebat jus, etc., cuidam Isabelle ut sorori et heredi. Et de ipsa Isabella descendebat jus cuidam Willelmo ut filio et heredi, etc. Et de ipso Willelmo descendebat jus, etc., cuidam Johanni ut filio et heredi, etc. Et de ipso Johanne qui obiit sine heredibus de se descendebat jus, etc., cuidam Guidoni ut fratri et heredi, etc. Et de ipso Guidone descendebat jus, etc., isti Thome qui nunc petit ut filio et heredi, etc. Et quod tale sit jus suum offert.

Et Johannes de Moubray per Willelmum Newbrigge attornatum suum venit et defendit jus suum quando, etc. Et dicit quod cum predictus comes superius petat versus predicta castrum et terram cum pertinentiis narrando de seisina antecessoris sui Willelmi nomine et in eadem narracione sua non dat eidem antecessori suo aliquod cognomen in certo unde petit judicium de forma narracionis predicte, etc. Et comes dicit quod non requiritur nec est forma narracionis in hujusmodi brevi alio modo narrare quam de seisina antecessoris sui per proprium nomen suum nominatum prout ipse superius narravit eo quod

satis liquet cognomen suum per discensum in narracione sua contentum unde petit judicium si narracio sua predicta per excepcionem predictam cassari debeat, etc. Et super hoc dictum est predicto Johanni per justiciarios quod ulterius respondeat si sciverit non obstante calumpnia predicta. Et idem Johannes defendit jus suum quando, etc. Et dicit quod cum predictus comes nichil aliud petat versus eum per breve suum nisi predicta castrum et terram tantum et in narracione sua supponit predictum Willelmum antecessorem suum de cujus seisina, etc., cepisse inde explecias, etc., videlicet in allocacione castri et in homagiis redditibus et arreragiis reddituum bladi herbagii, etc., ille terminus videlicet in allocacione castri, etc., solomodo deseruit et corespondet ad demandam castri. Et ille terminus ut in bladis et herbagiis, etc., deseruit et corespondet ad demandam terre, etc., per quod residuum contentum in narracione videlicet de capcione expleciarum ut in homagiis redditibus et arreragiis reddituum non warantizatur nec relacionem habet ad demandam predictam versus eum factam videlicet nec ad castrum nec ad terram, etc. Unde petit judicium de forma narracionis predicte, etc. Et comes dicit quod terra de Gower et castrum predictum est et sunt quoddam magnum dominium diversa homagia redditus servicia terras tenementa libertates et alia quam plurima in se continens et vocatur Gowerslond et castrum de Sweynesey per quod alligatur explecias de homagiis redditibus et arreragiis reddituum sufficienter warantizatas de demanda predicta. Et sic dicit quod narracio sua formalis et sufficiens est in hoc casu et eo non obstante dictum est prefato Johanni quod ulterius respondeat si, etc., non obstante aliqua calumpnia predicta. Et idem Johannes defendit jus suum quando, etc. Et dicit quod in quolibet brevi de precipe quod reddat ubi terre seu tenementa versus aliquem sunt petenda requiritur necessarium per legem Anglie semper ab antiquo usitatam quod demanda in brevi fiat in certo et per certam quantitatem videlicet per nomen manerii seu maneriorum vel per certum numerum carucatarum bovatarum virgatarum seu acrarum terre . ita quod pars tenens justum possit in certo ad quod respondere debeat. Et predictus comes

per breve istud petit versus ipsum terram de Gower in Wallia non declarando aliquam certam quantitatem per terminum legis Anglie usitatum unde petit judicium de forma brevis predicti sic extra formam et terminum legis impetrati. Et comes dicit ut prius quod terra de Gower et castrum predictum sunt quoddam magnum dominium ad que diversa homagia redditus servicia libertates et alia sunt spectancia. Quam quidem terram in dominico et servicio una cum castro predicto ipse clamat tenere de domino Rege in capite et ea tamquam quoddam dominium integrum in Wallia de domino Rege Anglie tentum intendit per breve suum predictum in curia Regis hic recuperare per quod ipse aliud breve ad exigendum et recuperandum totum dominium predictum ut predictum est habere nec per aliud nomen nec alio modo terram illam exigere non potest. Et predictus Johannes placitando non allegat aliquam specialem per quam aliquod aliud breve per aliam demandam ei deservire possit. Unde in hoc casu si breve istud cassatum fuisset, etc., ipse a quocunque alio brevi preclusus esset et sic ab omni accione sua amotus. Et ex quo placitum illud in brevi de recto ipsum comitem ab accione sua precludere non potest. Et idem Johannes ad breve nec ad accionem suam respondet petit seisinam sibi adjudicari, etc. Et Johannes dicit quod ipse non placitat ad aliud effectum nisi ad formam brevis predicti, etc. Et petit judicium de forma brevis ratione per ipsum superius allegata. Et si videatur curie breve predictum fore sufficiens et formale in hoc casu paratus est alia dicere, etc. Et super hoc dictum est predicto Johanni per justiciarium quod ulterius respondeat si, etc., non obstante calumpnia predicta. Et idem Johannes defendit jus suum quando, etc. Et dicit quod breve de precipe quod reddat ad peciam terre seu tenementum non est manutenendum per legem terre nisi demanda fiat in aliqua certa villa seu de maneriis vel hujusmodi. Et predictus comes per predictum breve suum petit versus eum castrum predictum et terram de Gower cum pertinentiis in Wallia non faciendo demandam in villa nec in villis prout requiritur unde petit judicium de forma brevis, etc.

Et comes dicit quod castrum predictum et terra predicta sunt una patria preportans tale generale nomen videlicet castrum de Sweynsey et Gowerslond infra quod generale habentur plurima dominia libertates terre vasta et more que non sunt in aliqua villa per quod ad petendum illa generale videtur ei quod breve predictum satis sufficiens est et formale unde petit judicium si breve suum cassari debeat in hac parte. Et insuper dictum est predicto Johanni per justiciarios quod ulterius si, etc., non obstante calumpnia predicta, etc. Et idem Johannes defendit jus suum quando, etc. Et petit inde visum habeat. Dies datus est eis hic a die Pasche in unum mensem et interim, etc.

¶ Placita apud Westmonasterium coram J. de Stonore et sociis suis justiciariis domini Regis de banco de termino Sancti Michaelis . anno regni Anglie Regis Edwardi iij$^{cii.}$ xxvij$^{o.}$ et regni sue Francie xiiij$^{o.}$ Rotulo cxxxij. (1353).

Thomas de Bello Campo comes Warwick per Nicholaum de Rook attornatum suum, etc., etc. (as before).

¶ Et predictus Johannes de Moubray in propria persona sua venit et defendit jus suum quando, etc. Et non cognoscendo quod predictum castrum sit unum grossum per se nec extra terram de Gower dicit quod ubi predictus comes per istud breve de recto facit demandam suam de predicto castro de Sweynesey et de terra de Gower cum pertinentiis in Wallia et non facit demandam suam per terminum legis nec per formam usitatam videlicet in aliqua certa villa seu in villis prout per legem Anglie per antiquam consuetudinem requireretur ubi infra terram de Gower sunt diverse ville in quibus terre et tenementa de demanda predicta existunt in quibus villis predictus comes eadem terras et tenementa per quantitatem carucatarum seu acrarum terre et per alias quantitates legi Anglie concordantes exigisse potuisset videlicet villa de Sweynesey in qua sunt predictum castrum et decem librate redditus . villa de Milwodesketty in qua sunt decem carucate terre . villa de Ostremuth' in qua sunt castrum de Ostremuth' et decem marcate redditus . villa de Thistelbon' in qua

sunt octo carucate terre . villa de MORTON' in qua est una caracata terre . villa de KYCHULL' in qua sunt tres carucate terre et medietas unius feodi militis . villa de KYLBROGH' in qua est unum feodum militis . villa de ILEWITTESTON' in qua est unum feodum militis et dimidium . villa de PENNARTH' in qua sunt castrum de PENNARTH' tres carucate terre et due acre bosci . villa de PENMAYN in qua est unum feodum militis et dimidium . villa de NICOLASTON' in qua est unum feodum militis . villa de PENRYS in qua sunt unum castrum et unum feodum militis et dimidium . villa de OXENWICH' in qua sunt unum castrum et unum feodum militis et dimidium . villa de REYNEWARDESTON' in qua sunt unum feodum militis . villa de KNOYLESTON' in qua est unum feodum militis . villa de PORTEYNON' in qua sunt unum castrum unum feodum militis et dimidium . villa de PYLTON' in qua est medietas unius feodi militis . villa de PAVYLOND in qua est unum feodum militis . villa de PICTON' in qua est unum feodum militis . villa de RUSSEBY in qua est unum feodum militis . villa de HENTELS in qua est unum feodum militis . villa de LANGENETH' in qua est unum feodum militis et dimidium . villa de LAMMADOCK in qua est unum feodum militis . villa de LANDYMORE in qua est unum castrum et unum feodum militis . villa de LEYSHANSTON in qua sunt unum castrum et unum feodum militis . villa de LANNDRYDIAN' in qua est unum feodum militis . villa de LOUCHWARNE in qua sunt unum castrum et unum feodum militis . villa de TALBAND in qua sunt unum castrum et unum feodum militis . villa de WALTERESTON' in qua est unum feodum militis. Unde petit judicium de isto brevi sic extra terminum legis et extra formam legis ANGLIE concordanter impetrato, etc.

¶ Et comes dicit quod predicta castrum de SWEYNESEY et terra de GOWER sunt quoddam unum dominium in WALLIA tale generale non proportans in quo dominio sunt diverse libertates terre tenementa more pascue pasture et predictus JOHANNES non allegat quod ipse comes totam demandam suam per aliam demandam suam quam per nomen generale prout ipse superius exigisse nec recuperasse potuit unde petit judicium si per excepcionem predictam breve suum cassari debeat, etc. Et

super hoc dictum est predicto Johanni quod ulterius respondeat non obstante calumpnia predicta, etc. Et idem Johannes defendit jus suum quando, etc. Et protestando quod non cognoscit predictum castrum fore unum grossum per se nec extra terram de Gower vocat inde ad warrantiam Johannem filium Johannis de Moubray et Johannem de Bohun de Midhurst consanguineos et heredes Willelmi Breouse chevalier summonitos in comitatibus Sussex' Surr' et Essex', etc.

Et predictus comes dicit quod ubi predictus Johannes de Moubray superius vocat ad warantiam predictos Johannem filium Johannis et Johannem et Johannem (*sic*) de Bohun Idem Johannes filius Johannis est illa eadem persona versus quam ipse breve istud impetravit videlicet Johannes de Moubray de Axiholme unde petit judicium si iidem (*sic*) Johannes de Moubray de Axiholme ad vocandum seipsum ad warantiam absque causa speciali curiæ hic ostendenda admitti debeat, etc. Et Johannes de Moubray dicit quod predictus Willelmus de Breouse fuit seisitus de tenementis nunc petitis et in visu positis in dominico suo ut de feodo et eadem tenementa per nomen tocius terre de Gower dedit predicto Johanni de Moubray patri, etc., et cuidam Aline tunc uxori sue filie ejusdem Willelmi. Habendum et tenendum eisdem Johanni et Aline et heredibus de corporibus ipsorum Johannis et Aline exeuntibus. Ita quod si iidem Johannes et Alina obierint sine heredibus de corporibus suis exeuntibus eadem terra cum pertinentiis integre remaneret Humfrido de Bohun comite Herefordie et Essex' et heredibus suis imperpetuum. Et dicit quod ipse est filius et heres eorundem Johannis de Moubray et Aline ut de feodo talliato et ea racione vocat ad warrantiam ipsum Johannem filium Johannis et predictum Johannem de Bohun consanguineum et heredem predicti Willelmi de Breouse. Et predictus comes dicit quod predictus Johannes de Moubray ad predictam vocationem ad warantiam per causam per ipsum superius allegatam admitti non debet. Dicit enim quod status quem predictus Johannes de Moubray superius allegat predictum Johannem de Moubray patrem, etc., et Alinam habuisse de

dono predicti Willelmi de Breouse . fuit per quandam disseisinam eidem Willelmo per ipsos Johannem et Alinam et quosdam alios vi et armis factam de qua quidem disseisina idem Willelmus post mortem predicti Johannis patris, etc., coram Johanne Bonser et Willelmo tunc justiciariis ad assisas inde capiendas assignatis apud Sweyneseý die Mercurii proximo post festum Sancti Johannis ante Portam Latinam (6 May) anno Regis Edwardi patris domini Regis nunc xvij°. (1324) . tulit quandam assisam nove disseisine versus dictam Alinam et Elizabeth de Burgo tunc tenentes tenementorum predictorum et Rogerum de Middelton' et Willelmum Moygne que quidem assisa inter eos capta fuit per quam compertum fuit quod predicta Alina et quidam alii tunc in brevi nominati ipsum Willelmum vi et armis disseiserunt super quo iidem (*sic*) Willelmus de Breouse per consilium curie seisinam suam recuperavit et execucionem inde optinuit. Et postea ad prosecucionem predicti Willelmi Moygne unius defendentis versus quem assisa illa transivit suggerentur errores in recordo [et] processu necnon in reddicione judicii assise illius intervenisse. Recordum et processum ejusdem assise missa fuerunt coram domino Rege, etc. Et ibidem diversi errores assignati fuerunt. Et postea examinatis recordo et processu ejusdem assise non fuit aliquis error in eisdem compertus per quod judicium predictum tanquam bonum et justum affirmatum fuit. Quem quidem statum predictus Willelmus de Breouse diu continuavit. Et sic dicit quod status predicti Johannis de Moubray patris, etc., et Aline quem predictus Johannes Moubray de Axiholme supponit fuisse de dono predicti Willelmi de Breouse fuit per disseisinam predictam prout per assisam predictam compertum fuit absque hoc quod predicti Johannes de Moubray pater, etc., et Alina aliquid habuerunt in tenementis nunc petitis de dono predicti Willelmi de Breouse sicut predictus Johannes de Moubray superallegat et hoc paratus est verificare unde petit judicium si idem Johannes ad istud vocar' ad warantiam in retardacionem juris ipsius comitis in hoc casu admitti debeat, etc. Et predictus Johannes de Moubray dicit quod predictus Willelmus de Breouse de tene-

mentis predictis feoffavit predictos JOHANNEM de MOUBRAY patrem, etc., et ALINAM in forma predicta prout ipse superius allegat et de hoc ponit se super patriam. Et comes similiter. Ideo preceptum est vicecomiti quod venire faciat hic in crastino purificacionis beate MARIE XIJ., etc., per quos, etc., et qui nec, etc., ad recognitionem, etc., quia tam, etc., idem dies datus est partibus predictis hic, etc. Et super hoc predictus comes ponit loco suo THOMAM de TECHEWICK. Et predictus JOHANNES de MOUBRAY de AXIHOLME ponit loco suo WILLELMUM de NEWBRIG' vel WILLELMUM UFFLETE de placito predicto, etc. Ad quem diem venit predictus comes per predictum attornatum suum. Et vicecomes misit hic panellum, etc. Et predictus JOHANNES tunc fecit se essoniari de malo ven' versus predictum comitem de placito predicto. Et habuit diem per essonium suum hic ad hunc diem scilicet in crastino Sancti JOHANNIS BAPTISTE proxime sequenti. Et preceptum fuit vicecomiti quod tunc haberet corpora juratorum, etc. Et modo venit tam predictus comes quam predictus JOHANNES per attornatos suos, etc. Et similiter juratores veniunt qui de concessu partium electi et jurati dicunt super sacramentum suum quod predictus WILLELMUS de BREOUSE non dedit tenementa predicta cum pertinentiis predictis JOHANNI de MOUBRAY patri predicti JOHANNIS de MOUBRAY de AXIHOLME et ALINE uxori ejus et heredibus de corporibus eorundem JOHANNIS de MOUBRAY patris et ALINE exeuntibus prout predictus JOHANNES de MOUBRAY de AXIHOLME superius allegat. Ideo concessum est quod predictus comes recuperet seisinam suam versus eum de tenementis predictis cum pertinentiis. Et predictus JOHANNES de MOUBRAY in misericordia, etc. Rotulo CXXXIJ.

Breve originale. Breve de visu habendo. Esson' super eodem breve de venire facias XIJ. cum panello ejusdem, etc. Esson' super eodem. Et breve de habeas corpora juratorum cum panello ejusdem coram Rege una cum recordo et processu predictis missa . et eisdem recordo et processui consuta sequuntur in hec verba :—

EDWARDUS Dei gratia, etc., vicecomiti HERFORD salutem. Precipe JOHANNI de MOUBRAY de AXIHOLME quod juste sine dilatione reddat THOME de BELLO

CAMPO comiti WARWICK castrum de SWEYNESEY et terram de GOWER cum pertinentiis in WALLIA que clamat esse jus et hereditatem suam et tenere de nobis in capite. Et unde queritur quod predictus JOHANNES ei injuste deforciat. Et nisi fecerit et predictus comes fecerit te securum de clamio suo prosequendo tunc summoneatur per bonos summonitores quod sit coram justiciariis nostris apud WESTMONASTERIUM in crastino Sancti JOHANNIS BAPTISTE ostensurus quare non fecerit et habeas ibi summonicionem et hoc breve. Teste me ipso apud WESTMONASTERIUM primo die Maii anno regni nostri ANGLIE XXVI$^{to.}$ regni vero FRANCIE XIIJ$^{o.}$ (1 May, 1352.) Indorsiamentum ejusdem brevis sequitur in hec verba. Responsum THOME de ASTON' vicecomitis. Plegii de prosequendo. WILLELMUS de YARPOLE et JOHANNES le SMYTH'. summonitores HUGO HERGAST. JOHANNES ap REES ap IVOR.

EDWARDUS Dei gratia, etc., vicecomiti HERFORD. salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione habere facias JOHANNI de MOUBRAY de AXIHOLME visum de castro de SWEYNESEY et terra de GOWER cum pertinentiis in WALLIA que THOMAS de BELLO CAMPO comes WARWICK in curia nostra coram justiciariis nostris apud WESTMONASTERIUM clamat ut jus suum versus eum et dic quatuor militibus ex illis que visui illi interfuerint quod sint coram justiciariis apud WESTMONASTERIUM a die Pasche in unum mensem ad testificandum visum illum et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste J. STONORE apud WESTMONASTERIUM IIJ$^{o.}$ die Decembris anno regni nostri ANGLIE vicesimo sexto regni vero nostri FFRANCIE terciodecimo. (3 Dec. 1352.) Rotulo CCXXXIIIJ. Indorsiamentum ejusdem brevis sequitur in hec verba. Responsum RICARDI de BRUGGE vicecomitis, etc. JOHANNES de MOUBRAY de AXIHOLME habet visum de castro de SWEYNESEY et terra de GOWER cum pertinentiis in WALLIA et interfuerunt visui illi faciendo videlicet JOHANNES de HEUYNE. HUGO de LUNTLEY. JOHANNES WILDEGOOSE et WILLELMUS STURMY et dictum est eis quod sint coram vobis ad diem in brevi contentum secundum tenorem istius brevis prout in brevi precipitur.

Esson' termino Pasche anno xxvij° de mense Pasche. Rotulo primo.

Hereford post visum.] Johannes de Moubray de Axiholme versus Thomam de Bello Campo comitem Warwick de placito terre per Ricardum Amcotes a die Sancti Michaelis in tres septimanas per placitum Thome de Eboraco clamat'.

Edwardus, etc., vicecomiti Herfordie salutem. Precipimus tibi quod venire facias coram justiciariis nostris apud Westmonasterium crastino purificacionis beate Marie xij. tam milites quam alios liberos et legales homines de visu castri de Sweynesey et terre de Gower cum pertinentiis in Wallia quorum quilibet habeat c$^{s.}$ terre . tenementi vel redditus per annum ad minus per quos rei veritas melius sciri poterit. Et qui nec Thoma de Bello Campo comiti Warwick nec Johannem de Moubray de Axiholme aliqua affinitate attingunt ad recognoscendum super sacramentum suum si Willelmus de Breouse, cheval'r, dedit castrum de Sweynesey et terram de Gower cum pertinentiis in Wallia que predictus comes in curia nostra coram justiciariis nostris apud Westmonasterium clamat ut jus suum versus eum quibusdam Johanni de Moubray patri predicti Johannis de Moubray de Axiholme et Aline uxori ejus et heredibus de corporibus ipsorum Johannis de Moubray patris et Aline exeuntibus per quod idem Johannis de Moubray de Axiholme advocat ad warantiam Johannem filium Johannis de Moubray et Johannem de Bohun de Midhurst consanguineum et heredem predicti Willelmi versus predictum comitem admitti debeat sicut predictus Johannes de Moubray de Axiholme dicit vel non sicut predictus comes dicit. Quia tam predictus comes quam predictus Johannes inter quos inde contencio est posuerunt se in juratam illam. Et habeas ibi nomina juratorum et hoc breve. Teste Johanne de Stonore apud Westmonasterium xxviij. die Octobris anno regni nostri Anglie vicesimo septimo . regni vero Francie quarto decimo. (28 October, 1353.) Rotulo cxxxij.

Indorsiamentum ejusdem brevis sequitur in hec verba. Ego Ricardus de Brugge vicecomes vobis sic respondeo. Execucio istius brevis patet in panello

huic brevi consuto et juratorum nomina sunt prout patet in dicto panello. Panellum sequitur in hec verba. Manucaptores Thome Chaundos militis . Adam Maynell' et Walterus Woodwey . manucaptores Ricardi Baskervyle militis Johannes Strete et Thomas Proude . manucaptores Roberti Pennebrugge militis Simon et Thomas Gay . manucaptores Edwardi Fitzpiers Hacluyt militis Johannes Lauton' et Simond Bryde . manucaptores Ricardi de Pennebrugge militis Johannes Lynde et Johannes Lauton' . manucaptores Johannis Eylesford de Penne militis Johannes Say et Ricardus Gay . manucaptores Edmundi Hacluyt de Langfort militis Johannes Lacy et Simon Lucy . manucaptores Henrici de Hereford militis Walterus de Leye et Galfridus Deveros . manucaptores Johannis Poyns militis Johannes Simon et Simon Geffray . manucaptores Thoma Aston militis Johannes Proude et Johannes Clopton' . manucaptores Johannis de Hethe militis Johannes Gayton' et Simon Bayton . manucaptores Johannis de Coumbe militis Ricardus at Barre et Thomas Aubrey . manucaptores Johannis de Clauenow Johannes Dragon' et Simon Bryd . manucaptores Rogeri de Brugge Johannes Latton' et Simon Gower . manucaptores Willelmi de Couley Willelmus le Ffyche et Johannes le Smyth' . manucaptores Johannis Oldcastell Ricardus de Strete et Simon Geffrey . manucaptores Johannis de Lauton Johannes Syde et Willelmus at Brooke . manucaptores Johannis Pryde Simon Janekynes et Ricardus Geffray . manucaptores Ricardi de Clodeshale Johannes de Strete et Adam Daniel . manucaptores Thome at Barre Ricardus le Smyth' et Johannes Gabriell' . manucaptores Johannis Maurdene Ranulphus at Barre et Ricardus Preston' . manucaptores Johannis de Badeshaw Johannes Lynde et Johannes Aubrey . manucaptores Rogeri Esbache Ricardus Simon et Walterus Gilbert . manucaptores Johannis Lynde Ricardus Ryuer et Johannes Bache . manucaptores Johannis Aubray Thomas Luton' et Ricardus de Stooke . manucaptores Thome de Hopton' Ricardus Strete et Johannes at Stile . manucaptores Radulphi Zeddevenne Simon Golias et Ricardus Tracy .

manucaptores Thome Preston Ricardus Jeffery et Willelmus Wallepole . manucaptores Rogeri Deveros Johannes Simon et Ricardus Pyke . manucaptores Thome Bourhoope Ricardus at Stile et Johannes Ffach' . manucaptores Johannis le Strete . Johannes Stoke et Ricardus Dekene . manucaptores Walteri Hortesley Johannes Richardes et Willelmus at Halle.

Esson' pro predicto Johanne de Moubray de Axiholme ad predictum crastinum purificationis sequitur in hec verba. Esson' de termino Sancti Hillarii anno xxviij°. De crastino purificationis beate Marie, etc. Rotulo iiij°.

Herford.] § Johannes de Moubray de Axiholme versus Thomam de Bello Campo comitem Warwick unde jurata per Johannem Wilby in crastino Sancti Johannis Baptiste per placitum Henrici de Chaddeston clamat' . . . . jurata. Et nullus venit. Ideo vicecomes habeat corpora, etc.

Edwardus Dei gratia, etc., vicecomiti Herford . salutem. Precipimus tibi quod habeas coram justiciariis nostris apud Westmonasterium in crastino Sancti Johannis Baptiste corpora Thome Chaundos, etc., ut supra juramentum suum in curia nostra coram justiciariis nostris apud Westmonasterium inter Thomam de Bello Campo comitem Warwick petentem et Johannem de Moubray de Axiholme tenentem de placito terre ad faciendum juratam illam et habeas ibi hoc breve. Teste J. de Stonore apud Westmonasterium xij. die Ffebruarii anno regni nostri Angliæ xxviij°. regni vero nostri Ffrancie quintodecimo (a.d. 1354). Rotulo Esson' iiij$^{to.}$ Indorsiamentum ejusdem brevis sequitur in hec verba. Responsio Ricardi Brugge vicecomitis. Execucio istius brevis facta est prout in brevi precipitur et prout patet in panello huic brevi consuto. Panellum predictum sequitur in hec verba:—Manucaptores Thomæ Chaundos militis . Rogerus de Brugge et Johannes Ambrey . manucaptores Ricardi de Baskervill' militis, etc. . manucaptores Ricardi de Pennebrugge militis, etc. . manucaptores Edwardi Fitzpiers Hacluyt militis jur', etc. . manucaptores Roberti de Pennebrugge militis, etc. . manucaptores Johannis de Eylesford de Penne jur', etc. . manucaptores Edwardi Hacluyt de Longfort militis, etc. .

manucaptores HENRICI HERFORD militis jur', etc. . manucaptores JOHANNIS POINTZ militis, etc. . manucaptores THOMÆ ASTON militis, etc. . manucaptores JOHANNIS de HECHE militis jur', etc. . manucaptores JOHANNIS COMBE militis jur', etc. . manucaptores JOHANNIS de CLAUENOWE, etc. . manucaptores ROGERI de BRUGGE jur', etc. . manucaptores WILLELMI COULEY jur', etc. . manucaptores JOHANNIS de OLDCASTELL, etc. . manucaptores JOHANNIS de LAUTON', etc. . manucaptores JOHANNIS PRYDE, etc. . manucaptores RICARDI de CLODESHALE, etc. . manucaptores THOME AT BARRE, etc. . manucaptores JOHANNIS MAURDENE, etc. . manucaptores JOHANNIS de BADSHAW, etc. . manucaptores ROGERI ESBACHE, etc. . manucaptores JOHANNIS LYNDE, etc. . manucaptores JOHANNIS ZEDDEVENNE, etc. . manucaptores THOME de PRESTON, etc. . manucaptores ROGERI DEVEROS, etc. . manucaptores THOME BOURHOPE, etc. . manucaptores JOHANNIS STRETE, etc. . manucaptores WALTERI HURTESLEY, etc. Que quidem recorda et processus cum brevibus essoniis et panellis predictis affilantur inter recorda de anno XIX$^{o.}$ Regis nunc. Super quo quidem predictus THOMAS de MOUBRAY comes NOTINGHAMIE et marescallus ANGLIE consanguineus et heres predicti JOHANNIS de MOUBRAY de AXIHOLME asserens in recordo et processu predictis ac eciam in reddicione judicii predicti diversimode fore erratum peciit breve ad premun[i]endum THOMAM de BELLO CAMPO comitem WARWICK filium et heredem predicti nuper comitis WARWICK auditurum recordum et processum predicta si, etc., per quod preceptum fuit vicecomiti HERFORD quod per probos etc., scire faceret THOME de BELLO CAMPO comiti WARREWICK filio et heredi predicti nuper comitis WARWICK essendi coram Rege ad hunc diem scilicet a die Sancti MICHAELIS in XV. dies ubicunque, etc., audituro recordum et processum predicta si, etc. Et ulterius, etc., idem dies datus fuit predicto THOME de MOUBRAY comiti NOTINGHAM, etc. Ad quem diem coram domino Rege apud WESTMONASTERIUM venit predictus THOMAS de MOUBRAY comes NOTINGHAM per THOMAM BEESTON attornatum suum. Et vicecomes retournavit quod scire fecit predicto THOME de BELLO CAMPO comiti

WARWICK filio et heredi THOME de BELLO CAMPO nuper comitis WARWICK quod esset coram domino Rege ad predictam quindenam Sancti MICHAELIS ubicunque tunc foret in ANGLIA ad ostendendum audiendum faciendum et recipiendum quod breve predictum exigebat et requirebat per JOHANNEM BADDESHAW . JOHANNEM LULLEWALL' . JOHANNEM NEWCHURCH et WILLELMUM ROUDON. Qui quidem THOMAS de BELLO CAMPO comes WARREWICK filius post premunicionem ei in hac parte factam per THOMAS COVELE attornatum suum venit. Et predictus THOMAS de MOUBRAY comes NOTINGHAM dicit quod ipse est consanguineus et heres predicti JOHANNIS de MOUBRAY de AXIHOLME videlicet filius JOHANNIS filii predicti JOHANNIS de MOUBRAY de AXIHOLME. Et dicit quod in recordo et processu predictis ac eciam in reddicione judicii predicti diversimode erratum est in hoc videlicet quod ubi THOMAS de BELLO CAMPO comes de WARWICK secutus fuit breve de recto versus prefatum JOHANNEM de MOUBRAY de AXIHOLME de castro de SWEYNESEY et terra de GOWER in WALLIA retournatum apud WESTMONASTERIUM coram justiciariis domini EDWARDI nuper Regis ANGLIE avi domini Regis nunc de banco in crastino Sancti JOHANNIS BAPTISTE anno regni sui XXVJ^to. prout plenius patet in recordo et processu inde habitis Ad quem diem partes predicte non comparuerunt nec per attornatum nec in propriis personis nec aliquod essonium pro eis adjudicatum fuit secundum formam legis et consuetudinem ANGLIE et sic predictum breve de recto discontinuatum extitit. Et in hoc quod justiciarii adjudicarunt seisinam de predictis tenementis prefato nuper comiti super predicto brevi sic discontinuato ipsi erraverunt.

¶ Item ubi predictus comes super predicto brevi de recto narravit super seisina cujusdam WILLELMI nominando ipsum WILLELMUM antecessorem ipsius nuper comitis non dando eidem WILLELMO aliquod cognomen in certo et sic narracio ipsius nuper comitis super brevi predicto insufficiens extitit et per predictum JOHANNEM de MOUBRAY adtunc calumpniata prout patet per recordum predictum et eo non obstante predicti justiciarii adjudicarunt prefatum JOHANNEM de

Moubray prefato nuper comiti ad narracionem illam adtunc ulterius respondere ubi ipsi narracionem illam cassasse debuissent. Et in hoc ipsi erraverunt.

¶ Item ubi predictus nuper comes solomodo peciit per predictum breve castrum de Sweynsey et terram de Gower in Wallia et per narracionem suam super brevi illo ipse supposuit quod Willelmus antecessor suus de cujus seisina, etc., cepit explecias, etc., videlicet in allocacione castri et in homagiis redditibus et arreragiis reddituum bladis herbagiis. Que quidem [1] explecia in homagiis redditibus arreragiis redditus non warantizatur nec relacionem habere potest ad demandam in brevi predicto videlicet nec ad castrum nec ad predictam terram de Gower et sic narracio predicti nuper comitis super brevi predicto cassabilis extitit. Que quidem narracio per predictum Johannem de Moubray extitit calumpniata prout patet per recordum predictum et eo non obstante prefati justiciarii ad tunc adjudicarunt prefatum Johannem de Moubray prefato nuper comiti ad narracionem illam ulterius respondere ubi illi narracionem illam cassasse debuerunt. Et in hoc ipsi erraverunt.

¶ Item ubi in quolibet brevi de precipe quod reddat ubi terre vel tenementa sunt petenda demanda in brevi debet fieri in certo et pro certa quantitate ita quod tenens in brevi certiorari possit per breve in certo ad quod ipse respondere debat (*sic*). Et predictus comes per predictum breve de recto peciit terram de Gower in Wallia non declarando aliquam certam quantitatem per formam legis Anglie quod per predictum Johannem de Moubray calumpniatum fuit prout patet per recordum predictum. Et eo non obstante prefati justiciarii adjudicarunt ipsum Johannem de Moubray ad respondendum ulterius ad predictum breve ubi ipsi breve illud cassasse debuissent. Et in hoc ipsi erraverunt.

¶ Item predictus nuper comes per breve suum predictum peciit predicta castrum de Sweynesey et terram de Gower in Wallia non faciendo demandam suam in aliquibus villis prout debuisset per legem Anglie quod adtunc per predictum Johannem de Moubray calumpniatum fuit prout patet per recordum predictum et eo non obstante prefati justiciarii consideraverunt ipsum Johannem

de Moubray ad respondendum ulterius ad breve predictum ubi ipsi breve illud cassasse debuerunt. Et in hoc ipsi erraverunt.

Item ubi ad octabas Sancti Martini anno regni predicti Regis nunc xxvi$^{o.}$ predictus Johannes de Moubray peciit visum de predictis castro et terra de Gower quod ei concessum fuit et breve de habere facias visum est de dato tercie diei Decembris predicto anno xxvi$^{o.}$ qui quidem dies est dies extra terminum videlicet post iiij$^{tum.}$ diem de quindena Sancti Martini et sic breve illud nullum warantie fuit vicecomiti de habere faciendo Johanni de Mowbray visum de predictis castro et terra de Gower in quo casu prefati justiciarii debuissent considerasse unum sufficiens breve vicecomiti desicut alias habere facias prefato Johanni de Moubray visum de predictis castro et terra de Gower. Et in hoc quod predicti justiciarii hoc non fecerunt ipsi erraverunt.

Item ubi predictus Edwardus Rex avus domini Regis nunc per breve suum precepit vicecomiti Herford quod habere faciat prefato Johanni de Moubray visum de predictis castro et terra de Gower . et quod diceret iiij$^{or.}$ legalibus militibus ex illis qui visui illi interfuissent quod essent coram justiciariis predicti Edwardi Regis, avi, etc., apud Westmonasterium ad certum diem ad testificandum visum illum prout plenius patet per breve illud. Quod quidem breve plenarie executum non fuit prout per returnum ejusdem brevis satis liquet in quo casu vicecomes amerciari debuisset et quoddam breve desicut alias habere facias visum debuisset considerari et in hoc quod predicti justiciarii in placito illo absque alio brevi desicut alias habere facias visum consideratum et plenarie executum ulterius processerunt ipsi erraverunt.

Item ubi ad prefatas octabas Sancti Martini anno regni predicti Regis Edwardi avi, etc., xxvi$^{o.}$ predictus Johannes de Moubray peciit visum de predictis castro et terra de Gower quod ei concessum extitit et habuit inde diem usque mensem Pasche tunc proxime sequentem ad quem diem neuter predictorum nuper comitis et Johannis de Moubray comparuit per attornatum nec in propria persona nec aliquod essonium pro eis ad eundem diem adjudicatum fuit secundum

legem et consuetudinem regni ANGLIE et sic processus super predicto brevi de recto habitus extitit discontinuatus. Et in hoc quod predicti justiciarii considerarunt seisinam prefati nuper comitis de predictis tenementis super tali processu sic discontinuato ipsi erraverunt.

Item ubi predictus JOHANNES de MOUBRAY placitando cum prefato nuper comite WARREWICK super predicto brevi de recto allegavit quod ubi idem nuper comes per predictum breve suum fecit demandam suam de predictis castro et terra de GOWER cum pertinentiis in WALLIA et non fecit demandam suam per formam legis ANGLIE videlicet in aliqua certa villa ubi infra terram de GOWER sunt diverse ville in quibus predicta castrum et terra de GOWER existunt et in quibus villis prefatus nuper comes predicta castrum et terram de GOWER per certas quantitates concordanter ad legem ANGLIE petivisse potuit et eciam idem JOHANNES de MOUBRAY declaravit villas et quantitates predictorum castri et terre de GOWER petitorum in eisdem villis prout per recordum predictum satis liquet et eo non obstante prefati justiciarii adtunc considerarunt predictum JOHANNEM de MOUBRAY ulterius respondere ubi ipsi breve illud cassasse debuissent. Et in hoc ipsi erraverunt.

¶ Item ubi predictus JOHANNES de MOUBRAY calumpniavit predictum breve de recto eo quod quodlibet breve de precipe quod reddat per quod aliquis petit aliqua terras seu tenementa per legem ANGLIE manuteneri non potest nisi demanda in eodem brevi contenta fiat in aliqua certa villa vel de maneriis et predictus nuper comes per predictum breve de recto peciit versus ipsum JOHANNEM de MOUBRAY predicta castrum de SWEYNESEY et terram de GOWER cum pertinentiis in WALLIA non faciendo demandam suam in villa prout facere debuisset per legem ANGLIE ad quod predictus nuper comes replicando dixit quod predicta castrum et terra de GOWER fuerunt una patria proportans tale generale nomen videlicet castrum de SWEYNESEY et GOWERSLOND in quo casu per cognicionem ipsius nuper comitis idem nuper comes peciisse debuisset terram vocatam GOWERSLOND et non terram de GOWER et sicut per propriam cognicionem

ipsius nuper comitis predictum breve de recto cassabile extitit. Et in hoc casu quod predicti justiciarii breve illud per cognomen predicti nuper comitis non cassarunt ipsi erraverunt.

Item ubi predictus nuper comes et JOHANNES de MOUBRAY super predicto brevi de recto placitarunt ad exitum patrie prout per recordum predictum satis liquet super quo brevi breve directum fuit vicecomiti HEREFORD de venire faciendo XIJ., etc., de visu de castro de SWEYNESEY et terra de GOWER in WALLIA ubi breve illud fieri debuisset de venire faciendo XIJ., etc., de ballivia sua vel de comitatu suo. Et in hoc quod predicti justiciarii ceperunt juratam per breve illud sic retornatum et considerarunt seisinam predicto nuper comiti de predictis tenementis super jurata predicta ipsi erraverunt.

Item ubi predictus JOHANNES de MOUBRAY vocat ad warrantiam versus prefatum nuper comitem quosdam JOHANNEM filium JOHANNIS de MOUBRAY et JOHANNEM de BOHUN de MIDHURST consanguineos et heredes WILLELMI de BREOUSE chevalier et ostendit causam curie de habendo vocationem predictam videlicet pro eo quod predictus WILLELMUS dedit predicta castrum et terram de GOWER tunc petita prefato JOHANNI de MOUBRAY patri, etc., et cuidam ALINE uxori ejus filie ejusdem WILLELMI et heredibus de corporibus suis exeuntibus. Et predictus nuper comes et JOHANNES de MOUBRAY fuerunt inde ad exitum patrie super quo quoddam breve directum fuit vicecomiti HERFORD de venire faciendo XIJ., etc., per ista verba ad recognoscendum super sacramentum suum si WILLELMUS de BREOUSE dedit castrum de SWEYNESEY et terram de GOWER cum pertinentiis in WALLIA quibusdam JOHANNI de MOUBRAY et ALINE uxori ejus et heredibus de corporibus ipsorum JOHANNIS et ALINE exeuntibus non nominando ipsam ALINAM filiam predicti WILLELMI de BREOUSE et sic breve illud insufficiens et non concordans recordo predicto extitit. Et in hoc quod predicti cepere juratam illam per processum super brevi illo sic erronice emanato factam et super hoc seisinam prefato nuper comiti de predictis tenementis considerarunt ipsi erraverunt.

Item ubi predictus JOHANNES de MOUBRAY vocat ad warrantiam versus predictum nuper comitem in placito predicto JOHANNEM filium JOHANNIS de MOUBRAY et JOHANNEM de BOHUN de MIDHURST consanguineos et heredes WILLELMI de BREOUSE chivaler et predictus nuper comes vocat ad warrantiam illud concessisse debuissent aliqua causa per predictum nuper comitem adtunc allegata non obstante. Et in hoc quod iidem justiciarii quemdam exitum placiti inter predictos nuper comitem et JOHANNEM de MOUBRAY super placito predicto acceptarunt qui quidem exitus per legem ANGLIE in ea parte acceptabilis non fuit et postmodum seisinam prefato nuper comiti de predictis tenementis considerarunt ipsi erraverunt.

Item ubi predictus JOHANNES de MOUBRAY fuit essoniatus ubi satis liquet per recordum predictum quod idem JOHANNES de MOUBRAY habuit quendam attornatum in placito predicto eodem termino in quo casu justiciarii predicti essonium illud cassasse debuissent. Et in hoc quod ipsi non fecerunt ipsi erraverunt.

Item ubi vicecomes HERFORD impanellavit et retornavit virtute brevis predicti venire faciendi XIJ. ad diem in eodem brevi contentum prout patet per recordum et processum predicta quosdam JOHANNES de EYLESFORD de PENNE militem EDMUNDUM HACLUYT de LANGFORT militem HENRICUM de HERFORD militem RADULPHUM de ZEDDEVENNE et alios ad quem diem ipsi non comparuerunt per quod adtunc quoddam breve de habeas corpora juratorum directum fuit vicecomiti predicto retournabile ad certum diem et in eodem brevi de habeas corpora juratorum predicti JOHANNES EDMUNDUS HENRICUS et RADULPHUS omissi fuerunt prout patet per recordum predictum et sic processus contra eosdem juratores discontinuatus fuit. Et in hoc quod predicti justiciarii ceperunt juratam inter predictas per alios juratores et seisinam prefato nuper comiti de predictis tenementis considerarunt ipsi erraverunt.

Item post predictum breve de venire faciendo predictum breve de habeas corpora consideratum fuit videlicet de habendo corpora JOHANNIS COMBE JOHANNIS de EYLESFORD et HENRICI de HERFORD. Qui quidem JOHANNES JOHANNES

et HENRICUS non fuerunt impanellati nec retornati pretextu predicti brevis de venire faciendo. Qui quidem JOHANNES JOHANNES et HENRICUS jurati fuerunt in jurata predicta inter alios juratos pretextu predicti brevis de habeas corpora prout patet per recordum et processum predicta. Et sic predicti JOHANNES COMBE JOHANNES de EYLESFORD et HENRICUS jurati fuerunt in jurata predicta contra legem et consuetudinem ANGLIE. Et in hoc quod justiciarii predicti seisinam prefato nuper comiti de predictis tenementis considerarunt super tali processu ipsi erraverunt.

Item ubi per predictum breve de venire faciendo preterfuit vicecomes HERFORD quod venire faceret XIJ., etc., ad certum diem in eodem brevi contentum pretextu cujus brevis idem vicecomes retornavit inter alios juratores quosdam RICARDUM BASKERVYLE chevaler . JOHANNEM de COMBE chevaler . et WALTERUM HORTESLEY ad quem diem quoddam breve de habeas corpora predictorum RICARDI BASKERVYLE JOHANNIS COMBE et WALTERI HORTESLEY et aliorum juratorum impanellatorum retornabile ad certum diem in eodem brevi contentum prefato vicecomiti directum fuit prout per recordum predictum satis liquet. Quod quidem breve de habeas corpora juratorum versus ipsos RICARDUM BASKERVYLE . JOHANNEM de COMBE . et WALTERUM de HORTESLEY executum non fuit et in hoc quod predicti justiciarii ceperunt juratam illam inter predictos nuper comitem et JOHANNEM de MOUBRAY super placito predicto per idem breve de habeas corpora juratorum sic minime executum et super hoc seisinam prefato nuper comiti de predictis tenementis consideraverunt ipsi erraverunt.

Item ubi predictus JOHANNES de MOUBRAY de AXIHOLME vocat ad warantiam seipsum et JOHANNEM de BOHUN de MIDHURST consanguineos et heredes WILLELMI de BREOUSE chivaler et declaravit causam curie videlicet pro eo quod predictus WILLELMUS fuit seisitus de tenementis predictis in dominico suo ut de feodo et eadem tenementa dedit per nomen tocius terre de GOWER JOHANNI de MOUBRAY patri predicti JOHANNIS et ALINE tunc uxori ejus filie ejusdem WILLELMI et heredibus de corporibus ipsorum JOHANNIS et ALINE exeuntibus

et declaravit quod ipse fuit filius et heres predictorum JOHANNIS de MOUBRAY et ALINE ut de feodo talliato et ea ratione vocat ad warrantiam seipsum et predictum JOHANNEM de BOHUN ut patet supra in recordo predicto et non declarando in speciali qualiter et quomodo ipse fuit heres predicti WILLELMI de BREOUSE neque predictam ALINAM neque predictum JOHANNEM de BOHUN fore heredes ejusdem WILLELMI. Que quidem causa insufficiens fuit ad manutenendum vocationem predictam. Et in hoc quod justiciarii exitum placiti predicti acceptarunt super causa predicta insufficienti habendi advocationem predictam et super tali processu adjudicarunt seisinam prefato nuper comiti de tenementis predictis erraverunt.

Et ob errores predictos et alios errores in recordo et processu super predicto brevi de recto habitis contentos predictus comes NOTYNGHAM peciit quod judicium super predicto brevi de recto sic erronice pro predicto nuper comite versus prefatum JOHANNEM de MOUBRAY de AXIHOLME avum ipsius comitis NOTINGHAM cujus heres ipse est redditum revocetur et adnulletur et quod idem comes NOTINGHAM ad possessionem predictorum castri et terre de GOWER cum pertinentiis una cum exitibus et proficuis a tempore mortis predicti JOHANNIS de MOUBRAY de AXIHOLME inde perceptis restituatur . J.

(1) Blank in MS.

Mr. Floyd points out that the Earl of Warwick had no claim in this suit to the land of Gower, for an Earl sold it to Henry II. ; see Pipe Roll 30, Henry II., London and Middlesex, where among payments made by the Sheriffs to the following entry 'and in quitance Earl of Warwick for land of Guhier xliiij. li.'

MLXXII.

ROYAL WRIT TO THE ESCHEATOR, AND HIS RETURN BY WAY OF INQUISITION AFTER THE DEATH OF JOHN BASSET.

[Chancery Inquisitions P.M. 20 Ric. II. No. 5.]

16 Sept., etc. 20 Ric. II. 1396.

Ricardus Dei gratia Anglie et Francie et Dominus Hibernie dilecto sibi Henrico Hagley escaetori suo in comitatu Wygornie salutem. Quia Johannes Basset qui [de nobis tenuit in in capite] diem clausit extremum ut accepimus tibi precipimus quod omnia terras et tenementa de quibus idem Johannes fuit seisitus in dominico suo ut de feodo in balliva tua die quo obiit sine dilatione capias in manum nostrum et ea salvo custodiri facias donec aliud inde preceperimus. Et per sacramentum proborum et legalium hominum de eadem balliva tua per quos rei veritas melius sciri poterit diligenter inquiras quantum terras et tenementa idem Johannes tenuit de nobis in capite tam in dominico quam in serviciis in dicta balliva tua die quo obiit et quantum de aliis et per quod servicium et quantum terre et tenementa illa valeant per annum in omnibus exitibus et quo die idem Johannes obiit et quis propinquior heres ejus sit et cujus etatis. Et inquisitionem inde distincte et aperte factam nobis in cancellariam nostram sub sigillo tuo et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilatione mittas et hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium xvi. die Septembris anno regni nostri vicesimo.

Inquisitio capta apud Wygorniam die Sabbati proximo post festum Sancti Luce evangeliste anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum vicesimo coram Henrico Hagley escaetore domini Regis in comitatu Wygornie virtute brevis domini Regis eidem escateori directi et huic inquisitioni consuti per sacramentum Roberti de la Mare . Walteri Cole . Johannis

Tappyng . Johannis Ffaukener . Willelmi Baldewyn . Philippi Tyrrell . Willelmi Hubarewe . Thome Clyfton . Roberti Wylcher . Johannis Ffarnewell . Roberti Smyth de . . . . . . et Roberti Morys oneratorum et juratorum super diversis articulis in dicto brevi contentis. Qui dicunt super sacramentum suum quod Johannes Basset in brevi nominatus tenuit die quo obiit in socagio de domino Rege medietatem manerii de Quenhull per servicium reddendi inde per annum domino Regi unum canem de meota pro omnibus serviciis. Et quod idem Johannes non tenuit aliqua alia terras nec tenementa in comitatu predicto die quo obiit. Et quod predicta medietas manerii valet per annum in omnibus exitibus ultra suas reprisas quatuor marcas. Et quod idem Johannes Basset obiit sexto die Septembris proximo jam elapso. Et quod Thomas Basset frater ejusdem est propinquior heres ejusdem Johannis et est etatis quindecim annorum et amplius. In cujus rei testimonium huic inquisitioni juratores predicti sigilla sua apposuerunt.

Datum die et anno supradictis.

John Basset was of St. Hilary in Glamorgan, and here appears as having held the [de Cardiff] Manor of Queenhull, Co. Gloucester [DCXVI.]

MLXXIII.

INSPEXIMUS BY THOMAS LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, ETC., AND ELIZABETH HIS WIFE, OF THE CHARTERS OF EDWARD HIS FATHER, 32 EDW. III., AND HUGH HIS GREAT-UNCLE, 14 EDW. III., TO THE BURGESSES OF CARDIFF, WITH CONFIRMATION OF THE SAME.

[Cardiff Corporation.]

16 Feb. 20 Ric. II. 1397.

Thomas le Despenser filius et heres Domini Edwardi le Despenser et Domine Elizabethe consortis sue Dominus Glamorgancie et Morgancie omnibus Sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem.

Noveritis nos inspexisse confirmacionem bone memorie domini Edwardi patris nostri nuper domini Glamorgancie et Morgancie quam fecit burgensibus nostris de Kerdyff de libertatibus eorum in hec verba.

Edwardus le Despenser Dominus Glamorgancie et Morgancie omnibus ballivis nostris et aliis ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Sciatis nos inspexisse cartam bone memorie Domini Hugonis le Despenser avunculi nostri nuper Domini Glamorgancie et Morgancie quam fecit burgensibus de Kaerdyf de libertatibus eorum in hec verba.

Hugo le Despenser Dominus Glamorgancie et Morgancie omnibus ballivis et ministris nostris et aliis fidelibus presentem cartam inspecturis salutem in Domino . . . . nono decimo die mensis Aprilis anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum quarto decimo. [Vide Numerum dcccclxxxii.]

Nos vero predictus Edwardus le Despenser Dominus Glamorgancie et Morgancie pro salute anime nostre et animarum patris et matris nostri et matris nostre et omnium antecessorum nostrorum omnes donaciones concessiones et confirmaciones supradictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus nostris et eorum successoribus concedimus innovamus ratificamus et confirmamus imperpetuum volentes et concedentes quod ista carta in omnibus suis libertatibus firmiter et inviolabiliter observetur imperpetuum aliqua interrupcione non obstante. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de Kaerdyf duximus apponendum. Hiis testibus . venerabilibus viris Henrico abbate de Margan . Thoma abbate de Neeth . Johanne de Coventre archidiacono Landavensi . Dominis Gilberto de Ellesfeld tunc vicecomite nostro de Glamorgan . Ricardo de Turberville . Olivero de Sancto Johanne . Johanne le Norreis . Edwardo de Stradelynge militibus . Willelmo Flemyng . Thoma de Baudrupp et aliis. Datum apud Kaerdyf xviii. die Junii anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo secundo. [a.d. 1358.]

Nos vero prefatus THOMAS le DESPENSER de gracia nostra speciali concessimus predictis burgensibus et eorum successoribus quod omnia placita de forstall et homsoken infra libertatem ville nostre predicte aliquo tempore contingencia coram constabulario nostro qui pro tempore fuerit decetero placitentur et in hundredo nostro ibidem terminentur. Ratificantes et confirmantes imperpetuum per presentes pro nobis et heredibus nostris omnes predictas libertates tam de novo per nos concessas quam per predictos antecessores nostros predictis burgensibus nostris de KAERDYF et eorum successoribus prius datas. In cujus rei testimonium huic presenti carte confirmacionis nostre et donacionis nostre predicte sigillum cancellarie nostre de KAERDYF duximus apponendum. Hiis testibus . dominis JOHANNE de SANCTO JOHANNE tunc vicecomite nostro GLAMORGANCIE . domino WILLELMO STRADYLYNG militibus . JOHANNE BASSET . ROBERTO WALSCHE armigeris . JOHANNE le EYR et aliis. Datum apud KAERDYF sexto decimo die Ffebruarii anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum vicesimo.

This charter is in fair order and very legible. The seal has been cut off. It was suspended by four plaited cords of yellow silk.

Endorsed—'Carta Domini Thome le Spenser. 20 R. 2.' Also—'Datum hujus carte xx°. anno Ricardi secundi': and in a neat later hand, 'Thomas Spenser, his confirmation.'

Thomas le Despenser. son of Edward by Elizabeth Burghersh, and great nephew of Hugh, was father of Isabel, by marriage Countess of Worcester and Warwick. He was aged two years at his father's death in 1375, was created Earl of Gloucester 1397, and beheaded by the rabble of Bristol in 1400.

MLXXIV.

INSPEXIMUS BY THOMAS LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, ETC., OF THE CONFIRMATION OF EDWARD HIS FATHER (34 EDWARD III.) TO THE BURGESSES OF KENFIG.

[ORIGINAL AT KENFIG.]

16 FEB. 20 RIC. II. 1397.

THOMAS le DESPENSER filius et heres domini EDWARDI le DESPENSER et domine ELIZABETH consortis sue dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE. Omnibus

Sancte matris ecclesie filiis ad quos hoc presens scriptum pervenerit salutem. Noveritis nos inspexisse confirmacionem bone memorie domini Edwardi patris nostri nuper domini Glamorgancie et Morgancie quam fecit burgensibus nostris de Kenfeg de libertatibus eorum in hec verba.

Edwardus le Despenser dominus Glamorgancie et Morgancie omnibus ballivis et ministris nostris ac aliis fidelibus presentem cartam inspecturis salutem in Domino sempiternam.

Sciatis quod de gracia nostri speciali dedimus et concessimus burgensibus nostris ville nostre de Kenfeg omnes libertates subscriptas imperpetuum videlicet quod ipsi et heredes sui quieti et liberi sint de thelonio muragio pontagio pavagio et terragio kayagio et picagio et aliis diversis custumis et consuetudinibus per totum dominium nostrum tam in Anglia quam in Wallia.

Et quod ipsi eligere debeant annuatim ballivos nostros de burgensibus nostris ejusdem ville videlicet tres prepositos de quibus vicecomes Glamorgancie seu constabularius castri nostri de Kenfeg unum recipiet ad voluntatem suam duos ballivos ex quibus prepositus recipiet unum et duos tastatores cervisie qui debent recipi et jurari in castello nostro de Kenfeg coram vicecomite seu constabulario ejusdem castri ad bene et fideliter faciendum quecumque ad officia sua pertinent. Et quod idem prepositus onerari debet in compoto suo de exitibus ballivie eorum. Et eciam predictus prepositus et ballivus qui pro tempore fuerint pro serviciis suis de redditu unius burgagii sint quilibet eorum quietus per annum.

Concessimus eciam predictis burgensibus nostris quod de omnibus merchandisis tam per terram quam per aquam ad predictam villam venientibus seu transeuntibus demonstracio primo fiet constabulario nostro predicto seu preposito ville priusquam aliquid inde sit venditum seu remotum sub pena qua decet.

Et quod nullus de burgensibus nostris capi nec imprisonari debeat in castro nostro predicto pro aliquibus eos tangentibus dum manucapcionem seu plegiagium extra pontem castri predicti seu portam possent invenire nisi in casu felonie cum manuopere tantum capti fuerint seu pro aliquibus nos aut familias nostras

specialiter tangentibus. Et de omnibus rebus infra libertatem ville nostre predicte factis prefatos burgenses tenementa et catalla eorum tangentibus unde inquisicio capi debeat quod illa inquisicio sit terminata per intrinsecos ejusdem ville et non per alios.

Concessimus insuper eisdem burgensibus nostris quod ipsi nec heredes sui esse non debeant receptores denariorum nostrorum nisi tantum de denariis exeuntibus de ballivia prepositus ville nostre predicte nec distringi debeant ad blada carnes vina seu alia victualia nostra contra eorum voluntatem emendum sed quod liberi sint per libertates eorum vendere omnia que habent vendenda cuicunque et quibuscunque et quo tempore voluerint absque aliquo impedimento.

Preterea concessimus prefatis burgensibus nostri quod ipsi et heredes sui libere legare possent omnia burgagia sua per ipsos adquisita tam de tenementis quam de redditibus cuicunque et quibuscunque voluerint ad voluntatem ipsorum.

Et quod iidem burgenses nostri distringi non debeant exire antiquas bundas libertatis ville predicte contra eorum voluntatem ad aliquod faciendum. Et tales sunt bunde libertatis eorum videlicet inter locum vocatum NEWDICH et TADDULCROSSE et quandam divisam ducentem de NEWDICH usque TADDULCROSSE inter terram abbathie de MARGAM et terram abbathie de TEOKESBURIE in parte orientali et quendam rivulum vocatum BLAKLAAK qui solebat currere de aqua australi usque aquam borialem de KENFEG in parte occidentali et medietate cursus aque de KENFEG in parte boriali a HOWLOTESFORD currentis ad mare et regiam viam ducentem de TADDULCROSSE ad crucem et sic de dicta cruce usque BLAKLAAK in parte australi. Et quod nullus extraneus extra nundinas vel forum infra bundas predictas aliquas merchandisas de aliquo extraneo emat nisi tantum de burgensibus nostris ejusdem preter gentiles homines de GLAMORGANCIA et MORGANCIA pro victulalibus eorum et non racione merchandise. Nec aliquis teneat seldam apertam de aliquibus merchandisis nec tabernam nec corf faciet in villa nostra predicta nisi fuerit cum predictis burgensibus nostris lotatus et escotatus et infra guldam mercatoriam ipsorum receptus.

Necnon concessimus eisdem burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui guldam inter eos facere possint quo tempore et quandocunque voluerint ad proficuum ipsorum. Et quod distringi non debeant pro debito alicujus nisi debitores aut plegii pro eodem fuerint. Et quod nullus ballivus seu minister noster colore ballivie seu summoniciones seu attachiamenta faciet nec infra bundas predictas districciones capiet nisi tantum constabularius predictus et ballivi ejusdem ville qui per ipsos burgenses electi fuerint. Insuper concessimus prefatis burgensibus nostris quod omnes mercatores tam pannarii cerdones pelliparii et cirotecarii quam alii diversi qui ex empcione et vendicione vivant infra dominium nostrum Glamorgancie et Morgancie residere debeant in villis de burgh et non upland. Et quod omnimodas merchandisas faciant in nundinis foris et villis de burg et non alibi. Et eciam omnes mercatores cum eorum merchandisas alibi non transeant quam per regales vicos et per villas de burgh. Ita quod nos nec heredes nostri tolnetum nostrum nec aliquas custumas nobis debitas aliquo tempore amittamus.

Et quod predicti burgenses nostri nec eorum heredes aliquam vigilacionem faciant nec aliquem fugitivum in aliqua ecclesia custodiant extra muros ville nostre predicte.

Concessimus vero predictis burgensibus nostris quod per ordinacionem constabularii predicti ordinaciones et clamaciones libere facere possint de assisa panis et cervisie et aliis diversis rebus ad voluntatem eorum eandem villam tangentibus quandocunque necesse fuerit ad emendacionem illius ville et proficuum populi nolentes quod iidem burgenses nostri sint legati per ordinaciones et clamaciones in comitatu nostro Glamorgancie aliquo tempore factas.

Preterea concessimus prefatis burgensibus nostris quod due nundine sint in eadem villa nostra quolibet anno sicut esse solebant tempore antecessorum nostrorum videlicet nundine que incipiunt in vigilia Sancti Jacobi apostoli durature per octo dies sequentes. In quibus vero nundinis predictus constabularius seu prepositus capiet tolnetum nostrum et alias custumas nobis debitas et quod de cetero in eisdem nundinis predictus constabularius seu prepositus teneat omnia

placita corone de omnibus feloniis infra bundas libertatis ejusdem ville durantibus illis nundinis factis ac alia placita de transgressionibus debitis et convencionibus et aliis diversis contractibus ubicunque fuerint facta. Et concessimus predictis burgensibus quod durantibus predictis nundinis nullus mercator aliquas merchandisas emat vel vendet extra illas nundinas inter REMPNY et POLTHCANAN sub forisfactura earum merchandisarum et gravi amerciamento. Et alie nundine sint die Martis in septimana Pentecostes que nundine quiete sint de tolneto tamen in vigilia et in die sequenti.

Concessimus insuper prefatis burgensibus nostris quod constabularius seu prepositus ville nostre predicte teneat placita vocata pepoudres de die in diem quandocunque necesse fuerit. Et omnia alia placita terminentur de mense in mensem coram vicecomite GLAMORGANCIE in curia ville nostre predicte.

Concessimus eciam quod constabularius noster de KENFEG qui pro tempore fuerit de cetero faciet officium coronatoris de omnibus infortuniis infra libertatem predictam contingentibus.

Preterea concessimus prefatis burgensibus nostris quod ipsi et heredes sui habeant communem pasturam in communibus pasturis [quibus] usi fuerint ex antiquo pro averiis suis pasturandis et aliis aisiamentis in eisdem habendis prout habere solebant tempore antecessorum nostrorum. Nos autem donaciones et concessiones predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus nostris concedimus et confirmamus easque tenore presencium innovamus. Volentes et concedentes pro nobis et heredibus nostris quod carta predicta in omnibus et singulis articulis suis imperpetuum firmiter et immobiliter observetur eciam si aliqui articuli in eadem carta contenti hucusque forsitan non fuerint observati. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum cancellarie nostre de KAERDIYF duximus apponendum. Hiis testibus . venerabilibus patribus HENRICO abbate de MARGAN . THOMA abbate de NETH . domino JOHANNE de COVENTRE archidiacono LANDAVENSI et custode dominii GLAMORGANCIE et MORGANCIE . dominis RICARDO de THURBERVILLE . JOHANNE le NORREIS . JOHANNE de la SEER . ELYA BASSET militibus et aliis.

Data apud KAERDYF quartodecimo die mensis Maii anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum tricesimo quarto. [A.D. 1360.]

Nos vero prefatus THOMAS le DESPENSER de gracia nostra speciali concessimus predictis burgensibus nostris et eorum successoribus quod habeant unum messorem super (pasturam) eorum vocatam le RUGGE que se extendit in longitudine de CATPUT usque ad RUGGE de COITIFF et in latitudine de KEVENCRIBOR usque aquam decurrentem de LOWERKESMORE usque KENFEG qui quidem messor si aliquos alios preterquam burgenses ville nostre predicte inveniat super dictam pasturam manu-operantes cum eorum averiis ipsos attachiari faciat et attachiamenta presentet ad hundredam ville nostre predicte et sint ibi amerciati secundum quantitatem delicti.

Concessimus insuper predictis burgensibus nostris et eorum successoribus unam pasturam communem vocatam le DOUNE de KENFEG que se extendit in longitudine a prato comitis usque ad GOUTESFURLONG abbatis de NETH et se extendit in latitudine a WADESLOND quam WILLELMUS STIWARD tenet usque le Burgus de KENFEG super quam communam predictus messor pro commodo nostro attachia-menta faciat. Et si aliquis de burgensibus ville nostre predicte ad comitatum nostrum GLAMORGANCIE aliquo tempore attachiari contigerit volumus et concedimus quod medietas inquisicionis que supercapi debeat sit de burgensibus ville nostre predicte et altera medietas de vicineto.

Concessimus insuper prefatis burgensibus nostris centum perticas terre in augmentum ffranchesie eorum videlicet de capella Sancte MARIE MAGDALENE versus partem orientalem et citra circumquaque antiquas bundas et limites dicti burgi de KENFEG ratificantes et confirmantes imperpetuum per presentes pro nobis et heredibus nostris omnes predictas libertates tam de novo per nos (innovatas) quam per predictos antecessores nostros predictis burgensibus nostris de KENFEG et eorum successoribus prius datas.


In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum cancellarie nostre de KAERDIF duximus apponendum. Hiis testibus . domino JOHANNE de Sancto

JOHANNE tunc vicecomite nostro GLAMORGANCIE . domino WILLELMO STRADELYNG milite . JOHANNE BASSET . ROBERTO WALSSCHE . et JOHANNE le EYR et aliis.

Datum apud KAERDIF sexto decimo die Ffebruarii anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum vicesimo.

The seal, of red wax, is much chipped. It bears a Knight, apparently in chain mail, riding to the proper left, having the arms of Despenser upon jupon and shield, and upon the poitrell and counter-caparisons of his horse. The sword is uplifted and secured to the armour by a light plaited chain.

The shield on the reverse seems to have been placed on the breast of an eagle, displayed.



This, the oldest extant Kenfig Charter, and one of unusual length, is engrossed upon a skin of stout parchment, sixteen inches broad by twenty inches long, with a fold of three inches to carry the seal. The character is small but clear, and the ink good. The document is perfectly legible throughout, save where small holes have been worn by constant folding and unfolding. Where this occurs the spaces are indicated by brackets.

MLXXV.

INSPEXIMUS BY THOMAS LE DESPENSER OF THE CONFIRMATION OF EDWARD, HIS FATHER, TO THE BURGESSES OF NEATH.

[Francis MS.]

20 Feb. 20 Ric. II. 1397.

(I.) Thomas le Despenser filius et heres domini Edwardi le Despenser et domine Elizabethe consortis sue dominus Glamorgancie et Morgancie omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem.

Noveritis nos inspexisse confirmationem bone memorie domini Edwardi patris nostri nuper domini Glamorgancie et Morgancie quam fecit burgensibus ville de Neath de libertatibus eorum in hec verba :—

(II.) Edwardus le Despencer dominus Glamorgancie et Morgancie omnibus ballivis nostris et aliis fidelibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Sciatis nos inspexisse chartam pie memorie domini Willelmi quondam comitis Gloucestrie progenitoris nostri quam fecit burgensibus ville de Neath de libertatibus eorum in hec verba:—

(III.) Willelmus comes Gloucestrie dapifero suo et vicecomiti suo de Glamorgan et omnibus baronibus suis et ministris Francigenis Anglis atque Wallensibus salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse burgensibus de Neeth omnes libertates et consuetudines quas burgenses mei de Kardiffe habent per omnes burgos meos Anglie et Wallie et per totam terram meam Anglie et Wallie. Testibus his . domino Ricardo de Kardiffe dapifero . Hum. de Valoniis . Widone de Regni . Filippo sum[eri](1) . Gilberto Croke . Henrico Crasse . Henrico clerico . Rogero Fil. de Neeth.(1)

(II.) Inspeximus etiam quoddam scriptum domini Gilberti de Clare quondam comitis Gloucestrie et Hertfordie progenitoris nostri in hec verba.

(IV.) Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . GILBERTUS de CLARE comes GLOUCESTRIE et HERTFORDIE salutem in domino.

Sciatis quod volumus et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod una feria sit in burgo nostro de NEETH singulis annis per tres dies ibidem duratura scilicet in vigilia in die et in crastino Sancte MARGARETE virginis. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi.

Datum apud MARGAN decimo sexto die Aprilis anno domini 1280.

(II.) Inspeximus insuper quandam cartam domini HUGONIS le DESPENSER avunculi nostri nuper domini GLAMORGANCIE in hec verba:—

(V.) Sciatis presentes et futuri quod nos HUGO le DESPENSER dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE de gracia nostra speciali et per finem decem librarum dedimus et concessimus burgensibus nostris et tenentibus infra villam nostram de NEETH quod ipsi et heredes sui in perpetuum habeant in dominicis boscis nostris et heredum nostrorum infra aquam de NEETH et DYLAIS rationabilia estoveria pro tenementis suis in NEETH videlicet housebote haibote et firebote sine vasto et destructione faciendo per visum et deliberationem forestariorum nostrorum ibidem et heredum nostrorum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de KARDIFFE apposuimus.

Datum apud KARDIFFE septimo die Aprilis anno regni Regis EDWARDI tertii post conquestum quarto decimo. [A.D. 1340].

(II.) Dedimus autem et concessimus burgensibus nostris pro nobis et heredibus nostris quod ipsi et heredes sui decetero habeant communem pasturam pro omnimodis averiis suis in brueriis nostris vocatis KEVEN SAESON WESTERMOORE et BRYNN ADAM sicut habere solebant tempore antecessorum meorum prout jacent per antiquas metas et bundas et quod nullus minister nostri vel heredum nostrorum colore officii seu decetero capiat de predictis burgensibus blada carnes vina aut alia victualia infra burgum nostrum predictum que sunt ad vendendum contra eorum voluntatem nisi ad opus nostrum vel heredum nostrorum.

Concessimus etiam pro nobis et heredibus nostris quod predicti burgenses nostri et eorum successores decetero liberi sint et quieti per totum dominium nostrum de Neeth utrobique de redditu advocationis in perpetuum et quod omnes alii tenentes nostri de eadem villa nostra habeant libertatem.

Volumus insuper et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod de omnibus merchandizis factis in patria de Neeth tam Citra quam Ultra unde tolnetum debitum sit quod tam emptores quam venditores veniant ad eandem villam nostram ad monstrandum et solvendum nobis et heredibus nostris quod justum fuerit pro merchandizis suis secundum antiquas consuetudines burgi nostri predicti. Ita tamen quod prepositus burgi nostri predicti seu firmarius pyxidis ejusdem ville nostre qui pro tempore fuerit finem non capiat de emptoribus seu venditoribus merchandizarum predictarum ante emptionem vel venditionem earundem.

Concessimus etiam prefato burgensibus nostris et eorum successoribus quod decetero nullus Wallensis nec aliquis alius aliquam libertatem habeant ratione alicujus burgagii in burgo nostro predicto nisi fuerit ibidem residens videlicet potwallinge et cum eis lotans et scotans et infra guildam libertatis eorum receptus. Insuper volumus et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod iidem burgenses nostri et eorum successores habeant easdem metas et bundas libertatum ville nostre predicte quas habere solebant tempore antecessorum nostrorum . et quod nullus ballivus seu minister noster vel heredum nostrorum colore ballive sue summonitiones seu attachiamentum faciet nec infra bundas predictas districtionem capiet nisi constabularius nostri castri de Neeth et ballivus ejusdem ville qui per ipsos burgenses electi fuerint.

Concessimus vero predictis burgensibus et eorum successoribus quod si aliqua navis vel batilla veniat ad portum aque de Neeth infra Blackstone quod est in parte occidentali de Britton ad aliquam merchandizam emendam vel vendendam, quod eadem navis vel batilla primo veniat ad portum ville nostre de Neeth et antequam aliquid sit venditum inde seu remotum fiat demonstratio

constabulario castri ibidem et preposito burgi nostri predicti sub poena forisfacture earundem merchandizarum et de omnibus merchandizis per terram venientibus eodem modo fiat demonstratio . et quod de omnibus rebus infra libertatem ville nostre predicte factis predictos burgenses tenementa seu catalla eorum tangentibus unde inquisitio capi debeat quod illa inquisitio sit terminata per intrinsecos et non per alios.

Concessimus etiam predictis burgensibus nostris et eorum successoribus quod habeant omnes libertates et liberas consuetudines quas habere solebant tempore antecessorum nostrum et quas burgenses nostri de Kardiffe habent ex concessione et confirmatione nostra. Ita quod omnia placita et querele tam de hutesio, clamore, sanguine fuso, quam de transgressionibus, debitis, conventionibus, et aliis contractibus diversis, decetero placitentur et terminentur in hundreda ville nostre predicte exceptis placitis corone, fforestal, et homesochen, que placitari debent coram vicecomite nostro in curia de Neeth et placitas terre per breve in comitatu nostro de Kardiffe in perpetuum. Volentes etiam et concedentes quod constabularii nostri de Neeth qui pro tempore fuerint teneant eandem hundredam nostram de mense in mensem et placita vocata 'piepoudres' de die in diem quando necesse fuerit.

Nos autem omnes donationes et concessiones supradictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus et eorum successoribus concedimus confirmamus et ratificamus et tenore presentium innovamus volentes et concedentes pro nobis et heredibus nostris quod carta predicta in omnibus et singulis articulis suis in perpetuum firmiter et inviolabiliter observetur. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de Kardyffe duximus apponendum.

Datum apud Kardyffe viii. die Novembris anno regni Regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo tercio. Hiis testibus . venerabilibus viris Henrico abbate de Margan . Thoma abbate de Neeth . domino Johanne de Coventre archidiacono Landaff . domino Ricardo de Turbervill .

Johanne de Norreys . Olivero de Sancto Johanne . Edwardo de Stradlinge militibus . Willelmo Denyes . Gilberto Denyes . Lewelyn ap Rees ap Gronowe . Jevan ap Griffith ap Morgan et aliis.

(I.) Nos autem praefatus Thomas de gratiâ nostra speciali dedimus et concessimus dilectis burgensibus nostri villæ nostræ de Neath omnes libertates subscriptas in perpetuum viz. quod ipsi et hæredes sui quieti et liberi sint de telonio muragio pontagio pauuagio terragio kaiagio et piccagio et aliis diversis custumis et consuetudinibus per totum dominium nostrum tuam in Anglia quam in Wallia et etiam quod prædictus præpositus et ballivus qui pro tempore fuerint, pro servitiis suis, de redditu unius burgagii sint quilibet eorum quieti per annum, et quod nullus de burgensibus nostris prædictis capi nec imprisonari debeat in castro nostro prædicto pro aliquibus eos tangentibus, dum manucaptionem seu plegiagium ad exteriorem portam ejusdem castri possent invenire, nisi in casu feloniæ cum manuopere capti fuerint, seu pro aliquibus nos aut familias nostras specialiter tangentibus.

Concessimus insuper eisdem burgensibus nostris quod ipsi nec hæredes sui non debeant receptores esse denariorum nostrorum, nisi fuerint de denariis exeuntibus de balliva præpositi villæ nostræ prædictæ nec distringi debeant ad blada carnes vina seu alia victualia nostra contra eorum voluntatem emendum sed quod liberi sint per libertates eorum vendere omnia quæ sint vendenda cuicunque aut quibuscunque et quo tempore voluerint absque aliquo impedimento.

Præterea concessimus præfatis burgensibus quod ipsi et hæredes eorum liberi legare possint omnia burgagia per ipsos acquisita tam de tenementis quam redditibus cuicunque et quibuscunque voluerint ad voluntatem ipsorum et quod eidem burgenses distringi non debeant extra bundas et libertates villæ prædictæ contra eorum voluntatem ipsorum et quod eidem burgenses distringi non debeant extra bundas et libertates villæ prædictæ contra eorum voluntatem ad aliquid faciendum. Et quod nullus extraneus extra nundinas et ferias infra bundas prædictas aliquas merchandizas de aliquo extraneo emat nisi tantum de burgen-

sibus nostris de villæ nostræ prædictæ ratione merchandizarum, nec aliquis teneat seldam apertam de aliquibus merchandizis nec tabernam nec corff faciat in villa prædicta nisi fuerit cum prædictis burgensibus lotans et scotans et infra guildam libertatis eorum receptus. Necnon concessimus eisdem burgensibus quod ipsi et hæredes eorum guildam facere possint quo tempore et quandocunque voluerint, ad proficuum ipsorum et quod distringi non debeant pro debitis alicujus nisi debitores aut plegii pro eodem fuerint, et quod libere falcare possint omnes ruscos et fodere omnes glebas pro focalibus et lapides pro eorum necessariis, in eisdem brueriis crescentes, et habeant unum messorem ad bene et fideliter custodiendum prædictos ruscos glebas et lapides quod nemo falcet ibidem nec fodiat præter burgenses villæ nostræ prædictæ et si aliquos alios ibidem manuopere inveniat ipsos attachiari faciat et attachiamentum presentet ad hundredum villæ nostræ prædictæ et sint ibi amerciati secundum quantitatem delicti.

Insuper concessimus prædictis burgensibus quod omnes mercatores tam pannarii cerdones pelliparii chirothecarii quam alii diversi qui ex venditione et emptione vivant infra dominium nostrum Glamorganiæ et Morganiæ residere debeant in villa de burgh et non upland et omnimodas merchandizas faciant in nundinis feriis et in villis de burgh et non alibi. Et etiam quod omnes mercatores cum eorum merchandizis alibi non transeant quam per regales vicos per villas de burgh. Ita quod nos nec heredes nostri tolnetum nostrum nec alias custumas nobis debitas aliquo tempore amittamus.

Concessimus vero prefatis burgensibus nostris quod per ordinationem constabularii predicti ordinationes et clamationes libere facere possunt de assiza panis et cervisiæ et de aliis diversis rebus ad voluntatem eorundem eandem villam tangentibus quandocunque necesse fuerit ad emendationem illius villæ et proficuum populi.

Noveritis[1] etiam quod idem burgenses fuerint ligati per clamationes in comitatu nostro Glamorgan' aliquo tempore factas et quod habeant prisonam suam in eadem villa nostra ad malefactores et rebelles ibidem custodiendos et castigandos

et ad legem implendam et tenendam; necnon executionem faciendam coram constabulario nostro prædicto cum placito vel sine placito de omnibus rebus villam nostram prædictam tangentibus et quod omnia alia libertates villæ nostræ tangentia sint terminata et coram ipso verificata et quod ipse decetero sit major ejusdem villæ nostræ.

Nos vero prefatus THOMAS de uberiori gratia nostra concessimus prædictis burgensibus nostris et eorum successoribus quod bundæ libertatum eorum eis per antecessores nostros per verba generalia superius confirmatæ in speciali limitentur et specificentur. Et tales sunt bundæ libertatum eorum incipientes viz. ad rivulum vocatum 'ST. ILLTWYT' in parte orientali usque quoddam fossatum vocatum 'NEW DITCH' et de ibidem usque rivulum vocatum 'LITTLE BROOK' et de ibidem usque quendum locum vocatum 'PANT MARCH' et de ibidem usque rivulum vocatum 'SELWE' et de ibidem linealiter ascendendo usque locum vocatum 'KEVEN SAESON' cum quadam parcella terræ vocatæ 'SEVEN ACRES' et sic de ibidem descendendo usque terram vocatam 'BRYNN ADAM' et deinde usque quendam lapidem vocatum 'HORSESTONE' et sic revertendo versus Austrum usque quoddam fossatum dividens terram nostram nativam et quandam parcellam vocatam 'WESTERMOORE' et de ibidem usque antiquum rivulum vocatum 'CRUDAN BROOKE' et sic per dictum rivulum usque quoddam fossatum vocatum 'COMMONE DITCH' et sic descendendo per dictum fossatum usque aliud fossatum vocatum 'SARTH DITCH' versus occidentem et sic usque medium cursus aquæ de NEATH versus Boream et sic per dictum medium cursus aquæ usque predictum rivulum vocatum 'ST. ILLTWYT BROOKE' versus orientem.

Concessimus insuper prædictis burgensibus nostris et eorum successoribus quod omnes terræ et tenementa infra dictas bundas existentia sint plenarie infra libertatem villæ nostræ prædictæ (castro autem nostro et aulâ nostrâ vocatâ le Courthouse duntaxat exceptis) et quod omnia placita tam de forestall', homesoken', utesio, clamore, sanguine fuso, quam de transgressionibus, debitis, conventionibus, et aliis diversis contractibus decetero placitentur et terminentur in

hundredâ villæ nostræ prædictæ : exceptis proditionibus, placitis coronæ et terræ reversionibus, judiciorum erroneorum consideratione, conspirationibus, champertiis, ambidextriâ, prisa victualium artificum et laborariorum, nobis et heredibus nostris, quotiescunque necesse fuerit et omnibus aliis rebus quibuscunque nos heredes servientes seu familiares nostros tangentibus similiter exceptis. Et quod iidem burgenses et eorum successores pro visu utlagatorum in hundredo predicto triari et terminari possent et non alibi. Et quod iidem burgenses nostri nec eorum successores pro viridi amputatione nec pro aliis offensionibus seu transgressionibus quibuscunque (exceptis preexceptis) aliquo modo ad magnam curiam nostram attachientur nisi cum manuopere tantum capti fuerint et si contingat aliquos eorum capi seu attachiari cum manuopere quod tunc inquisitio super eos sit capta equaliter tam per intrinsecos ejusdem villæ quam per extraneos. Et concessimus quod omnes qui inde convicti fuerint taxentur per constabularium castri et prepositum villæ.

Concessimus etiam predictis burgensibus et eorum successoribus firmam curiæ et hundredæ ejusdem villæ. Reddendo inde annuatim nobis et hæredibus nostris . . . . sterlingorum per manus prepositi dicti burgi ad terminos hockedaye et Sancti Michaelis per equales portiones et quotiescunque dicta curia et hundredum excederint dictam summam quod ipse annuatim onerari inde debeant versus nos et heredes nostros tam de excessu prædicto quam de summâ firmæ predictæ et quod iidem burgenses et eorum successores libere habere possent omnimoda averia sua infra dominium nostrum de Neath's Land absque redditu vel extenta nobis seu heredibus nostris inde reddendo. Et similiter quod triari poterint de secta molendinæ . . . in hundredo prædicto, solvendo nobis et heredibus nostris tolnetum ex antiquo debitum et consuetum.

Concessimus insimul prefatis burgensibus et eorum successoribus quod habeant nundinas in eorum burgo incipientes in vigilia festi corporis Christi cum tribus diebus sequentibus. Et quod omnes homines qui venient ad easdem nundinas liberi sint ad emendum et vendendum absque aliquo tolneto solvendo. Et quod

iidem burgenses decetero habeant unum forum viz.: die Lunæ in quâlibet septimana, customis et tolneto inde pervenientibus nobis et heredibus nostris reservatis.

Nos vero predictus Thomas le Despenser, omnes libertates predictas pro nobis et heredibus nostris tam de novo per nos concessas quam per predictos antecessores nostros prius datas predictis burgensibus nostris et eorum successoribus ratificamus et confirmamus per presentes in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti cartæ donationis novæ et confirmationis nostræ sigillum cancellariæ nostræ de Cardiff duximus apponendum. Testibus. domino Johanne de Sancto Johanne tunc vicecomite nostro Glamorganiæ. domino Laurentio Berkrols. et domino Willelmo Stradling militibus. domino Thoma de Orewell archidiacono Landavensi. domino Johanne Cors. magistro Rogero Crooke. magistro Henrico Ware. clericis et canonicis ecclesie Llandaffe. Johanne Bassett. Roberto Walsh armigeris. et multis aliis.

Datum apud Cardiffe vicesimo die Februarii anno regni Regis Richardi secundi post conquestum vicesimo.

The composition of this deed is as follows :—

I. Thomas le Despenser, son of Edward le Despenser and Elizabeth his wife, lord of Glamorgan and Morgan, inspects :—

II. The Inspeximus by his father, the said Lord Edward, of :—

III. Charter of William, Earl of Gloucester, granting and confirming to the Burgesses of Neath all the liberties and customs which his Burgesses of Cardiffe enjoy.

IV. Charter of Gilbert de Clare, Earl of Gloucester and Hertford, granting St. Margaret's Fair to Neath Borough, 6th April, 1280.

V. Charter of his uncle Hugh le Despenser, lord of Glamorgan, granting *estover* wood between the River Neath and the River Dylais to Neath, 7th April, 14 Edward III. [1340.]

and granting numerous other privileges, 8th November, 33 Edward III. [1359.]

and confirms all the foregoing, with grant of many additional privileges, 20th February, 20 Richard II. [1397.]

(1) Obscure passages in the incorrectly printed copy contained in Francis's work.

MLXXVI.

INQUISITION AFTER THE DECEASE OF SIR JOHN DE LA BERE, AND OTHERS.

[G. G. F.]

5 March. 20 Ric. II. 1397.

24 July. 22 Ric. II. 1398.

[1]Copia, sub sigillo cancellariæ, inquisitionum captarum in Gower 1397[8] post mortes Johannis de la Bere militis, de castro de Webbely, qui obiit 1380; Resi ap Griffith chivaler, de maneriis de Penrees et Porteynon, qui obit circa 1370; Johannis Clement, de Pennard, qui obiit 1385.

Inquisitio capta apud Swonnes' coram Johanne Seint John milite senescallo terre de Gower die Lune proximo post festum Sancti David anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum vicesimo per sacramentum Ricardi Vernon militis . Thome Denys militis . Morgan' Penrees . Ricardi Mauncell . Johannis Cady . Johannis Aas . Roberti Thomas de Landymor . David Cogh . Roberti de la Mare . Willelmi Aas . Thome Joh' et Johannis Gryffyth qui dicunt super sacramentum suum quod quidam Johannes de la Bere chivaler qui de domino tenuit castrum de Webbeley cum pertinentiis per servicium militare obiit inde seisitus in dominico suo ut de feodo. Et dicunt quod obiit die Dominica proxima post festum Sancti Mathei apostoli anno regni Regis Ricardi predicti terciodecimo. Et dicunt quod predictum castrum cum pertinentiis valet in omnibus exitibus juxta verum valorem ejusdem per annum decem marcas. Et dicunt quod Johannes de la Bere est filius et heres predicti Johannis de la Bere chivaler propinquior et fuit etatis xv. annorum ad festum Sancti Michaelis ultimo preteritum non maritatus. Et dicunt quod Thomas comes Warrewyk' exitus et proficua dicti castri cum pertinentiis provenientibus a die obitus dicti Johannis de la Bere militis usque diem capcionis hujus inquisitionis occupavit et percepit quo titulo ignorant.

Item dicunt quod Rees ap Gruffud chivaler tenuit in dominico suo et de feodo die quo obiit videlicet circa xvii. annos elapsos de domino per servicium militare maneria de Penrees et Porteignon que valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem xxx. libros. Et dicunt quod predictus comes exitus et proficua inde proveniencia a die mortis predicti Rees usque diem capcionis hujus inquisitionis tenuit quo titulo ignorant. Et dicunt quod Thomas ap Rees est filius et heres ejusdem Rees propinquior et fuit etatis xix. annorum die Mercurii proximo post festum Pentecostes ultimo preteritum non maritatus.

Item dicunt quod Johannes Clement tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit de domino per servicium militare sex acras terre cum pertinentiis in Pennarth que valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem earundem per annum iiiis. Et dicunt quod dictus Johannes obiit circa duos annos elapsos. Et dicunt quod Johannes Clement est filius et heres predicti Johannis Clement propinquior et etatis ix. annorum. In cujus rei testimonium predicti jurat' presenti sigilla sua apposuerunt. Datum die loco et anno supradictis.

Datum apud Swoyneseye per copiam sub sigillo cancellarii nostri Gouherie xxiiii°. die Julii anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum vicesimo secundo.

(1) This paragraph not in the original MS.

MLXXVII.

INSPEXIMUS BY THE ARCHDEACON AND CHAPTER OF LLANDAFF, OF THE CONFIRMATION BY BISHOP JOHN TO MARGAM ABBEY OF THE APPROPRIATION OF THE CHURCHES OF PENTHLYN, AVAN, AND LANGONETH.

[Margam Charter.] 17 May. 1397.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint archidiaconus et capitulum ecclesie cathedralis Landaviensis salutem in omnium salvatore.

Litteras dimissorias reverendi in CHRISTO patris et domini domini JOHANNIS episcopi LANDAVIENSIS jam presentis inspeximus tenorem qui sequitur continentes.

Universis Sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint JOHANNES permissione divina LANDAVIENSIS episcopus salutem gratiam et benedictionem.

Cum nuper coram nobis actualiter jure nostro ordinario visitantibus in nostra visitacione hujusmodi religiosos viros abbatem et conventum monasterii beate MARIE de MORGAN ordinis CISTERCIENSIS nostre dioceseos ad proponendum exhibendum et ostendendum jus seu titulum si que haberent in et super ecclesiis parochialibus de PENTHLYN de AVENE et de LANGONETH ceterisque juribus et pertinentiis universis decimisque parochialibus quas percipiebant et possidebant percipiunt et possident in presenti in nostra diocesi LANDAVIENSI ipsis et eorum monasterio in proprios usus obtinentes fecimus ex officii nostri debito ad certos diem et locum ad judicium evocari. Qui quidem religiosi viri termino et loco eisdem auctoritate nostra assignatis secundum formam citacionis ejusdem legitime conparentes super assecucione et possessione canonicis de predictis ecclesiis cum omnibus et singulis earundem pertinentibus ipsis religiosis viris appropriatis litteras apostolicas bullatas ac loci diocesani una cum litteris confirmatoriis capituli nostri LANDAVIENSIS sigillo sigillatas quas plene inspeximus et easdem invenimus omni vicio et suspicione carentes, necnon jura eorum testes munimenta et instrumenta ac probaciones legitimas et sufficientes super hiis proposuerunt et exhibuerunt ac produxerunt et etiam ostenderunt ad fundandum intencionem eorum coram nobis ac jus et titulum in premissis, quibus in forma juris per nos admissis visis examinatis rimatis plenius et intellectis invenimus prefatos religiosos viros super ecclesiis antedictis ponderatis undique ponderandis sufficienter fuisse et esse munitos titulumque canonicum et jus sufficiens in hiis omnibus obtinere ipsosque omnia et singula premissa per tempora diuturna pacifice possedisse et habuisse possidere percipere et habere in presenti. Unde nos juris ordine qui in hac parte requiritur in omnibus observato pro jure titulo et possessione

ipsorum religiosorum virorum in et super omnibus premissis ecclesias predictas sibi et monasterio eorundem rite et legitime appropriatas ac eos easdem ecclesias fuisse et esse canonice assecutos ac omnium et singulorum suprascriptorum fuisse et esse canonicos possessores in hiis scriptis pronunciamus et declaramus ipsosque super hiis ab officio et ipsius officii examine sic sufficienter munitos absolvimus et dimittimus tenore presentium absolutos ac ecclesias predictas cum suis juribus et pertinentiis universis eisdem religiosis viris et eorum monasterio suprascripto jure nostro diocesano confirmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum hiis litteris nostris patentibus duximus apponendum.

Datum apud Kenefek' duodecimo die mensis Maii anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo . Et nostre consecrationis anno primo. (12 May, 1397.)

Et nos archidiaconus et capitulum antedicti visis litteris premissis eorumque tenore examinatis plenius et intellectis habitoque inter nos una cum dicto reverendo patre super eisdem litteris et contentis in eisdem tractatu solempni et diligenti omnibusque que de jure in hac parte requiruntur plenissime peractis predictas pronunciacionem declaracionem dimissionem et confirmacionem omniaque alia et singula in dictis litteris contenta prout per ipsum reverendum patrem provide facta sunt approbamus ratificamus et ad perpetuam rei memoriam confirmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus duximus apponendum.

Datum in domo nostra capitulari decimo septimo die mensis Maii anno domini supradicto.

Endorsed, in late handwritings—'Appropriatio trium ecclesiarum ad Margan pertinentium,' 'Cisterciensis ordinis.'

Seal, in green wax, of Llandaff Cathedral chapter. (See Birch, *Catal. of Seals in Brit. Mus.*, No. 1890.)

MLXXVIII.

ADJUDICATION BY JOHN BURGHILL, BISHOP OF LLANDAFF, FOR THE PRESENT REPAIR OF THE CHANCEL OF THE CHURCH OF KENFIG BY TEWKESBURY ABBEY, AND ITS FUTURE MAINTENANCE BY THE VICARS OF THE CHURCH.

[Margam Charter.]

10 July. 1397.

Johannes permissione divina episcopus Landavensis universis et singulis Christi fidelibus presentes litteras nostras inspecturis salutem in auctore salutis.

Noveritis nos nuper civitatem et diocesim nostras ac ecclesiam parochialem de Kenfek' nostre dioceseos actualiter visitantes et cancellum dicte ecclesie in defectu reparacionis invenientes, quasi eversum seu destructum et ruina collapsum, volentes ex pastorali nostri officii debito dictos defectus corrigere et emendare per viros fidedignos in forma juris juratos ad quem seu ad quos reparacio dicti cancelli pertinet seu pertinuit temporibus lapsis et pertinere deberet in futurum . inquiri fecimus diligenter. In qua quidem inquisicione invenimus aliquos asseruisse et deposuisse ad vicarium de Kenfek' hujusmodi reparacionem pertinuisse et pertinere debere in futurum eosque vidisse vicarium dicte ecclesie hujusmodi reparasse suis sumptibus et expensis, aliquos autem hujusmodi reparacionem ad reverendos et religiosos viros abbatem et conventum monasterii beate Marie de Teukesbury Wygorniensis dioceseos ipsam ecclesiam in proprios usus canonice optinentes tanquam rectori dicti ecclesie de Kenfeg' spectare et spectasse, alios vero dictam reparacionem ad reverendos et religiosos viros abbatem et conventum de Morgan dicte Landavensis dioceseos dictorum religiosorum virorum de Teukesbury firmarios perpetuos spectasse et spectare debere in futurum. Nos vero volentes super premissis melius cerciorari et informari dictos abbatem et conventum de Teukesbury abbatem et conventum de Morgan . necnon Johanném Tuder vicarium de

Kenfek' ad comparendum coram nobis per se vel procuratores sufficientes ad dicendum causam quare dicti religiosi abbas et conventus de Teukesbury abbas et conventus de Morgan ac vicarius predictus conjunctim seu divisim ad reparacionem cancelli predicti non tenerentur seu astringerentur, seu non teneretur seu astringeretur aliquis eorum ad certum diem et horam fecimus evocari. In quo quidem termino comparentibus coram nobis Rogero Panter dictorum religiosorum virorum abbatis et conventus de Teukesbury magistro Henrico Ware dictorum abbatis et conventus de Morgan procuratoribus sufficientibus, necnon Johanne Tuder vicario de Kenfek' predicto personaliter habitis multisque inter dictas partes altercacionibus tandem de consensu dictarum parcium ad certum diem in monasterio de Teukesbury predicto coram nobis comparere petencium et ad dictum locum consenciencium et volencium de concordia tractanda inter dictas partes super premissis fienda si fieri posset prefiximus et assignavimus. In quo quidem termino comparentibus coram nobis abbate monasterii de Teukesbury pro se et conventu suo et nomine monasterii sui magistro Henrico Ware procuratore predicto ad concordandum et transigendum sufficiens habens mandatum in premissis nomine abbatis et conventus de Morgan et Johanne Tuder vicario predicto nomine vicarie sue predicte taliter inter dictas partes extitit concordatum et lis conquievit:—

In primis quod dicti abbas et conventus de Teukesbury pro bono pacis habendo et non occasione alicujus debiti ad quod ipse et conventus nomine monasterii sui predicti sint vel fuerint astricti dictum cancellum de Kenfek' citra festum apostolorum Philippi et Jacobi proxime futurum reparabunt competentur. Et quod postquam dictus cancellus fuerit reparatus ut premittitur, extunc dicta reparacio ipsius cancelli ad vicarium de Kenfek' presentem et vicarios ejus successores sine contradictione aliqua imperpetuum debeat pertinere. Et ne dictus vicarius vel ejus successores a predicta reparacione quocunque quesito colore se excusent, Nos Johannes episcopus Landavensis antedictus ex unanimi assensu dictarum parcium et per easdem in hac parte

pluries instanter requisiti presentem composicionem et concordiam confirmamus ratificamus et pro nobis et successoribus nostris approbamus, eaque sic ut premittitur observari debere imperpetuum decernimus et auctoritate nostra ordinaria prefatis vicariis onera predicta modo premisso per eosdem in futurum subeunda et supportanda imponimus et adjudicamus. In quorum omnium et singulorum testimonium, quia sigillum nostrum in presenti ad manus non habemus sigillum officialitatis LANDAVENSIS huic presenti scripto indentato duximus apponendum, Cujus unam partem penes predictos religiosos viros abbatem et conventum de TEUKESBURY predictos, aliam vero penes prefatum vicarium et suos successores volumus remanere ipsiusque vera copia in registro nostro dimitti fideliter registranda.

Datum quo ad confirmacionem ratificacionem et approbacionem nostras antedictas in palacio nostro LANDAVENSI decimo die mensis Julii anno Domini millesimo ccc$^{mo.}$ nonagesimo septimo et nostre consecracionis anno primo.

Pointed oval seal, green, faced with red, 1$\frac{3}{4}$in. by 1in., appended by woven cord. A bishop, probably St. PETER, with mitre and crozier, lifting up the right hand in blessing, between two keys on the right and a sword on the left. In base, under an arch with flat sides, the official kneeling in prayer to the right.

'SIGILLUM . OFFICIALITATIS . LANDAVIE.'

Endorsed, in various handwritings—'realis composicio inter domum Teukesburie et vicarium de Kenfek,' 'Evydense of S$^{r.}$ Ryese Maunsell' of Walis,' 'Repairs of Kenfig chancel. Bishop of Llandaff decrees that the Abbot of Tewkesbury should rebuild the chancel, and the Vicar ever after keep it in repair.'

MLXXIX.

GRANT BY ROBERT BRISTOLL OF A HALF BURGAGE IN CARDIFF TO JOHN COGAN.

[Carne MSS.]

6 May. 22 Ric. II. 1399.

Sciant presentes et ffuturi quod nos Robertus Bristoll' sutor de Kaerdyff et Johanna Oldman uxor mea ex uno assensu et concensu dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Johanni Cogan [fratri ?] eiusdem ville unum dimidium burgagium jacens in Crokerstrete infra libertates de Kaerdyff inter tenementum quondam Thome Bawdrip in orientem et tenementum nuper Willelmi Crulle in occidentem et quoddam curtilagium quondam Johannis Lang Bristoll' in austrum et altam stratam in boreali. Habendum et tenendum predictum dimidium burgagium cum pertinenciis suis prefato Johanni Cogan heredibus et assignatis suis libere et quiete de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et nos vero predicti Robertus et Johanna predictum dimidium burgagium cum pertinenciis suis predicto Johanni Cogan heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic presenti carte nostre sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Ricardo Wottun constabulario castri de Kaerdyff . Willelmo David et Johanne Shedde . prepositis ibidem . Johanne Sadler tunc temporis ballivo . Johanne Morgan . Johanne Bunce . Johanne Payn et aliis multis.

Datum apud Kaerdyff sexto die mensis Maii anno regni Regis Ricardi secundi post conquestum vicesimo secundo.

Seals lost, if there were any upon the two labels.

Crokerstrete is Crokerton, the eastern suburb of Cardiff. Bawdrip or Baggedrippe came from Somerset, where they held the Manor and from it derived their name. Cogan was also a Somerset name, and they held Stretcholt and Huntspill. Sir Milo de Cogan was one of the conquerors and settlers in the south of Ireland. The family also gave its name to a Manor and Parish west of Cardiff.

MLXXX.

EXTRACT FROM THE INQUISITION POST MORTEM OF THOMAS DE MOUBRAY, DUKE OF NORFOLK, CONCERNING HIS TENURE OF SWANSEA AND GOWER.

[Inq. p. mort., 1 Hen. IV., No. 71, m. 4.]

1 Hen. IV. 1399—1400.

. . . .

Qui dicunt . . . . quod . . . . . Thomas dux Norffolchiæ . . . . tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit castrum de Sweynssey . terras ac dominium de Gower ac manerium et dominium de Kylvey cum pertinentiis in Wallia de domino Ricardo nuper Rege Anglie secundo in capite per servicium militare [et] valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem ultra reprisas dcc. marcas. Sed dicunt quod modicum tempus ante diem obitus sui quod Johannes Skydmore escaetor ut minister domini Ricardi nuper Regis Anglie dictum castrum terras manerium et dominia occupavit quo titulo [ignorant].

This was Thomas de Mowbray, 12th Baron Mowbray, Earl of Nottingham, Earl Marshal, 1383, Duke of Norfolk, 1397. Died September, 1399.

MLXXXI.

LETTER FROM HENRY, PRINCE OF WALES, TO JOHN GREINDORE, SHERIFF OF GLAMORGAN, TO DELIVER TO PETER CRULLE CUSTODY OF THE LANDS OF SIR JOHN NORREYS, KNT., WITHIN THE LORDSHIP OF GLAMORGAN, AND THE MARRIAGE OF HIS DAUGHTER MARGARET, THEN UNDER AGE.

[Brit. Mus. Sloane MS. 4,596, f. 168.]

6 Feb. 1 Hen. IV. 1400.

Henry ainsnez filz du Roy d'Engleterre et de France Prince de Gales duc de Guyenne de Lancastre et de Cornewaille et conte de Cestre a notre treschier et bien ame chivaler Johan Greindore visconte de Glomorgan salut.

Comme notre tresredoubte seignur et pere par ses lettres patentes ait donne et ottroie a son treschier escuier Pierres Crulle le garde de tous les terres et tenements oue les appurtenans queux feurent a Johan Norreys chivaler qui mort est dedeins le seigneurie de Glomorgan qui nagairs tenoit en chief de Thomas jadis sire Ledespenser et les queux terres et tenements tant par la mort du dit Johan et par encheson de la maindre[1] age de Margarete fille et heire du dit Johan Norreys come par la forfacture dicellui Thomas sont devenuz as maynes de notre dit seignur et pere a ce q'est dit . a avoir au dit Pierres la garde de tous les ditz terrez et tenemens oue les appurtenans tanque a la pleine age de la dite heire avec la mariage dicelle sanz desparagement sicome en les dites lettres pleinement est contenuz vous mandons enchargeantz que veues ces presentes vous facez mettre le dit Pierres ou son attorne en son nom en possession des terres et tenemens avantditz oue lez appurtenances selonc leffect et teneur des lettres patentes de notre dit seignur et pere dessusdites. Et ce ne lessez.

Donne soubz notre seal a Westminstre le vj. jour de Fevrier l'An du regne de notre dit tresredoubte seignur pere primer.

(1) Maniere, MS.

MLXXXII.

GRANT BY WILLIAM AP DAVID AP JAC TO WILLIAM AP LLEWELIN HENE OF A BURGAGE IN KENFFIG.

[Margam Charter.]

18 Feb. 1 Hen. IV. 1400.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus ap David ap Jac dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo ap Ll[ewelin] Hene illud burgagium meum cum omnibus suis pertinenciis infra bundas de Kenff' quod quidem burgagium scituatum est inter burgagium Griff' ap Jeuan Goz ex parte orientali et burgagium David ap Rees ex parte occidentali et pratum Johannis Marlle ex parte australi et viam que ducit a Kenff' versus Katpytte ex parte boriali. Habendum et tenendum totum predictum burgagium cum omnibus suis pertinenciis prefato Willelmo ap Ll[ewelin] Hene heredibus et assignatis suis integre libere quiete et pacifice jure hereditario imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et [ego] vero predictus Willelmus ap David ap Jac et heredes mei totum predictum burgagium cum pertinenciis predicto Willelmo ap Ll[ewelin] Hene [heredibus] et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rey (*sic*) testimonium sigillum meum presentibus apposui. Hiis testibus . Thoma Sproteley tunc constabulario castri de Kenff' . Henrico Ayleward extunc predicte ville preposito . Johanne Mane famulo dicte ville . Willelmo Toukere . Henrico Monfort et multis aliis.

Datum apud Kenff' desimo octavo die mensis Ffebruarii anno regni Regis Henrici quarti post conquestum primo.

MLXXXIII.

INQUISITION AS TO THE HEIRSHIP OF RICHARD MAUNSELL IN LLANRHIDIAN.

[Eschaetors Inquisitions. Series I. File 1963.]

15 June. 1 Hen. IV. 1400.

Inquisitio capta die Lune xv. die Junii anno regni Regis Henrici quarti primo coram Willelmo Stradlyng chevalier senescallo Gower et Johanne Boner eschaetore juxta mandatum domini Regis predicto Willelmo directum sub sigillo privato in hec verba :—

Henri par la grace de Dieu Roy d'Engleterre et de France et S'r d' Irlande a nostre chier et loyale William Stradlyng seneschale de la signeurie de Gower en Southgales esteiant en nos maignes a cause du meyndre age de Thomas filz et heir Thomas de Mombray nadgaires duc de Norff' et sieur de Gower saluz.

Nous vos mandoms que aleschetour de la dit sieur donez en mandement que par serement des prodhommes et loyales de sa baillie par queux la verite pourrai mieulx estre scieue il face diligentement enquerre si un Ric. Maunsell soyt procheyn heir en tayl a un Ric. Scorlag le puisne de certyn terres et tenementz en Lanrythian deyns la dit sieur des qeux le dit Ric. Scorlag morust seizez come tenant en taille a ce q'est dit et quel temps le dit Richard Scorlag morust et du quel age le dit Ric. Maunsell est et en cas q'il soyt ensy procheyn heir a dit Richard Scorlag dascuns cieux terres et tenementz adounqes des queux terres et tenementz il soit ensi heir amesme celi Richard Scorlag et combien mesmes les terres et tenementz vaillent par an en tous issues et qui ou queux iciuy terres et tenementez ad ou ont occupies puis la mort du dit Ric. Scorlag et ent pris les issues et profitz par quel titre coment et en quel maner et si mesmes les terres et tenementz en ascune temps passes furent seisez es maignes du sieur de Gower a cause du meindre age dit Ric. Maunsell ou nemy et

de toutes altres circunstances touchant cel matier et que la dit enquest ensi prise il nous face enveyer devant vous en la court de la dit sieur desouz son seal et les sealx de ceux par queux la dit enquest sar ensi prise. Nous envoyant de sous vostre seale en l'office de nostre prive seale la tenure de la dit enqueste ensemblement ovec cestes noz lettres. Don' souz nostre prive seal a WESTMINSTRE le XXXI. jour de May l'an de nostre regne primer.

Virtute cujus mandati per sacramentum JEV' ap CRADOC . JOHANNIS ACE . THOME JER' . JOHANNIS GRIFFIT . JOHANNIS ap ADAM ap PHILIP . JOHANNIS OWEN . DAWKYN WILLY . JOHANNIS HOWEL . HENRICI GRIFFIT . JOHANNIS VACHAN . JOHANNIS ap DAVID ap JEVAN . et JOHANNIS GREFICE jurati qui dicunt per sacramenta sua quod RICARDUS SCORLAG junior fuit seisitus de uno molendino de valore XL^s. per annum et certis terris et tenementis de valore LX^s. per annum in LANRITHIAN et inde obiit seisitus in festo Sancti JACOBI apostoli anno regni Regis RICARDI secundi post conquestum XIIII. et quod RICARDUS MAUNSELL est propinquior heres predicti RICARDI SCORLAG sibi et heredibus masculis de corpore suo exeuntibus. Dicunt etiam quod RIC'US MAUNSELL est de etate XXIIII^or annorum et amplius. Item dicunt quod THOMAS de BELLOCAMPO comes WARR' tunc dominus GOWER' post mortem predicti RICARDI SCORLAG predictum molendinum terras et tenementa in manu sua seisivit racione minoris etatis predicti RIC'I MAUNSELL sine aliqua alia causa et eorum proficua in omnibus exitibus percepit a festo Sancti JACOBI predicti usque in quintumdecimum die Sancti HILLARII anno regni Regis RICARDI predicti XX°. a quo die THOMAS MOMBRAY tunc marescallus ANGLIE dominium GOWER in curia domini Regis recuperavit et proficua predictorum molendini terrarum et tenementorum percepit usque in festum Sancti MICHAELIS ultimo preteritum a quo die dominus Rex qui nunc est predicta proficua percepit et adhuc percipit. In cujus rei testimonium sigilla juratorum predictorum huic inquisitioni sunt appensa.

It appears from the above that by a warrant, dated Westminster. 31st May, 1 Henry IV. (1400). Sir William Stradlyng, seneschal of the signory of Gower, was directed to inquire if Richard Mansell be the next heir in tail to Richard Scurlage the younger. of certain lands. etc., in Llanrithian, of which

Scurlage died seized. Further, when Richard Scurlage so died, and what is the present age of Richard Mansell? In case he should be the heir, of what tenements, etc., is he heir? What are they worth annually? By whom have they been held since the death of Scurlage? In what manner, and by what title? and whether in time past they were seized in the hands of the Lord of Gower by reason of the nonage of Richard Mansell.

In consequence, Sir William held an Inquisition on Monday, 15th June, 1 Henry IV. (1400), and made the return, whence it appears that Richard Scurlage, junior, that is son of Richard Scurlage, held under the Lord of Gower in Lanrithian a mill worth 40s., and lands and tenements worth 60s. annual value, of which he died seized, on the feast of St. James the Apostle, 14 Richard II. (25th July, 1390), when Richard Mansell, then a minor, was his next heir.

Richard Mansell was 24 years and upwards at the Inquisition, and therefore born about 1376, or 49-50 Edward III., and at Scurlage's death was about 14 years old. Thomas de Beauchamp, Earl of Warwick and Lord of Gower, therefore took custody of the lands and enjoyed the profits to the quinzaine of St. Hilary (27th January), 20 Richard II., when Mansell came of age, when for some reason the wardship was prolonged, and Thomas Mowbray, then Lord, recovered it in the King's Court, and received the profits until Michaelmas, 1399, when the King stepped in, on the ground of the minority of Thomas Mowbray, the heir to the Lordship.

No doubt the Inquisition took place on the petition of Richard Mansell to be admitted to his inheritance.

Scurlage Castle is not mentioned in the Inquisition. It is in Llandewi parish, not Llanrhidian, and may not have been held under the lords of Gower. Had the tenure been *in capite*, it would have been held in ward by the Crown, and probably would have been named.

Richard Mansell held half a fee in Finelstre [Knelston] in Gower, under John Mowbray, Duke of Norfolk, in 1432-3, being so named in the Inquisition on the Duke. According to the received pedigree he was son of Sir Hugh of Oxwich, and grandson of Richard Mansell, who married Lucy, daughter and heiress of Philip Scurlage, of Scurlage Castle. So that Scurlage Castle may have passed to Lucy, and Llanrhidian to an uncle or nephew, Richard, on whose death childless it would revert to Mansell, or Lucy may have had a brother or nephew, on whose decease her grandson inherited the whole Scurlage estate. However this may be, the Inquisition must be allowed to prove the descent, although the precise manner of it be not upon it recorded.

Sir William Stradlyng, the seneschal of Gower, was of St. Donats; he is said to have gone pilgrim to Jerusalem in 9 Henry IV., eight years later, and he married Isabel St. Barbe. As he was knighted and a public officer at the time of the Inquisition, his father Sir Edward was probably dead.

The family of Scurlage are reputed to descend from an ancestor who settled in Gower, where he held the manor known as Scurlage Castle, and lands in Llangewydd and Killycum. His son, Sir Herbert Scurlage, is said to have been employed by Richard de Clare, Earl of Gloucester, against the Welsh, and to have held the lands and built the house of Trecastle, also called Scurlage Castle, near Llantrisant, long afterwards the seat of the Gibbons. Herbert was father of Sir David, he of Henry, and Henry of Philip Scurlage of Gower, who married Margaret or Mariota, daughter and heiress of Sir Richard Stackpole, and was father of Lucy, who married Richard Mansell of Penrice, father of Sir Hugh.

A branch of the family, sometimes called Scurlock, settled in Ireland, and others appear in Carmarthen and Pembroke.

The Mansells of Margam were one of several families whose name shows them to be derived from the district of Le Mans, on the river Sarthe in the upper province of Maine. They occur in six or seven English Counties, in Ireland, and in Scotland, where two of them were Abbots of Kelso.

The Gower Mansells descend from Walter Mansell of Missenden, in Bucks, whose son, Sir Robert, married the heiress of Langton, and thus obtained Henllwys and Langrove, in Gower. Their son Richard, of Missenden, married Lucy Scurlage, of Scurlage, also in Gower, and their son Hugh married Isabel

Penrice, and so acquired Penrice Castle, one of the three keys of Gower, and became the chief of the local landowners. They seem to have resided at Oxwich House or Castle until the Reformation, soon after which Sir Rice Mansell purchased the dissolved Abbey of Margam, to which place they migrated, building a house out of the materials of the Abbey. Their final acquisition was St. Mary Church and Llandough Castle, which came with Martha, daughter and co-heiress of Edward Carne of Ewenny.

MLXXXIV.

GRANT BY NEEST VERGH MEURUC VAB PHILIPE TO JEVAN VAB DAVID VAB JEVAN VAB WILLIM, OF LAND IN THE DEMESNE OF TYRYARILTH.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY AFTER MICHAELMAS. 2 HEN. IV. 1400.

Sciant presentes et futuri quod ego NEEST vergh MEURUC vab PHILIPE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JEVAN vab DAVID vab JEVAN vab WILLIM unam peciam terre arabilis apud locum vocatum KELLIRZEIREN in dominio de TYRYARILTH que quidem pecia jacet inter terram dicti JEVAN ex parte orientali et terram JEVAN KARE ex parte occidentali et pratum DAVID ap GRONOU VAGHAN ex parte australi et terram HOWELETH vergh HOWEL ap MEURIC ex parte boriali. Habendum et tenendum predictam peciam terre arabilis cum suis pertinentiis prefato JEVAN heredibus et assignatis suis libere quiete bene et in pace de capitali domino feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predicta NEEST et heredes mei predictam peciam terre arabilis cum suis pertinentiis prefato [JEVAN] heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . PHILIP ap JEVAN THUY . PHILIP KEDREGH . KENER ap MEURUC . JEVAN ap GRONOU ap JEVAN . et multis aliis.

Datum apud LANGENOITH die Lune proxima post festum Sancti MICHAELIS anno regni Regis HENRICI quarti post conquestum secundo.

Seal wanting.

MLXXXV.

GRANT BY WILLIAM AND ALICE DE LA MARE OF SWANSEA, TO DOM. JOHN DYAR, CHAPLAIN, OF A HALF BURGAGE IN FISHER STREET.

[G. G. F.]

31 Oct. 2 Hen. IV. 1400.

Sciant presentes et futuri quod nos Willelmus de la Mar de Sweyns' et Alicia uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus domino Johanni Dyar capellano de eadem villa medietatem unius burgagii cum pertinenciis suis in villa predicta jacentes in Vico Piscatorum inter tenementum magistri hospitalis beati David de Sweyns' ex parte boreali et tenementum dicti domini Johannis ex parte australi et extendit se in longitudine de regali via ex parte orientali usque ad tenementum Johannis Willym ex parte occidentali. Habendum et tenendum predictam medietatem burgagii cum omnibus suis pertinentiis predicto domino Johanni heredibus et assignatis suis libere et in pace de capitali domino de Sweyns' per redditus et servicia inde debita et consueta. Et nos vero predicti Willelmus et Alicia et heredes nostri predictam medietatem burgagii cum pertinentiis prefato domino Johanni heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus. Johanne Horton. Thoma Canan seniore. Johanne Cotton. Willelmo Barse. Ricardo Ricard et aliis.

Data apud Sweyns' in vigilia omnium sanctorum anno regni Regis Henrici quarti post conquestum secundo.

Slit for one label, which, with the seal, is wanting.

MLXXXVI.

INSPEXIMUS BY HENRY IV. OF THE CHARTERS OF 33 EDWARD III. AND 17 OF EDWARD II. TO HUGH AND EDWARD LE DESPENSER, AND CONFIRMATION TO THE BURGESSES OF CARDIFF.

[Cardiff Castle.]

20 Feb. 2 Hen. IV. 1401.

Henricus Dei gracia Rex Anglie et Ffrancie et Dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Inspeximus cartam domini E. nuper Regis Anglie avi nostri factam in hec verba :—

Edwardus Dei gracia Rex Anglie et Ffrancie et Dominus Hibernie archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus ducibus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus prepositis ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem.

Inspeximus cartam domini E. nuper Regis Anglie patris nostri factam in hec verba :—

Edwardus Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquitanie archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus prepositis ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem.

Sciatis nos de gracia speciali concessisse et hac carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro Hugoni le Despenser juniori quod ipse et heredes sui ac eorum burgenses et alii homines et tenentes de Kerdyf . Usk . Kaerlion . Neuport . Coubrugge . Neeth et Kenefeg in Wallia de omnibus rebus et bonis suis tam videlicet merchandisis quam aliis imperpetuum sint quieti de theolonio muragio pontagio pauagio lastagio stallagio picagio tronagio kaiagio terragio necnon de omnibus aliis custumis et consuetudinibus per totum regnum nostrum

ac ducatum nostrum Aquitainie et terram nostram Hibernie ac aliunde per potestatem nostram custumis de lanis coriis pellibus lanutis ac vinis nobis et heredibus nostris debitis dumtaxat exceptis. Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus nostris quod idem Hugo et heredes sui ac eorum burgenses et alii homines et tenentes de predictis villis de Kerdyf . Usk . Kaerlionn . Neuport . Coubrugge . Neeth . [et] Kenefeg in Wallia de omnibus rebus et bonis suis tam videlicet mercandisis quam aliis imperpetuum sint quieti de theolonio muragio pontagio pauagio lastagio stallagio picagio tronagio kaiagio terragio necnon de omnibus aliis custumis et consuetudinibus per totum regnum nostrum ac ducatum nostrum Aquitanie et terram nostram Hibernie ac aliunde per potestatem nostram custumis de lanis coriis pellibus lanutis ac vinis nobis et heredibus nostris debitis dumtaxat exceptis sicut predictum est. Hiis testibus . venerabilibus patribus W. archiepiscopo Cantuariensi tocius Anglie primate . J. Norwicensi et J. Cicestrensi episcopis . Adomaro de Valencia comite Pembrochie . Edmundo comite Arundellie . Johanne de Segrave seniore . Willelmo Martyn . Ricardo Daumory senescallo hospicii nostri . et aliis.

Datum per manum nostram apud Westmonasterium quarto die Marcii anno regni nostri decimoseptimo (1324).

Nos autem concessionem et confirmacionem predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est dilecto et fideli nostro Edwardo le Despenser consanguineo et heredi predicti Hugonis ac nunc burgensibus et aliis hominibus et tenentibus de Kerdyf . Usk . Kaerlion . Neuport . Coubrugge . Neethe et Kenefeg ratificamus approbamus et confirmamus prout carta predicta rationabiliter testatur et prout ipsi et eorum antecessores libertatibus et quietanciis illis hactenus usi sunt rationabiliter et gavisi. Hiis testibus . venerabilibus patribus S. archiepiscopo Cantuariensi tocius Anglie primate . W. Wyntonensi episcopo cancellario nostro . J. Roffensi episcopo thesaurario nostro . Willelmo de Bohun Northamptonie . Ricardo

ARUNDELLIE . ROGERO de MORTUO MARI MARCHIE . comitibus . JOHANNE de GREY de RETHERFIELD senescallo hospicii nostri . et aliis.

Datum per manum nostrum apud WESTMONASTERIUM vicesimo die Julii anno regni nostri ANGLIE tricesimo tercio regni vero nostri FFRANCIE vicesimo (1359).

Nos autem concessionem et confirmacionem predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus approbamus ac nunc burgensibus et hominibus dicte ville de KERDYF et eorum successoribus concedimus et confirmamus sicut carte predicte rationabiliter testantur et prout ipsi et eorum antecessores libertatibus et quietanciis illis hactenus rationabiliter usi sunt et gavisi. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso apud WESTMONASTERIUM vicesimo die Ffebruarii anno regni nostri secundo.

Pro duobus marcis solutis in hanaperio. WAKER.

Exam. per JOHANNEM WAKERYNG, JOHANNEM FRANK, clericos.

The seal and most of the green silk plait are gone.

Endorsed—'Confirmacio HENRICI IV.,' and in a later hand, '2 H. IV.' The Charter is in very fair order, and perfectly legible throughout. See photograph in *Cardiff Records*, Vol. I. p. 32.

Pauagium, that is Pavagium, in the list of exemptions, is occasionally altered by the scribe to Panagium. The one is a payment for the pavage of the town; the other, the right to turn swine into the woods to feed on mast or acorns. The former is clearly here meant.

The Lordship of Morgan and Glamorgan, held by the de Clares, extended from Usk and Caerleon to Neath. Hugh le Despenser, by his wife, a co-heiress, could legally claim but one-third; he usurped the whole.

The Archbishops, S. and W., were Simon Islip and Walter Reynolds.

J. and J. of Norwich and Chichester, were John Salmon and John Langton. W., of Winchester, was William of Edindon, and J., of Rochester, John de Shepey.

Aymer de Valence was 2nd Earl of Pembroke of his family. Edmund and Richard Fitz Alan, Earls of Arundel, were father and son. Roger Mortimer was 2nd Earl of March. John de Segrave, a baron, is called 'senior' in distinction from his grandson, who succeeded him. William Martyn, a baron, held Kemys, Co. Pembroke, and Barnstaple. Richard D'Aumory or D'Amory had married Elizabeth, third daughter and co-heir of Gilbert, Earl of Gloucester. John de Grey, of Rotherfield Greys, a baron, was one of the founders of the Order of the Garter.

MLXXXVII.

SUCCESSIVE LEASE FOR LIVES BY LAURENCE BERKEROLLES, LORD OF COITIFF, TO NICHOLAS SONDE AND OTHERS OF A MESSUAGE AND LANDS IN MERTHYR MAUR.

[G. G. F.]

29 Sept. 3 Hen. IV. 1401.

Hec indentura facta die Veneris in festo Sancti Michaelis archangeli anno regni Regis Henrici quarti post conquestum tercio testatur quod dominus Laurencius Berkerole' dominus de Coitif tradidit concessit et hoc presenti scripto suo confirmavit Nicholao Sonde . Isabelle Payne uxori sue . Thome Sonde . Johanne filio ejus . et Margarete Sonde filie dicti Nicholai successive ad terminum vite eorum prout seriatim nominantur unum messuagium cum pertinenciis quondam Henrici Potter jacens juxta cimiterium de Marthelmaur in parte orientali ; ac eciam sex acras terre cum suis pertinenciis quondam Johannis Bawdewyn in parochia de Marthelmaur' unde quinque acre simul jacent inter veterem Portewey et novam Portewey et una acra dicte terre jacet apud finem de Langedoune in parte occidentali alte vie. Habendum et tenendum omnia predicta messuagia et terras cum suis pertinenciis dictis Nicholao Isabelle Thome Johanni et Margarete successive ad terminum vite eorum vel unius eorum diutius viventis prout seriatim nominantur libere et in pace. Reddendo inde annuatim dicto domino Laurencio et heredibus suis tres solidos ad festum Sancti Michaelis pro omnibus . salvis secta curie per rationabilem summonicionem [et] uno herietto post decessum cujuslibet tenentis. Et si dictus redditus aretro fuerit in parte vel in toto tunc bene liceat dicto domino Laurencio et heredibus suis in predictis mesuagiis et terris distringere et districciones retinere quousque eis plenarie fuerit satisfactum. Et non licebit dictis Nicholao Isabelle Thome Johanni et Margarete nec alicui eorum dicta messuagia et terras in parte vel in toto alienare nec statum inde facere sine licencie dicti domini Laurencii et

heredum suorum, etc. Et si aliquis dictorum NICHOLAI ISABELLE THOME JOHANNIS et MARGARETE [qui] pro tempore fuerit tenens aliquam feloniam fecerit vel de aliqua felonia convictus fuerit infra comitatum GLAMORG[ANCIE] quod tunc bene liceat dicto domino LAURENCIO et heredibus suis in predictis messuagiis et terris cum suis pertinenciis intrare et illa integre retinere sine contradictione aliqua . Et predictus dominus LAURENCIUS et heredes sui predicta messuagia et terras cum suis pertinenciis prefatis NICHOLAO ISABELLE THOME JOHANNI et MARGARETE ad terminum vite eorum ut predictum est in forma predicta warantizabunt et defendent. In cujus rei testimonium presentibus indenturis partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus . JOHANNE ROBERT . GILBERTO TURBERVYLE . JOHANNE WILLIAM . et aliis.

Data apud MARTHELMAUR die et anno supradictis. Et predicti NICHOLAUS ISABELLA THOMAS JOHANNES et MARGARETA erunt steinpneure in molendino de MARTHELMAUR ubicunque crescentibus.

Endorsed—'Carta Nicholai Sonde pro termino vite de messuagio in Marthelmaur.'

The seal is in red wax, bearing a shield of the arms of Berkerolles, viz., a chevron between three crescents, within a panel of tracery.

'Steinpneure or Stempneure' is rendered 'libertas multuræ,' stone-free, *i.e.*, free from paying any charge for grinding their corn at the lord's mill.

MLXXXVIII.

QUIT-CLAIM BY WENLLIAN VERGH REES LEYA TO JEVAN AP DAVID AP JEVAN AP WILLIM OF LAND IN THE DEMESNE OF TYRYARLITH.

[MARGAM CHARTER.]

MONDAY BEFORE ST. LUKE'S DAY. 17 OCT. 3 HEN. IV. 1401.

Pateat universis per presentes me WENLLIAN vergh REES LEYA remisisse relaxasse et imperpetuum quietum clamasse JEVAN ap DAVID ap JEVAN ap WILLIM heredibus et assignatis suis totum jus et clamium quod habeo vel habere potero in uno tenemento que (*sic*) quondam DAVID ap JEVAN ap WILLIM perquisivit de REES LEYA et de JOHANNE filio apud KELLIZEIREN in dominio de TYRYARLITH. Ita quod nec ego dicta WENLLIAN nec aliquis alius nomine meo aliquid juris vel clamii in predicto tenemento cum suis pertinentiis decetero exigere vel vendicare poterimus in futurum set ab omni actione juris vel clamii eisdem imperpetuum simus exclusi. In cujus rei testimonium huic littere quieteclamacionis sigillum meum est appensum. Hiis testibus . THOME (*sic*) ap REES LEYA . HOWEL ap JEVAN ap REES . DAVID ap JEVAN ap JEVAN WEITH . et multis aliis.

Datum apud LANGENOITH die Lune proximo ante festum Sancti LUCE ewangellisti anno regni Regis HENRICI quarti post conquestum tercio.

Seal wanting.

MLXXXIX.

QUIT-CLAIM BY DAVID AP JEVAN VAGHAN AP JEVAN AP GWYLLIM TO JEVAN AP DAVID AP JEVAN AP GWYLLIM, OF LAND IN THE DEMESNE OF TYRYARILTH.

[Margam Charter.]


Monday after St. Andrew's Day. 5 Dec. 3 Hen. IV. 1401.

Pateat universis per presentes me David ap Jevan Vaghan ap Jevan ap Gwyllim remisisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis quietum clamasse Jevan ap David ap Jevan ap Gwyllim heredibus et assignatis suis totum jus et clamium quod habeo vel habere potero in futurum in omnibus terris et tenementis [que] Lewelin ap Jevan Vaghan ap Jevan ap Gwyllim quondam perquisivit de Jevan Vaghan ap Jevan ap Gwyllim in dominio de Tyryarilth. Ita videlicet quod nec ego predictus David nec aliquis alius nomine meo aliquid juris vel clamii in predictis terris et tenementis cum pertinentiis suis exigere vel vendicare poterimus in futurum set inde decetero simus exclusi per presentes. In cujus rei testimonium huic presenti quieteclamancie sigillum meum aposui (*sic*). Hiis testibus . Philip ap Jevan Thuy . Kenwrik ap Meuric . David ap Jevan ap Rees ap Willim Jevan Loyd . et multis aliis.

Datum apud Langenoith die Lune proximo post festum Sancti Andree appostoli (*sic*) anno regni Regis Henrici quarti post conquestum tercio.

Seal wanting.

The pedigree seems to be :—



MXC.

ORDER FOR THE CHARGING OF CONSTANCE, WIDOW OF THOMAS LORD LE DESPENSER, WITH THE EXTENT OF CERTAIN MANORS IN GLAMORGAN AND ELSEWHERE.

[Add. MS. 4,569, f. 367.]

3 Hen. IV. 1401—1402.

Anglia . Wallia. De Constantia quæ fuit uxor Thomæ nuper domini le Despenser oneranda de extenta diversorum dominiorum maneriorum terrarum et tenementorum quæ fuerunt prædicti Thomæ defuncti, viz. :—

Caversham, Borford et Shepton in com. Oxon.

Manerium de Sobbury et le burgage de Chepyngsobbury in co. Glouc.

Manerium de Magna Merlawe in com. Buk.

Manerium de Parlethorp in com. Not.

Manerium de Bawtre in com. Ebor.

Manerium de Wynterton in com. War.

Glamorg. Castrum et villam de Llantrussan cum dominio de Meskin et Glynretheny.

Manerium de Clonne cum hamelettis de Combreheynok, Pentirgh et Radur.

Castrum et villam de Kenfegg cum dominio de Tiryarth.

Manerium de Bovyarton (*sic*) et certa terras et tenementa in Griffithesmore in Wallia.

(Trin. *Communia*, 3 Hen. IV., rot. 7.)

These lands, a part of the dower of Lady le Despenser, are a part also of the old de Clare estates. Clun is a manor abutting on Llantrisant and commemorated in Pont-y-Clun. Combrekynok has disappeared. Pentirch and Radyr are now parishes. Kenfeg is a parish largely encroached upon by blown sand, which has enveloped the small remains of the Castle. Tir-y-Iarl, the Earl's land, is a tract north of Margam. Boverton manor house is a ruin. Griffiths' moor lay between Roath and the sea.

MXCI.

GRANT BY ALICE CHARLES, WIDOW OF WILLIAM DE LAMEARE, TO EDWARD DE STRADLYNG, OF A HALF BURGAGE IN SWANSEA.

[G. G. F.]

20 Mar. 3 Hen. IV. 1402.

Sciant presentes et futuri quod ego Alicia Charles relicta Willelmi de Lameare dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Edwardo de Stradlyng' medietatem unius burgagii jacentis in villa de Sweynesey inter tenementum Walteri David ex parte una et tenementum Willelmi Skynner ex parte altera cujus finis extendit se super aquam de Tawy et altera finis super altam stratam et unam acram terre et dimidiam jacentem in les Redyngez de Sweynesey inter terram Willelmi Taillour ex parte una et terram Johannis Horton' ex altera parte. Habendum et tenendum predicto Edwardo heredibus et assignatis suis imperpetuum faciendo capitali domino feodi illius redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predicta Alicia et heredes mei predictam medietatem burgagii et unam acram terre et dimidiam cum pertinenciis predicto Edwardo heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et inperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Willelmo de Stradlyng militi tunc senescallo Gouherie . Ricardo Hort tunc preposito ville de Sweynesey . Johanne Horton' . Thoma ap Rees . Johanne Bount . et multis aliis.

Data apud Sweynesey vicesimo die mensis Martii anno regni Regis Henrici quarti post conquestum tercio.

A slit for one label, which is gone, with the seal.

MXCII.

ROYAL GRANT TO SIR THOS. PUWORTH OF THE FORFEITED LANDS OF JEVAN AP JANKYN KEMEYC, WITHIN THE LORDSHIPS OF NEWPORT, SEYNGHENYTH, AND MORGANNOCK.

[B.M. SLOANE MS. 4597, f. 82].

3 OCT. 5 HEN. IV. 1403.

PRO THOMA PUWORTH, CHIVALER.

Rex omnibus ad quos, etc., salutem.

Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus dilecto et ffideli militi nostro THOMAS PUWORTH omnia terras et tenementa quæ fuerunt JEVAN ap JANKYN KEMEYC infra dominia de NEWPORT SEYNGH' et MORGANNOK cum pertinentiis et quæ ratione rebellionis ipsius JEVAN nobis forisfacta existunt. Habendum et tenendum eidem THOMAS ad totam vitam suam usque ad valorem quadraginta librarum per annum absque aliquo nobis inde reddendo. Ita semper quod de superplusagio si quod fuerit nobis respondeat ut est justum eo quod idem THOMAS habet ex concessione nostra centum marcas singulis annis pro termino vitæ suæ de parva custuma nostra in portu civitatis nostræ LONDONIE per manus custumariorum ejusdem pro tempore existentium non obstante.

In cujus, etc. Teste Rege apud HEREFORDIAM tertio die Octobris per ipsum Regem.

Jevan ap Jenkin Kemeys, whose lands were confiscated on the accession of Henry IV., was of Kemeys, co. Monmouth, and the ancestor of the numerous branches of this name, of which the most considerable was of Cefn-Mably in Glamorgan, still held by his descendants in the female line.

MXCIII.

EXTRACT FROM THE INQUISITION POST MORTEM OF ROBERT GOUSEHILL, CHEVALIER, CONCERNING HIS TENURE OF THE THIRD PART OF SWANSEY AND GOWER.

[Inq. P. Mort. 5 Hen. IV. No. 22, m. 29.]

Monday before St. Luke's Day, 18 Oct. 1403.

Inquisitio capta apud Hereford die Lune proxima ante festum Sancti Luce evangeliste anno regni Regis Henrici quarti post conquestum quinto, etc.

Qui dicunt . . . . quod Robertus Gousehill chivaler . . . . tenuit tertiam partem castri de Sweynsey tertiam partem terrarum ac dominii de Gower et tertiam partem manerii ac dominii de Kylveye cum pertinentiis in Wallia ut de jure Elizabethe uxoris ejus adhuc superstitis que quidem Elizabeth easdem tertias partes castri terrarum maneriorum ac dominiorum predictorum tenet in dotem suam ipsam de terris et tenementis que fuerunt Thome nuper ducis Norffolchie quondam viri sui secundum legem et consuetudinem regni Anglie contingente reversione inde ad Thomam filium et heredem ejusdem nuper ducis spectante. Et quod predicte tertie partes castri de Sweynessy et terrarum ac dominii de Gower ac manerii et dominii de Kylvey cum pertinentiis valent per annum in omnibus exitibus, [etc.] cc. marcas. Et de quo vel de quibus predicte tertie partes castri terrarum dominiorum et manerii predictorum cum pertinentiis tenentur predicti jurati ignorant. Idem Robertus obiit die Sabbati xx^mo. die Julii ultimo preteriti.

Elizabeth, wife of Thomas de Mowbray, sixth Baron Mowbray and first Duke of Norfolk, was daughter of Richard Fitz-Alan, Earl of Arundel, sister and coheir of Thomas Fitz-Alan, Earl of Arundel, and widow of William de Montacute. She had four husbands, of whom Sir Robert Gousehill was the last, and died 3 Henry VI. Thomas, eldest son of Thomas and Elizabeth, according to Burke, *Extinct Peerage*, p. 388, simply bore the title of Earl Marshal, and never had the title of Duke of Norfolk. But in the Court-roll of Dovercourt, 3 Hen. IV., 1402 (Brit. Mus., Add. Roll 25,750 m. 6), he is styled 'Dominus de Moubray Segrave et de Gower.' He was beheaded at York in 1405.

At her death she held in Gower one-third of Swansea and Kilvey, Anglishire comitatus de Pennard, Knitehall, Landamor Manors, the Castle of Loughor, Blackeston, Clynne Forest, and the mills at Swansea (I. P.M., 3 Henry VI.)

MXCIV.

ROYAL COMMISSION FOR THE SPEEDY RESCUE OF CARDIFF CASTLE.

[B.M. Sloane MS. 4597, f. 98.]

26 Oct. 5 Hen. IV. 1403.

Rex dilectis et ffidelibus suis Edwardo comiti Devonie Edwardo Courtenay le filz Philippo Courtenay ac domino de Seymour Hugoni Courtenay et Johanni Grenevill salutem.

Quia datum est nobis intelligi quod quidam rebelles nostri Wallenses castrum de Kerdyf de Wallia et ffideles ligeos nostros in eodem castro existentes intan . . . . . obsederunt . quod si rescussus in hac parte citius non fiat in nostri scandalum ac castri et ligeorum nostrorum predictorum destructionem et perditionem quod nollemus verisimile est convertendum. Nos hujusmodi scandalo destructione et perditione cum Dei adjutorio precavere ac pro salvatione castri et ligeorum nostrorum hujusmodi providere volentes . assignavimus vos ad vos versus castrum predictum per mare divertendum et rescussum in hac parte celeriter faciendum ac ad tot homines ad arma et sagittarios quod vobis juxta discretionem vestram in hac parte fore videbitur necessarios tam infra libertates quam extra levandum et congregandum et quod bene et sufficienter arraiati existant supervidendum et triandum ac in arraiatione hujusmodi in comitiva vestra versus castrum predictum ad rescussum predictum faciendum in fforma predicta ducendum. Ita quod prompti sint et parati apud portum nostrum de Uphill' in comitatu Somerset super passagium suum una vobiscum versus castrum predictum in crastino Omnium sanctorum proxime futuro ad ultimum et ad omnes illos quos in hac parte contrariantes seu rebelles inveneritis arestandum et capiendum et prisonæ nostræ mancipandum. Et ideo vobis mandamus, etc. Damus autem, etc. In cujus, etc. Teste Rege apud Bristolliam xxvj. die Octobris. Per ipsum Regem.

MXCV.

ROYAL PRECIPE TO THE SHERIFF OF WARWICK, FOR LEVY OF MEN TO RESCUE ALEXANDER BERKEROLLES BESEIGED IN COYTYF CASTLE.

[Rot. Claus., 6 Hen. IV., memb. 29 dorso. Brit. Mus., Sloane MS. 4597, f. 241.]

13 Nov. 6 Hen. IV. 1404.

De proclamatione facienda.

Rex vicecomiti Warrewicie salutem. Cum de avisamento procerum et magnatum regni nostri Angliæ in presenti parliamento nostro existentiun ordinaverimus carissimum filium nostrum primogenitum Henricum principem Walliæ ac carissimum filium nostrum Thomam ad proficis[c]endum versus castrum de Coytyf et dilectum et fidelem ligeum nostrum Alexandrum Berkerolles dominum de Coytyf in castro prædicto per rebelles nostros Wallenses obsisum (*sic*) ab obsisione prædicta cum Dei adjutorio deliberandum et rescutiendum et volentes proinde de potestate sufficienti ipsorum ffiliorum nostrorum ad ordinationem prædictam in forma prædicta perimplendum providere . Tibi præcipimus firmiter injungentes quod viginti homines ad arma armatos et ducentos sagittarios de comitatu tuo de magis sufficientibus personis ad laborandum melius munitis armatis et arraiatis sine dilatione levari et arraiari facias ipsosque sic levatos et arraiatos penes prefatos filios nostros usque civitatem nostram Herefordie in propria persona tua ducas et duci facias. Ita quod prompti sint et parati ibidem die Martis in festo Sanctæ Katerinæ virginis proximo futuro ad proficiscendum cum prefatis filiis nostris versus castrum prædictum ex causa prædicta et sic (*for* dic) præfatis hominibus ad arma et sagittariis quod ipsi in eorum adventu apud civitatem prædictam promptam solutionem de vadiis suis de præfato principe et concilio suo ibidem percipient.

Et hoc sicut honorem nostrum et ipsorum filiorum nostrorum ac totius regni nostri diligis ac sub periculo quod incumbit nullatenus omittas.

Teste Rege apud COVENTRE XIII°· die Novembris. Per ipsum Regem.

Consimilia brevia diriguntur vicecomitibus subscriptis sub eadem data videlicet:—

Vicecomiti WYGORNIE.

Vicecomiti GLOUCESTRIE.

Vicecomiti STAFFORDIE.

Vicecomiti WILTSIRIE.

There is no Alexander in the Berkerolles pedigree. Sir Lawrence, who is the person intended, married a sister and co-heir of Sir Payn Turberville of Coyty. The Castle here mentioned was a place of considerable strength, and remains in a tolerably perfect state, though a ruin.

MXCVI.

LETTER OF HENRY IV., TO HIS COUNCIL IN LONDON, ANNOUNCING THAT LADY [CONSTANCE, WIDOW OF THOMAS] DESPENSER [EARL OF GLOUCESTER], AND THE CHILDREN OF [EDMUND MORTIMER, EARL OF] MARCH ARE FLYING TO GLAMORGAN AND CARDIFF.

[COTT. MSS., VESP. F. III. f. 4.]

? 14 FEB. 7 HEN. IV. 1406.

DE PAR LE ROY.

Tresch'rz et foialx nous vous salums . souent dentier coer. Et voilles sauoir q' a iourdy bien matyn a sis heures beaus frers et ceux qux' sount chiuaches deuant nous ount veiez un hu'me q' ad nous certefie q' la dame SPENSER et les enfauntz de la MARCHE sount fuyez par ABYNDON' meas unqore ne sount passez SEVERNE unqore ne nel passerount sy Dieu plest qar noz gentz sount ale apres. Et sils purrount passer ils tiendrent le chemyn a GLOWMORGAN' et a CARDIEFF.

Et auxi ils ount enuoie un esquier qad noun MORGAN pour passer en FFLAUNDRES et en FFRAUNCE a ceo q' la ffem'e diu dit MORGAN ad enforme bieu friere a noz gentz. Pour quoy nous prioms q' vous facez v're diligence qil purra estre pris sy soit unqore en LOUNDRES. Et enuoiez auxi as autres portz issint qil nauera peint du passage sy Dieu plest autres ne sauems a vous escrire a present meas q' nous teignoms mesme le propos come nous fumes accordez empriant a Dieu q' vous doigne bone vie et long' . Escr' a n're chastiell' de WYND' en hast yceste dismenge matyn.

'H. R. nous prions penser de la mer.'[1]

Endorsed—'A n're treschre et fou . . . . ore esteant a Loun . . . .'

(1) This in the King's own handwriting.

Constance, daughter of Edward of Langley, Duke of York, on the attainder and death of Thomas, Earl of Gloucester, her husband, had a grant of certain manors reserved, but afterwards regranted. She died 4 Henry V. The Mortimer children were probably those of Philippe of Clarence, her first cousin.

MXCVII.

WAGES OF THE FORCES RETAINED FOR THE RESCUE OF COTYFF CASTLE.

[ISSUES OF THE EXCHEQUER, ED. DEVON, 1837, P. 303.]

26 MAR. 7 HEN. IV. 1406.

To JOHN CURSON, Esquire, ordered by the Lord the King and his Council, with the advice of his parliament held at COVENTRY, to make payments to certain lords, men-at-arms, and archers retained by him to go to the lordship and castle of COTYFF, in WALES, for the rescue thereof. In money paid to him, by assignment made this day, by the hands of Sir THOMAS ERPYNGHAM, knight, for the rescue of the said lordship and castle. By writ, etc., 20$^{l.}$

NOTE.—There are several other payments entered on this Roll for the same purpose.

MXCVIII.

GRANT BY WILLIAM AP HOWELL AP STEVIN TO THOMAS AP HOPKYN AP THOMAS OF LANDS IN GOWER.

[G. G. F.]

20 Sept. 9 Hen. IV. 1408.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus ap Howell ap Stevin dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Thome ap Hopkyn ap Thomas omnia terras et tenementa mea jacentia in certo loco vocato le Vayrdreve cum suis pertinenciis infra dominium de Supra-bosco Gouherie que quidem terre et tenementa quondam fuerunt in manibus Howell ap Stevin patris predicti Willelmi. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis predicto Thome ap Hopkyn ap Thomas heredibus et assingnatis suis imperpetuum de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predictus Willelmus ap Howell ap Stevin et heredes mei omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis predicto Thome ap Hopkyn ap Thomas et heredibus et assingnatis suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . Henrico Heyteley tunc senescallo Gouherie . Jevan Duy ap Jevan ap Owen bedello de Supra-bosco Gouherie . Willelmo ap David ap Meuric . Roberto ap William ap Howell Vabe . Roberto ap Jevan ap Owen . et multis aliis.

Data apud Sweyn' vicesimo die Septembris anno regni Regis Henrici quarti post conquestum nono.

MXCIX.

EXTRACT FROM THE INQUISITION POST MORTEM OF JOHN DE LA BERE, CONCERNING HIS TENURE OF THE FORTIFIED MANOR OF WEBLEY, IN THE LORDSHIP OF GOWER.

[I.P.M. 11 Hen. IV., No. 36, m. 2.]

2 May. 11 Hen. IV. 1410.

Inquisitio capta apud Hereford secundo die mensis Maii anno regni Regis Henrici quarti post conquestum undecimo.

. . . . . . Qui dicunt . . . . . . quod Johannes de la Bere . . . . . . tenuit die quo obiit quoddam manerium batellatum vocatum Webley cum suis pertinentiis infra dominium de Gower' vocatum Gowereslond' in Wallia infra balliviam ipsius escaetoris de Thoma nuper comite Marescallo filio et herede Thome nuper ducis Norffolchie adtunc infra etatem et in custodia ejusdem domini Regis in capite per servicium militare ut de castro et dominio suo de Swaynesey. Et dicunt quod [s]citus dicti manerii nichil valet per annum ultra reprisas eo quod domus et edificia dicti [s]citus sunt destructa per diversas accessus rebellium Wallicorum. Et dicunt etiam quod dictum manerium ultra [s]citum predictum valet per annum in omnibus exitibus ultra reprisas xxx^s. . . . . Dictus Johannes de la Bere obiit xxiiii^to die Septembris anno regni regis supradicti quarto et quod Thomas filius ejusdem Johannis de la Bere est ejusdem Johannis heres propinquior et est etatis novem annorum. Et dicunt quod Johannes Seint John miles dictum manerium cum suis pertinentiis a dicto die obitus ipsius Johannis de la Bere usque in diem captionis hujus Inquisitionis occupavit. Et quod idem Johannes Seint John exitus et proficua dicti manerii per idem tempus percepit et habuit sed quo titulo qualiter nec quo modo jurati predicti ignorant.

MC.

EXTRACT FROM THE INQUISITION POST MORTEM OF THOMAS MOWBRAY, EARL OF NORFOLK, CONCERNING HIS TENURE OF THE CASTLE OF SWANSEA AND LANDS OF GOWER.

[I.P.M. 8 Hen. IV., No. 76, m. 28.]

Tuesday Before St. Denis. (9 Oct.) 12 Hen. IV. 1410.

Inquisitio capta apud Hereford die Martis proximo post festum Sancti Dionisii anno regni Regis Henrici quarti post conquestum duodecimo.

. . . . . . Qui dicunt . . . . . . quod Thomas nuper comes . . . . . . tenuit die quo obiit in dominico suo ut de feodo talliato sibi et heredibus suis de corpore suo exeuntibus ex dono et feoffamento domini Willelmi de Brewes factis quibusdam Johanni de Moubray et Aline uxori ejus filie predicti Willelmi et heredibus de corporibus ipsorum Johannis et Aline exeuntibus castrum de Sweyneseye et duas partes dominiorum ac terrarum de Gower et de Kylveye cum pertinentiis in marchiis Wallie dicto comitatui adjacentibus unacum reversione tercie partis predictorum dominiorum ac terrarum de Gower et de Kylveye cum pertinentiis in Wallia quam Elizabetha ducissa Norffolchie tenet in dotem pro termino vite sue de hereditate predicti Thome nuper comitis filii et heredis nuper ducis Norffochie filii Johannis filii Johannis filii et heredis predictorum Johannis de Moubray et Aline. Et dicunt quod situs castri predicti nichil valet per annum ultra reprisas set dicunt quod predicte due partes valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem ultra reprisas centum libras et non plus quia dicta dominia et terre in magna parte eorundem devastantur per rebelles Wallensium. Et dicunt quod predicta castrum dominia et terre tenentur de domino Rege in capite per servicium militare set pro cujus quantitate servicii jurati predicti penitus ignorant. Et dicunt quod predictus Thomas nuper comes obiit quarto die Junii anno regni regis

predicti sexto. Et etiam dicunt quod Johannes Mowbray frater predicti Thome nuper comitis infra etatem et custodia domini Regis existens est heres ejusdem Thome propinquior et fuit etatis viginti annorum in festo Sancti Laurencii ultimo preterito.

Thomas Mowbray, who bore the title of Earl Marshal, was, for his share in Archbishop Scrope's conspiracy, beheaded at York, 6 Henry IV.

MCI.

ROYAL PARDON TO THE TENANTS AND INHABITANTS OF THE CROWN DEMESNE OF OGGEMORE.

[B. M. Sloane MS. 4,599, f. 107.]

28 Feb. 11 Hen. IV. 1410.

De Pardonatione.

Rex omnibus ballivis et ffidelibus suis ad quos, etc., salutem.

Sciatis quod de gratia nostra speciali pardonavimus omnibus hominibus tenentibus et residentibus nostris dominii nostri de Oggemore in Wallia Anglicis et Wallicis et eorum cuilibet sectam pacis nostræ quæ ad nos versus ipsos et eorum quemlibet pertinet pro omnimodis proditionibus insurrectionibus rebellionibus arsuris ffeloniis transgressionibus mesprisionibus et malefactis ac etiam adhesionibus quibuscumque inimicis nostris per homines tenentes et residentes nostros predictos aut eorum aliquem in partibus et marchiis Wallie ante hæc tempora factis sive perpetratis unde indictati rectati vel appellati existunt ac etiam utlagariis si quæ in ipsos aut eorum aliquem hiis occasionibus ante sextum diem Septembris anno regni nostri octavo fuerint promulgatæ et firmam pacem nostram eis et eorum cuilibet inde concedimus. Ita tamen quod stent recto in curia nostra si qui versus eos loqui voluerint de præmissis vel aliquo præmissorum.

Et ulterius de uberiori gratia nostra dedimus et concessimus hominibus tenentibus et residentibus nostris prædictis terras tenementa redditus possessiones bona et catalla sua quæcumque nobis hiis occasionibus forisfacta. Habendum et tenendum prædicta terras tenementa redditus et possessiones per servitia inde antiquitus debita et consueta modo quo ipsi illa habuerunt et tenuerunt ante rebellionem supradictam.

In cujus, etc., teste Rege apud WESTMONASTERIUM XXVIII. die Ffebruarii . per breve de privato sigillo.

MCII.

GRANT BY SIR LAURENCE BERKEROLLES TO JOHN MACHON AND OTHERS OF LAURENCELAND IN COYTY.

[G. G. F.]

1 OCT. 13 HEN. IV. 1411.

Sciant presentes et futuri quod ego LAURENCIUS BERKEROULL' miles dominus de COYTIFF' dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI MACHON JOHANNI ap WILLYM VAGHAN capellanis et JOHANNI THOMAS de COYT[I]FF' omnia terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinenciis vocatis LAURENCEYSLOND que magister LAURENCIUS de TURBERVILLE quondam persona ecclesie de COYCHOURCH' tenuit infra dominium de COYTIFF'. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinenciis predictis JOHANNI MACHON et JOHANNI ap WILLYM VAGHAN capellanis et JOHANNI THOMAS heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde prius debita et de jure consueta. Et ego vero predictus LAURENCIUS BERKEROULL' miles dominus de COYTIFF et heredes mei omnia predicta terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinenciis predicto JOHANNI MACHON JOHANNI ap

Willim Vaghan capellanis et Johanni Thomas heredibus suis et assignatis contra omnes gentes imperpetuum warantizabimus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Gilberto Denys milite . Johanne le Eyr juniore . Johanne Bonevill' . et aliis.

Datum apud Coytiff primo die Octobris anno regni Regis Henrici quarti post conquestum terciodecimo.

Seal wanting.

MCIII.

LETTERS OF ATTORNEY BY SIR LAURENCE BERKEROLLES TO JOHN STRADLYNG, TO GIVE SEIZIN OF LAURENCELAND IN COYTY.

[G. G. F.]

1 Oct. 13 Hen. IV. 1411.

Noverint universi per presentes me Laurencium Berkerolles militem dominum de Coytyff ordinasse constituisse fecisse et in loco meo posuisse dilectum michi in Christo Johannem Stradelyng meum verum et fidelem attornatum ad deliberandum plenam et pacificam seisinam Johanni Machon . Johanni ap Willym Vechan . capellanis . et Johanni Thomas de Coytyff de omnibus terris et tenementis pratis boscis pasturis et vastis cum pertinentiis vocatis Lawrenceyslond que quondam magister Laurencius de Turberville tenuit infra dominium de Coytiff prout in quadam carta inde eis confecta plenius continetur . Ratum habiturum et gratum quicquid idem Johannes Stradelyng nomine meo fecerit in premissis. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum apposui.

Datum apud Coytyff primo die Octobris anno regni Regis Henrici quarti post conquestum terciodecimo.

Label and seal gone.

MCIV.

QUIT-CLAIM BY WILLIAM GAMAGE, LORD OF COYTY, TO JOHN DE STRADELING, *ALIAS* DE ANNE, OF RIGHT TO LANDS AND TENEMENTS HELD BY THE SAID JOHN BY GIFT OF SIR LAURENCE BERCROULES, LORD OF COITY, WITHIN THE LORDSHIP OF COITY.

[ORIGINAL IN POSSESSION OF MR. G. G. FRANCIS.]

20 OCT. 13 HENRY IV. A.D. 1411.

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit WILLELMUS GAMAGE dominus de COYTY salutem in domino sempiternam. Noveritis me concessisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis imperpetuum quietumclamasse JOHANNI de STRADELING'[1] alias JOHANNI de AUNE, heredibus suis et assignatis totum jus meum et clameum quod habui habeo seu aliquo modo imposterum habere potero in omnibus illis terris et tenementis pratis pasturis boscis et vastis cum omnibus suis ubique pertinentiis que quondam predictus JOHANNES habuit ex dono et feoffamento domini LAURENCII BERCROULES domini de COITY et que sibi de[s]cendebant post decessum magistri LAURENCII TURBERVILL' prout jacent particulatim per certas [metas] et bundas antiquas infra dominium de COITY et prout patet per quandam cartam feodi simplicis inde sibi confectam. Ita quod nec ego predictus WILLELMUS nec heredes mei nec aliquis alius nomine nostro aliquod jus vel clameum in omnibus predictis terris et tenementis pratis pasturis boscis et vastis cum omnibus suis pertinentiis decetero exigere seu vendicare poterimus in futurum set de omni accione juris simus exclusi imperpetuum per presentes. Et ego vero predictus WILLELMUS GAMAGE et heredes mei omnia predicta terras et tenementa prata pasturas boscos et [vasta cum] omnibus suis ubique pertinentiis predicto JOHANNI de STRADELING alias JOHANNI de AUNE heredibus suis et assignatis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic

presenti quieteclamancie mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Gilberto Denys milite . Roberto Walssche . Johanne ap Jevan ap Hoel . Johanne Eyre juniore . Johanne Bonevill' et multis aliis.

Datum apud Coity die Martis vicesimo die mensis Octobris . Anno regni Regis Henrici quarti post conquestum terciodecimo.

Seal: red wax. A shield of arms; three lozenges conjoined in bend, on a chief as many escallops. Suspended by a strap or guige from a tree. Within a traceried panel.

'SIGILLUM . WILLELMI . GAMAGE.'

(1) Destradeling', MS.

MCV.

GRANT BY JOHN MACHON AND OTHERS TO JOHN DE STRADELYNG THE YOUNGER, OTHERWISE DE ANNE, OF LAURENCELAND IN COYTY.

[G. G. F.]

23 Oct. 13 Hen. IV. 1411.

Sciant presentes et futuri quod nos Johannes Machon . Johannes ap Willym Vaghan capellani et Johannes Thomas de Coytyff dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Johanni de Stradelyng[1] juniori alias Johanni de Aune omnia terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinentiis vocatas Laurenceyslond que magister Laurencius de Turberville quondam persona ecclesie de Coytchurch tenuit infra dominium de Coytiff que habuimus de dono et feoffamento domini Laurencii de Berkerolles prout per quandam cartam feodi simplicis inde nobis confectam plenius patet. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa prata pasturas et vasta cum omnibus suis pertinentiis predicto Johanni de [Stradelyng] heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitali domino feodi illius per

redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et nos vero predictus JOHANNES MACHON JOHANNES ap GWILLIM VAGHAN et JOHANNES THOMAS et heredes nostri omnia predicta terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinentiis predicto JOHANNI de STRADELYNG[1] juniori alias JOHANNI de AUNE heredibus suis et assignatis contra omnes gentes imperpetuum warantizabimus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . GILBERTO DENYS milite . JOHANNE le EYRE juniore . JOHANNE BONEVILL' et aliis.

Datum apud COYTYFF die Veneris vicesimo tercio die mensis Octobris anno regni Regis HENRICI quarti post conquestum terciodecimo.

Slits for three labels, which, with the seals, are gone.

(1) Destradelyng, MS.

There was a family of Van, sometimes called de Avne, in the county, of whom Stradling may have married an heiress. It is interesting to find that John Destradelyng, the younger, was also known by the name Aune.

MCVI.

INQUISITION AFTER THE DEATH OF SIR LAURENCE BERKEROLLES, KNIGHT.

[G. G. F.]

7 DEC. 13 HEN. IV. 1411.

INQUISITIO POST MORTEM LAURENTII BERKROLLS, MILITIS.

Inquisicio capta apud NEWNAM die Lune proxima post festum Sancti ANDREE apostoli anno regni Regis HENRICI quarti post conquestum XIII$^{mo.}$ coram JOHANNE DERHURST Escaetore domini Regis in comitatu GLOUCESTRIE ac Marchia WALLIE eidem comitatui adjacente[1] virtute brevis ejusdem domini Regis eidem Escaetori directi et huic inquisicioni consuti per sacramentum JOHANNIS JOCE . JOHANNIS STAURE . JOHANNIS CLERKE de BLAKSMORSHALE . WALTERI BENGHAM . THOME STAURE . RICARDI BROOKE . WILLELMI STAURE .

Walteri Marchall . Johannis Smyth . Willelmi Winshull . Walteri Waddman . et Ricardi Winchull . qui dicunt super sacramentum suum quod Laurentius Berkerolle chivaler in dicto brevi nominatus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit in maneriis de Estnorchard Marthermawre et Lanfey in Oggmoresland cum pertinenciis in Marchia predicta. Et quod idem Laurentius dicta maneria de Estnorchard et Marthermaure cum pertinenciis tenuit de Ricardo domino le Despenser infra etatem et in custodia domini Regis existente ut de dominico suo de Kerdyf per servicium medietatis unius feodi militis. Et quod dictum manerium de Lanfey cum pertinenciis tenuit de domino Rege et de ducatu suo Lancastrie per servicium quarte partis unius feodi militis. Et dicunt quod predictum manerium de Estnorchard cum pertinenciis valet per annum in omnibus exitibus ultra reprisas vii. marcas. Et quod predictum manerium de Marthermaure cum pertinenciis valet per annum in omnibus exitibus vii. marcas. Et manerium de Lanfey valet in o. e. u. r. vii. marcas. Et dicunt quod Edwardus Stradlinge et Johannes Stradlinge sunt consanguinei et propinquiores heredes predicti Laurentii . videlicet Edwardus filius Willelmi filii Wenthelan unius sororum et heredum predicti Laurentii et predictus Johannes filius Sare alterius sororum et heredum predicti Laurentii. Et dicunt quod predictus Edwardus est etatis xxii. annorum et amplius. Et predictus Johannes Stradling est etatis lx. annorum et amplius. Et dicunt ulterius quod quidam Ricardus Turburvill fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de castro manerio et dominio de Coityf et de maneriis de Newcastle Newland et Lanhary cum pertinenciis in comitatu Glamorgancie in Marchia predicta et inde de tali statu obiit seisitus sine herede de corpore suo . post cujus mortem predicta castrum manerium et dominium de Coityf et m. de N. N. et L. cum pert. descenderunt prefato Laurentio ac quibuscunque Isabelle filie Ricardi Stakepole Johanni de la Beer chivaler et Willelmo Gamage defunctis consanguineis et heredibus predicti Ricardi Turburvill similiter defuncti, videlicet prefato Laurentio ut filio et heredi

Katerine unius sororum et heredum predicti Ricardi Turburvill et predicte Isabelle ut filie predicti Ricardi Stakepole filii Margarete alterius sororum et heredum predicti Ricardi Turburvill etiam defuncti. Qui quidem Laurentius predicta castrum dominium manerium de Coytif et m. p. de N. W. et H. cum pert. intravit ut de jure suo et predictorum Isabelle Johannis de la Beer chivaler et Willelmi Gamage. Et sic ea continue tota vita sua occupavit usque xviii. diem Octobris anno regni domini Regis xiii. quo idem Laurentius obiit. Et dicunt quod Johanna que fuit uxor Ricardi Vernon chivaler est propinquior heres predicte Isabelle videlicet filia predicti Ricardi Stakepole filii predicte Margarete et est etatis xl. annorum et amplius. Et Thomas de la Beer est propinquior heres predicti Johannis de la Beer chivaler videlicet filius Johannis filii predicti Johannis de la Beer chivaler et est etatis novem annorum et amplius. Et quod predictus Willelmus Gamage est propinquior heres predicti Willelmi Gamage filii predicte Sare videlicet filii Gilberti filii predicti Willelmi filii Sare sororis predicti Ricardi Turburvill et est etatis xxx. annorum et amplius. Et quod predicta castrum dom. et m. de C. et m. de N. N. et L. tenentur de dicto Ricardo domino le Despenser infra etatem et in custodia domini Regis existente ut de dominio suo de Kerdyf per servicium medietatis unius feodi militis. Et dicunt quod predicta manerium et dominium de Coitif valent per annum in omn. exit. ult. repr. iiii$^{xx.}$ iiii$^{li.}$ Et dictum manerium de Newcastle v. p. a. in o. e. c solidos. Et etc. Newland etc. xl$^{s.}$ Et etc. Lanharry etc. x$^{s.}$ Et quod predicti Edwardus Stradling' et Johannes Stradling' sunt heredes predicti Laurentii propinquiores in forma predicta qua superius declaratur.

Et dicunt ulterius dicti jur[atores] quod predictus Laurentius nulla alia terras seu tenementa tenuit dicto die quo obiit de predicto domino Rege in capite nec aliquo alio modo, neque aliis[2] in comitatu et Marchia predictis. In cujus etc.

Data etc.

No seals. The document appears to be a copy, transcribed inaccurately in several places.

Endorsed—'Inquisitio post mortem Laurencii Berkerolles 13 Henrici 4ti. 1411.'

(1) adjacentibus, MS. (2) Queque de aliis, one of the MSS.

There are two copies of this document in possession of the Royal Institution of South Wales, at Swansea, to which the Francis Charters, noted in this work as G. G. F. now belong.

This inquisition throws light upon the descent of several important manors in the Lordship of Glamorgan, and disentangles in great part what would otherwise have been an almost hopeless genealogical confusion.

Sir Payn Turberville, of Coity, was father of (I.) Sir Gilbert Turberville, who died s.p.; (II.) Sir Richard, who died, s.p.l.; (III.) Wenllian, married Sir Roger Berkerolles; (IV.) Margaret, married Sir Richard Stackpole; (V). Agnes, married Sir John de la Bere; (VI.) Sarah, married William Gamage. The estate was settled upon the sisters and the heirs male of their bodies in succession. These were :—

I. Sir Laurence Berkerolles, who died 1411, s.p. II. Wenllian Berkerolles, married Sir Edward Stradling, of St. Donats, and had Sir William, father of Edward Stradling, age 22 in 1411, the elder heir. III. Sarah Berkerolles, married — Stradling, and had John Stradling, age 60 in 1411.

I. Richard Stackpole, father of Isabel Stackpole, who probably died before the question of heirship arose. II. Joan Stackpole, age 40 in 1411, married Richard Vernon, and had Sir Richard Vernon.

I. John de la Bere, father of Thomas de la Bere, age 9 in 1411. II. Elizabeth de la Bere, married Sir John St. John, and had Sir John St John, of Fonmon. III. Susan de la Bere, married Sir Elias Bassett, of Beaupré, and had issue.

I. William Gamage, father of Gilbert, father of William Gamage, age 30 in 1411.

Eventually, after various life interests, and much legal dispute, Coyty, Newcastle, Newland and Llanharry, the old Turberville estate, passed to the descendants of Sarah Turberville by William Gamage. The final heiress, Barbara Gamage, married Sir Robert Sydney, Earl of Leicester. On the failure of the male line of the Sydneys, the estates were divided and sold.

The Berkerolles estates descended naturally in a different channel. The name first appears near Bassaleg in Monmouthshire, in a declaration by Bishop Uchtred of Llandaff, tested at Bassaleg, and confirmed in 1146 by the whole synod of Llandaff. In the Cartulary of St. Peter of Gloucester mention is made of the land of William de Berkerola (1155), probably one of Fitz Hamon's followers. In 1165 Roger de Berkerol held one fee in Gloucestershire, under William, Earl of Gloucester (*Liber Niger*, 1163). But this may include Monmouth and part of Glamorgan. Sir Roger, Cecilia his wife, and William and Robert their sons, joined in confirming Sir William's gift to Glastonbury. Roger's name is preserved in the ruins of his Castle of Rogerston, on the Ebbw River. Another William attests a charter by Countess Isabel of Gloucester, 1213-1216 (*N. Mon. IV.* 634). A William also appears in a 'Quod damnum" inquisition, as to the Abbot and Convent of Clyve, 1291-2.

It was probably about this time that they settled in Glamorgan. The Nerbers in 1165 held four fees under the Earl of Gloucester, apparently in St. Tathan's, which included Orchard, and one of those fees in 1315 was held by William Berkeroles, who in 1320 held 3½ fees in St. Tathan's which included East Orchard, where the family settled. Sir Roger, who died 11th November, 1351, granted East Orchard to his eldest son, Gilbert. Gilbert died before his father, and was followed by Sir Laurence, his brother, aged 14 in 1352, who held the 3½ fees, and died childless, seized of East Orchard. The next owner, and the last of the family upon record, was Sir Laurence, whose inquisition is given above, and who held the manors of Orchard and Merthyr-mawr under Cardiff; Lanfey under the Duchy of Lancaster, Coyty Castle and Lordship, Newcastle, Newland, and Llanharry manors and advowsons, and the manor of Basalleg.

Some mutilated effigies of a cross-legged Knight and his lady in St. Woolos' Church are thought to represent early members of the family. The later members are buried and have effigies at St. Tathan's.

The Coyty manors descended as explained above. The Berkerolles manors, East Orchard, Lanfey, and Merthyr-mawr, descended to the Stradlings, and on the extinction of that family, were sold.

MCVII.

CITATION OF THE BISHOP OF LLANDAFF FOR WRONGING THE HOUSE OF MARGAM CONCERNING THE TYTHING OF AVAN, LANGONED, Etc.

[B. M. Harl. Charter 75 A. 3.]

24 Mar. A.D. 1413.

Nicholaus de Transaquis decretorum doctor domini nostri Pape capellanus et ipsius sacri Palatii apostolici causarum et cause ac partibus infrascriptis ab eodem domino nostro Papa auditor specialiter deputatus . Universis et singulis dominis abbatibus prioribus prepositis decanis archidiaconis scholasticis thesaurariis cantoribus custodibus tam cathedralium quam collegiatarum canonicis parochialium rectoribus ecclesiarum et locatenentibus eorundem presbiteris curatis et non curatis plebanis viceplebanis capellanis vicariis perpetuiis clericis et notariis seu tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et diocesim Landavensem ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum ad quem vel ad quos presentes nostre littere pervenerint salutem in domino et mandatis nostris ymmo verius apostolicis firmiter obedire.

Noveritis quod nuper sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Johannes divina providentia Papa xxiii. quandam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit quam nos cum ea qua decuit reverentia recepimus tenorem qui sequitur continentem.

Dignetur B.V. causam et causas quam et quas movent seu movere intendunt devoti oratores vestri Johannes abbas et conventus monasterii beate Marie de Margan Cisterciensis ordinis Landavensis diocesis contra et adversus reverendum patrem dominum Johannem episcopum Landavensem de et super nonnullis injustis vexationibus et inquietationibus quas idem reverendus pater in suis visitationibus eis infert et inferre conatur de et super exhibitione productione et probatione juris et canonici tituli que habent et habere pretendunt in et ad ecclesias

parochiales de Penthlyn de Avene et de Langwneth dicte diocesis necnon ad percipiendum et exigendum certas decimas infra dictam diocesim Landavensem ac aliis in dicta causa deducendis et ipsius occasione uni ex venerabilibus et circumspectis viris vestri sacri Palatii apostolici causarum auditoribus committere audiendum cognoscendum et fine debito terminandum cum omnibus et singulis suis emergentibus dependentibus moderantibus et connexis . Et cum potestate citandi dictum reverendum patrem episcopum Landavensem ac omnes alios et singulos sua interesse putantes in Romana curia et extra quotiens opus fuerit . Non obstante quod causa hujusmodi non sit forsan de sua natura ad curiam Romanam legitime devoluta seu in eadem de juris necessitate tractanda sive facienda.

In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori littere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba videlicet 'de mandato domini nostri Pape audiat magister Nicolaus citet ut petitur et justitiam fatiat.'

Post cujus quidem commissionis sive supplicationis cedule presentationem et receptionem fuimus per discretum virum magistrum Johannem Bloduel clericum Assavensis diocesis in Romana curia procuratorem et dictorum domini Johannis abbatis et conventus monasterii beate Marie de Morgan dicte Landavensis diocesis principalium in dicta nobis facta et presentata commissione principaliter nominatorum procuratorem prout de sue procurationis mandato nobis legittimis constabat atque constat documentis coram nobis constitutum debita cum instantia requisiti quatenus sibi citationem extra Romanam curiam et ad partes contra et adversus reverendum patrem dominum Johannem episcopum Landavensem ex adverso principalem etiam in antedicta nobis facta et presentata commissione ex adverso principaliter nominatum omnesque alios et singulos quorum interest vel qui sua putaverint interesse tam conjunctim quam divisim juxta vim formam et tenorem commissionis presentaret nobis ut premittitur presentate in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur.

Nos igitur NICOLAUS auditor prefatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam et consonam rationi volentesque in causa et causis hujusmodi rite et legittime procedere ac partibus ipsis dante domino justitiam ministrare ut tenemur . Idcirco vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet in solidum conjunctim vel divisim auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa primo secundo tertio et peremptorie requirimus et monemus vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in solidum in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena quam in vos et vestrum quemlibet canonica monicione premissa fecimus in hiis scriptis nisi feceritis quod mandamus districte precipiendo mandantes quatinus infra sex dierum spatium post presentacionem seu notificationem presentium vobis vel alteri vestrum factam immediate sequentium quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies pro tertio et peremptorie termino ac monicione canonica vobis universis et singulis assignamus ita tamen quod in hiis exequendis alter alterum non expectet nec unus pro alio se excuset prefatum reverendum patrem dominum JOHANNEM episcopum LANDAVENSEM ex adverso principalem omnesque alios et singulis quorum interest vel qui sua putaverint interesse tam conjunctim quam divisim in ipsorum propriis personis si ipsorum presencias commode habere poteritis alioquin in hospiciis habitacionum suarum si ad ea tutus pateat accessus et in cathedrali LANDAVENSI sin autem in dicta cathedrali LANDAVENSI ecclesia ac aliis ecclesiis parrochialibus sub quibus degunt et morantur infra missarum sollennia dum ibidem populi multitudo convenerit ad divina aliisque ecclesiis et locis publicis quibuscunque ubi quando et quotiens expediens fuerit semel et pluries simul vel successive postquam pro parte dictorum dominorum JOHANNIS abbatis et conventus dicti monasterii beate MARIE principalium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra ymmo verius apostolica publice alta et intelligibili voce peremptorie citare curetis. Itaque verisimile sit citationem hujusmodi ad eorum noticiam pervenire ne de premissis et infrascripta aliquam ignorantiam pretendere valeant seu etiam allegare quos nos etiam tenore

presentium sic citamus quatinus centesima die post citationem hujusmodi per vos vel alterum vestrum eis factam immediate sequenti si dies ipsa centesima juridica fuerit et nos vel alius forsan loco nostri surrogandus auditor si quem interim forsitan in causa et cause hujusmodi surrogari contigerit Rome in Palatio causarum apostolico in quo jura reddi solent vel alibi ubi tunc forsan idem dominus noster Papa cum sua curia residebit ad jura reddendum pro tribunali sederimus vel sederit . Alioquin proxima die juridica extunc immediate sequente qua nos vel predictum forsan surrogandum auditorem in dicto palatio causarum apostolico mane hora causarum ad jura reddendum pro tribunali sedere contigerit per se vel procuratorem seu procuratores suos ydoneos ad causam seu causas hujusmodi nobis commissas sufficienter instructos cum omnibus et singulis actis actitatis litteris instrumentis viribus privilegiis processibus et aliis suis monimentis ad causam et causas hujusmodi fatientibus ac eam seu eas quomodolibet tangentibus et concernentibus compar[e]ant in judicio legittime coram nobis vel predicto forsan loco nostri surrogando auditore prefatis domino JOHANNI abbati et conventui principalibus seu eorum legittimo procuratori de et super omnibus et singulis in dicta nobis facta et presentata commissione contentis de justitia responsuri ac in causa et causis hujusmodi ad omnes et singulos actus gradatim et successive et usque ad diffinitivam sententiam inclusive debitis et consuetis terminis et dilationibus precedentibus ut moris est processuri et procedi visuri aliasque dicturi facturi audituri allegaturi et recepturi quod justitia suadebit et ordo dictaverit rationis. Certificantes nichilominus eosdem citatos quod sive in dicte citationis termino ut premissum est comparere curaverint sive non Nos nichilominus aut dictus forsan loco nostri surrogandus auditor in causa et causis hujusmodi ad partes coram nobis comparentes et causam seu causas hujusmodi prosequi volentes instantiam ad premissa omnia et singula prout justum fuerit procedemus seu procedet dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Diem vero citationis hujusmodi atque formam et quicquid in premissis feceritis seu alter vestrum fecerit nobis per

vestras patentes litteras aut instrumentum publicum harum litterarum nostrarum seriem seu designationem in se continentem seu continens remissis presentibus fideliter intimare curetis. Absolutionem vero omnium et singulorum qui prefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerrint seu incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras seu presens publicum instrumentum hujusmodi nostram citationem in se continentem seu continens exinde fieri et per Dominicum notarium publicum nostrumque et hujusmodi nostram cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus ac sigilli venerabilis et circumspecti viri domini Johannis de Thomariis de Bononia decretorum doctoris coauditoris nostri quo carentes nostro proprio sigillo ad presens utimur fecimus appensione muniri.

Datum et actum Rome in domo habitacionis nostri sita in rigione Parionis sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tertio decimo inditione vi. die Veneris vicesima quarta mensis Martii hora vesperorum vel quasi Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Johannis Pape xxiii. predicti anno tertio. Presentibus ibidem discretis viris magistro Johanne Hessen de Weuer notario publico scribaque nostro et Nicolao Vfhaolcz clericis Patebriensis et Basiliensis Diocesis testibus ad premissa notatis specialiter et rogatis. In penultima linea ubi legitur publico scribaque nostro et postea sequitur et Nicolao etc. cassatum et correctum fuit per me notarium infrascriptum.

Et ego Dominicus Theuli canonicus Beneventanus publicus apostolica auctoritate notarius dictique venerabilis et circumspecti viri domini Nicolai auditoris et cause hujusmodi coram eo scriba . Quia dicte citationis petitioni ejusque decreto ac omnibus aliis premissis dum sic ut premittitur agerentur et fierentur unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi . Ideoque presens publicum instrumentum propria manu scriptum de mandato dicti domini auditoris exinde confeci sub-

scripsi et publicavi et in hanc publicam formam reddegi signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli dicti domini JOHANNIS auditoris signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Seal, pointed oval, 3in. by 1¾in. Device, Our Lord rising from the tomb, in a niche with Gothic tracery. In the right base a shield of arms; an eagle displayed.

Legend—'S'. IOHA . . . . . DE THOMARIIS. DECRE. . . . . PALAC'. APLI'. CAR'. AUDITOR'.'

Endorsed as the title prefixed.

MCVIII.

GENERAL PARDON BY KING HENRY V. TO THE ABBOT OF MARGAM.

[MARGAM CHARTER.]

12 OCT. 3 HEN. V. 1415.

HENRICUS DEI gratia ANGLIE et FRANCIE et dominus HIBERNIE omnibus ballivis et fidelibus suis ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Sciatis quod de gratia nostra speciali de assensu dominorum spiritualium et temporalium ad requisitionem communitatum regni nostri ANGLIE in ultimo parliamento nostro existencium perdonavimus et relaxavimus WILLELMO MURYK abbati de MARGAN et ejusdem loci conventui omnimodos transgressiones offensas mesprisiones contemptus et impeticiones per ipsos ante octavum diem Decembris ultimo preteritum contra formam statutorum de liberatis pannorum et capiciorum factos sive perpetratos unde punicio caderet in finem et redempcionem aut in alias penas pecuniarias seu imprisonamenta statutis predictis non obstantibus. Ita tamen quod presentes perdonacio et relaxacio non cedant in dampnum prejudicium vel derogacionem alicujus alterius persone quam nostre dumtaxat. Et

insuper ex mero motu nostro ob reverenciam Dei et caritatis intuitu perdonavimus eisdem abbati et conventui sectam pacis nostre que ad nos versus ipsos pertinet pro omnimodis prodicionibus murdris raptibus mulierum rebellionibus insurreccionibus feloniis conspiracionibus ac aliis transgressionibus offensis neglegenciis extorsionibus mesprisionibus ignoranciis contemptibus concelamentis et decepcionibus per ipsos ante dictum octavum diem Decembris qualitercumque factis sive perpetratis murdris per ipsos post decimum nonum diem Novembris ultimo preteritum perpetratis si que fuerint exceptis unde judicati rectati vel appellati existunt . Ac eciam utlagarias si que in ipsos hiis occasionibus fuerint promulgate et firmam pacem nostram eis inde concedimus . Dum tamen iidem abbas et conventus controfactores mistere monete et cunagii multiplicatores et lotores auri et argenti cum cuneo nostro cunatorum et tonsores monete nostre probatores communes et notorii latrones seu felones qui abjuracionem fecerant non existant. Ita tamen quod stent recto in curia nostro si quis versus eos loqui voluerint de premissis vel aliquo premissorum. Et ulterius de uberiori gratia nostra perdonavimus et relaxavimus eisdem abbati et conventui omnimoda escapia felonum catalla felonum et fugitivorum catalla utlagatorum et felonum de se deudanda vasta impeticiones ac omnimodos articulos itineris destrucciones et transgressiones de viridi vel venacione vendiciones boscorum infra forestas et extra et alias res quascumque ante dictum octavum diem Decembris infra regnum nostrum Anglie et partes Wallie emersas et eventas unde punicio caderet in demandam debitum seu finem et redempcionem aut in alias penas pecuniarias seu in forisfacturam bonorum et catallorum aut imprisonamenta seu amerciamenta communitatum villarum vel singularium personarum seu in oneracionem liberi tenementi eorum qui numquam transgressi fuerunt ut heredum executorum vel terre tenencium escaetorum vicecomitum coronatorum et aliorum hujusmodi et omne id quod ad nos versus ipsos pertinere possent (*sic*) ex causis supradictis . Ac eciam omnimodas donaciones alienaciones et perquisiciones per ipsos de terris et tenementis de nobis vel progenitoribus nostris quondam regibus

Anglie in capite tentis . Ac eciam donaciones alienaciones et perquisiciones ad manum mortuam factas et habitas absque licentia regia necnon omnimodos intrusiones et ingressus per ipsos in hereditatem suam in parte vel in toto post mortem antecessorum suorum absque debita prosecucione ejusdem extra manum regiam ante eundem octavum diem Decembris factos una cum exitibus et proficuis inde medio tempore perceptis . Ac eciam perdonavimus et relaxavimus eisdem abbati et conventui omnimodos fines adjudicatos amerciamenta exitus forisfactos relevia scutagia ac omnimoda debita compota prestita arreragia firmarum et compotorum nobis vicesimo primo die Marcii anno regni nostri primo qualitercumque debita et pertinencia necnon omnimodas actiones et demandas quas nos solus versus ipsos vel nos conjunctim cum aliis personis seu persona habemus seu habere poterimus . Ac eciam utlagarias in ipsos promulgatas pro aliqua causarum supradictarum. Et insuper perdonavimus et relaxavimus eisdem abbati et conventui omnimodas penas ante eundem octavum diem Decembris forisfactas coram nobis seu consilio nostro cancellario thesaurario seu aliquo judicum nostrorum pro aliqua causa et omnes alias penas tam nobis quam carissimo patri nostro defuncto pro aliqua causa ante eundem octavum diem Decembris forisfactas et ad opus nostrum levandas ac omnimodas securitates pacis ante illum octavum diem Decembris similiter forisfactas. Ita quod presens perdonacio nostra quo ad premissa seu aliquod premissorum non cedat in dampnum prejudicium vel derogacionem alicujus alterius persone quam persone nostre dumtaxat. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste Johanne duce Bedfordie custode Anglie apud Westmonasterium duodecimo die Octobris anno regni nostri tertio

Fragmentary seal, white wax; second great seal of King Henry V. [See Birch, *Catal. of Seals* in Brit. Mus., No. 262.]

Endorsed—'Irrotulatur in memorandis scaccarii videlicet inter recorda de termino Sancti Michaelis anno quarto Regis Henrici quinti ex parte rememoratoris Regis in quodam processu tangente infrascriptum abbatem.'

MCIX.

GRANT BY JOAN RICHARD TO DAVID HER SON OF LAND IN COITY.

[G. G. F.]

2 FEB. 3 HEN. V. 1416.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNA RICHARD' quondam uxor JOHANNIS RICHARD de le WOODEMYLLE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi DAVID RICHARD filio meo unum messuagium et quindecim acras terre arabilis cum pertinenciis jacentes in COITYFHESLONDE quarum predictum messuagium et quinque acre terre vocate le BROODELONDE jacent in longitudine ibidem inter terram GILBERTI DENYS militis que quondam fuit WILLELMI SPENSER ex parte boriali et terram THOME ap MEURUC ex parte australi . et quinque acre terre jacent ibidem in uno loco vocato le SLADE in latitudine inter terram predicti GILBERTI DENYS militis ex parte boriali et terram domini de COYTIFF' que quondam fuit NICHOLAI YAGGE ex parte australi et longitudine vero jacent inter terram predicti NICHOLAI ex parte orientali et terram WILLELMI GETHYN ex parte occidentali, et quinque acre terre ibidem jacent in quodam loco vocato HERBERDHESTHORNE in longitudine inter terram JOHANNIS MILLEWARD ex parte occidentali et terram THOME TROYNE ex parte orientali. Habendum et tenendum predictum messuagium et quindecem acras terre cum suis pertinenciis predicto DAVID heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia prius debita et de jure consueta. Et ego vero predicta JOHANNA et heredes mei predicta messuagium et quindecim acras terre cum pertinenciis predicto DAVID heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus .

Gilberto Denys milite . Johanne de Aune . Johanne le Eyre juniore . Johanne Milleward . Johanne Hoskyn . et multis aliis.

Datum apud Coityff in festum Sancti Laurentii anno regni Regis Henrici quinti post conquestum tercio.

Seal gone.

Endorsed—'Brodelond.' Deed poll.

MCX.

INSPEXIMUS AND CONFIRMATION BY THE ARCHDEACON AND CHAPTER OF LLANDAFF OF THE BISHOP'S GRANT TO THOMAS COOKE OF LAND IN THE MANOR OF LANKE.

[Fonmon MS.]

The Morrow of St. Peter and St. Paul. 30 June. 1417.

Universis Sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes litere pervenerint archidiaconus et capitulum ecclesie cathedralis Landavensis salutem in Domino.

Noveritis nos inspexisse cartam reverendi in Christo patris et domini Johannis Dei gracia Landavensis episcopi in hec verba :—

Noveritis universi per presentes nos Johannem permissione divina Landavensem episcopum dedisse concessisse et hac presenti nostra confirmasse Thome Cooke quatuor acras terre in manerio nostro de Lanke que solebant esse de dominico nostro jacentes inter terras dominicas nostras et viam dictam Thucleue in latitudine et extendunt se a messuagio quondam Ade Raye usque viam dictam Cherchewey in longitudine . Et quatuor acras prati quorum una acra [et] dimidia prati jacent inter pratum nuper Llewelini Giffard ex parte una et pratum Johannis Henward junioris ex parte

altera et extendunt se in longitudine a prato vocato BRODEMEDE usque communem pasturam vocatam CRENEMORE et due acre [et] dimidia prati ad invicem jacent quarum due acre in clauso et dimidia acra prati ex parte una et pratum vocatum SCHORT MEDE nuper LLEWELINI GIFFARD ex parte altera et extendunt se in longitudine a parcella pasture vocata LE PAROCKE usque prata THOME BROVNFELD et JOHANNIS HADDELEY . Habendum et tenendum predictas quatuor acras terre et quatuor acras prati cum suis pertinenciis de nobis et successoribus nostris predicto THOME COOKE heredibus et assignatis suis libere quiete et in pace inperpetuum . Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris pro predictis quatuor acris terre quatuor solidos ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis et demandis secularibus salvis nobis et successoribus nostris sectis curiarum nostrarum per racionabilem summonitionem et heriettum cum acciderit. Et nos vero predictus JOHANNES et successores nostri predictas quatuor acras terre et quatuor acras prati cum suis pertinenciis prefato THOME heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto nostro sigillum apposui.

Datum in manerio nostro de LLANWKE die Lune proximo post festum purificacionis beate MARIE anno Domini millesimo cccc^mo. xvi^mo. et nostre consecrationis nono ac regni Regis HENRICI quinti post conquestum quarto [8 Feb. 4 HEN. V. 1417.]

Quas quidem tradicionem et concessionem modo quo prefertur factas utiles fore reputantes penitus et honestas et in nullo nobis aut successoribus nostris prejudiciales tractatu inter nos in domo nostra capitulari LANDAVENSI qui in hujusmodi tradicionibus et concessiones sub forma in dicto scripto contenta ratificandas et tenore presencium confirmavimus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus duximus apponendum.

Datum in domo nostra capitulari LANDAVENSI in crastino festi apostolorum PETRI et PAULI anno Domini millesimo cccc^mo. septimodecimo.

Seal in red wax, much broken, of a pointed oval form, about $2\frac{1}{2}$ by $1\frac{1}{2}$ inches. Device, the west front of a cathedral, with gable and lateral towers and spires; behind the gable is a central tower and spire.

Bishop John la Zouche, who appears from the above to have been consecrated in 1407, received the temporalities 7th June, 1408, and died about April, 1423.

MCXI.

QUIT-CLAIM BY JOHANNA AND ELSOT, DAUGHTERS OF DAVID GOGH OF WERNHALOC, TO DAVID AP HOPKYN AP GRIFFITH GETHIN, OF LAND AT WERNHALOC.

[Margam Charter No. 406.]

3 July. 5 Hen. V. 1417.

Universis Christi fidelibus presens scriptum v. vel a. [1] quod nos Johanna Gogh' et Elsot' Gogh' filie et heredes David Gogh' de Wernhaloc remisimus et relaxavimus et omnino pro nobis et heredibus nostris et assignatis quietum clamavimus imperpetuum David ap Hopkyn ap Griffith Gethin omnia terras et tenementa nostra apud Wernhaloc que quondam fuerunt Stephani Gogh' patris predicti David Gogh' jacentia inter terras Eve Gogh' et Mariete Goh' ex parte occidentali et australi et commune mariscum ex parte boreali et terras Isote Thomas ex parte orientali. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa cum suis pertinentiis predicto David heredibus et assignatis suis libere quiete bene et in pace jure hereditario imperpetuum de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et nos vero predicte Johanna et Elsot' et heredes nostri omnia predicta terras et tenementa cum suis pertinenciis predicto [David] heredibus et assignatis suis contra omnes homines warantizabimus [et] in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti [scripto] sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . domino Johanne Seint John' milite . tunc senescallo Goiherie . Galfrido Dalyngr' bedello

ibidem . JOHANNE THOMAS de LANDIMOR' . ROGERO THOMAS . HOPKYN ap THOMAS ap M[ADO]c et multis aliis.

Datum et confectum apud SWEYNNES' . tercio die mensis Julii anno regni Regis HENRICI quinti post conquestum quinto.

Two seals, red wax, mere lumps ; one shewing no impression, the other bears an outlined shield.

(1) Some words omitted here in the original.

MCXII.

GRANT BY JOHN [MOWBRAY], EARL MARSHAL AND OF NOTTINGHAM, LORD OF MOWBRAY, SEGRAVE, AND GOWER, TO ROGER JOUDRELLE, OF A BURGAGE IN SWANSEA.

[MARGAM CHARTER.]

12 NOV. 5 HEN. V. 1417.

Sciant presentes et futuri quod nos JOHANNES comes mareschallus et NOTYNGHAMIE mareschallus ANGLIE dominus de MOWBRAY de SEGRAVE et de GOWER dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus ROGERO JOUDRELL' heredibus et assignatis suis unum burgagium cum pertinentiis [in] SWEYNESEYE quod jacet inter tenementum nuper THOME GIBBE ex parte orientali et tenementum RICARDI HORTON' ex parte occidentali et fossatum ballie castri ex parte boriali et regalem viam ex parte australi. Habendum et tenendum de nobis et heredibus nostris prefato ROGERO heredibus et assignatis suis imperpetuum. Reddendo inde nobis et heredibus nostris redditus servicia et consuetudines pro predicto burgagio ab antiquo debitas et de jure consuetas. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum nostrum apponi fecimus. Hiis testibus . JOHANNE SEINT JOHN' milite senescallo ibidem . DAVID ap HOPKYN locum tenente ibidem . JOHANNE BUNT preposito ibidem . THOMA MALIFAUNT . JOHANNE SOPER . JOHANNE PACY et multis aliis.

Datum in castro nostro de SWEYNESEYE sub sigillo cancellarie nostre XII°· die Novembris . Anno regni Regis HENRICI quinti post conquestum quinto.

Seal, fragmentary, in creamy-white wax.

Obverse. Mounted knight riding to the proper left, on a background replenished with flowers.

Reverse. A large shield, apparently, per pale, *dex.*, a lion rampant, MOWBRAY; *sin.*, a lion rampant, crowned, SEGRAVE; but only the sinister lion is clear.

Supporters, two lions sejant guardant, addorsed, each holding an ostrich feather.

MCXIII.

VERDICT OF A JURY AS TO COMMON LANDS CLAIMED BY THE ABBOT OF MARGAM AGAINST THE BURGESSES OF AVAN.

[G. G. F.] 9 MAY, 1420.

Be hyt knowyn to all men by thys present wrettyng that ther war serten varyance betwixt thabbott of MORGAN of that on partye and the Kynges burgesys of the town of AVEN of that other partye for serten londes beyng as comyns on to the said burgeses. Wher apon ther was XII. trewe men chargyd in a jure within the cortt of the seyd town of AVEN betwyxt the forseyd abbott and the seyd burgeses. Wher upon the seyd jure past and fownd and left by ther othys the seyd londes in variaunce all comyns on to the seyd burgeses and inhabytains of the seyd town in this maner frome the Kinges wall in to the Walsche wall cald KLAYTH PENFOLD (?) in . . . and so northwyse from the river cald AVON . . . to the full see mark and in lyke maner the other parte of the seyd londes in varyance from the PYLL marck to the full see marck also the . . . land ys cald LYTLOK . . . the borouse wall. In wetness wher of we DD ap JEVAN . THOMAS ap . . . HOPKYN GWALLER . WILLIAM ap HOPKYN . GREFFYTH ap WYLLIAM .

THOMAS MYLLE (?) . RYCHARD DYE . THOMAS GOVER . DAVID ap RYS DUY (?) . THOMAS VACHAN . LLEWELYN ap JEVAN ap HOPKYN . JANKYNE ap JEVAN . being the forseyd jure to this ther verdyct hath put to ther selles att AVON. At AVON the IX[th] day of Maye in the yere of our Lord God A M[mo.] CCC XX[o.]

Avan was a borough under the lords of Glamorgan, the family of Avene, or Avan, being its mesne lords. On the death and attainder of Thomas le Despenser in 1400, the Lordship and the wardship of the infant children fell to the Crown, when the burgesses might have a sort of excuse for calling themselves King's burgesses, but on the marriage of Isabel le Despenser, then sole heiress, with Richard Beauchamp, about 1414, he had livery of her lands (2 Henry V.), and it does not appear how, in 1420, the term came to used.

MCXIV.

GRANT BY THOMAS PHIPPE, OF COYTY, TO DAVY PHIPPE, OF COYCHURCH, OF LAND IN THE LORDSHIP OF COYTIFFE.

[G. G. F.]

10 AUGUST. 8 HENRY V. 1420.

Sciant presentes et futuri quod ego THOMAS PHIPPE de COYTIFF dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi DAYY PHIPPE de COYCHURCHE fratri meo unam acram et dimidiam terre cum pertinenciis apud BENETYSLYE in dominio de COYTIFFE jacentes inter GVRMUNDYSHILLE et SUYLI . . . . [que] quondam fuerunt JEVAN COCTA. Habendum et tenendum predictam acram et dimidiam terre cum omnibus suis pertinenciis predicto DAVY PHIPPE heredibus et assignatis suis de capitalibus dominis feodi [illius per redditus et servi]cia inde debita et de jure consueta imperpetuum. Et ego vero predictus THOMAS [et heredes mei] predictam acram et dimidiam terre cum omnibus suis pertinenciis predicto [DAVY PHIPPE con]tra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . PH . . . MILWARD . . . . . . de . JOHANNE BONEVYLL et multis aliis.

Data apud COYTIFFE decimo die mensis Augusti anno regni Regis HENRICI quinti post conquestum octavo.

MCXV.

GRANT BY JOHN BLONCAYNEL TO ROBERT MONSEL OF LAND IN PENMAYN.

[G. G. F.] Circa 1420.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Bloncaynel dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Roberto Monsel filio Henrici Monsel xx. duas acras et dimidiam terre arabilis in feudo de Penmayn pro servicio suo quarum septem acre cum pertinenciis jacent in campo australi tendentes in longitudine a via communi in velis que ducit apud Oxinewyche ex parte orientali usque ad fontem que dicitur Langedich ex parte occidentali jacentes in latitudine a terra Ade Hering ex parte australi usque ad terram meam propriam quam David Wrench tenet ex parte boriali, et unam acram que jacet in Stedworlango in parte zepheri cujus unum capud tendit ad Altum Busche ex parte orientali aliud capud usque ad Elles ex parte occidentali, et unam acram et dimidiam que jacet in Worlango villa in parte occidentali et superiori, et duas acras et dimidiam que jacent juxta terram ecclesie in Worlango que dicitur Ricrofte in parte boriali vie que ducit ad Sweynese, et novem acras et dimidiam que jacent juxta novam foveam in campo orientali a via que tendit ad Sweynese ex parte boriali usque ad viam viridem que ducit ad fontem beate Marie de Pennard ex parte australi, et unam acram que dicitur Buttisacra que tendit a via viride predicta ex parte boriali usque ad terram que vocatur Wotlond ex parte australi. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere et quiete honorifice et in pace. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui ad festum Pasche octo denarios sterlingorum pro omni servicio et seculari demanda salvo servicio regali tante terre pertinente. Et ego vero Johannes Bloncaynel et heredes mei predicto Roberto Monsel et heredibus suis totam predictam terram pro redditu predicto contra homines et feminas imperpetuum warantizabimus.

Item ego Johannes Bloncaynel dedi predicto Roberto Monsel unum mesuagium in villa de Penmayn in quo mansit Johannes Gibelot et ortum et aliud mesuagium in quo mansit Thomas Largus et ortum sub eadem libertate qua ei predictam terram concessi . Et unum molendinum quod faciemus inter me et predictum Robertum. Habendum sibi et heredibus suis dimidietatem illius molendini diebus meis et totum post dies meos. Et ut hac mea donacio rata sit et stabilis huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Phillipo de Neth tunc senescallo Goherie . Waltero Monsell tunc constabulario de Gouher . Martino clerico tunc scriptore castri . Roberto de Penris . Johanne de Wylers militibus . Hugone Purvic . Ricardo de Barri . Henrico Monsel . Henrico de Wodiet . et multis aliis.

Seal lost.

This appears to be virtually a duplicate of DCCCXCVII., the date of which is given as *circ.* 1320. See the note at the end of that text.

MCXVI.

CONFIRMATION OF PRIVILEGES BY RICHARD BEAUCHAMP, EARL OF WORCESTER, TO THE BURGESSES OF CARDIFF.

[Cardiff Corporation.]

20 April. 9 Hen. V. 1421.

Ricardus de Bello Campo comes Wigornie dominus le Despenser et de Bergevenny omnibus fidelibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Inspeximus confirmacionem Thome le Despenser domini Glamorgancie et Morgancie patris Isabelle consortis nostre quam fecit burgensibus nostris de Kaerdiff in hec verba. (Vide No. mlxxiii.)

Et nos igitur prefatus Ricardus de Bello Campo comes Wigornie de uberiori gracia nostra concessimus prefatis burgensibus nostris heredibus et successoribus suis infra burgum nostrum predictum residentibus quod si ipsi aut eorum aliquis accusatus vel attachiatus fuerit imposterum in comitatu nostro Glamorgancie pro

aliqua ffelonia infra libertates burgi nostri predicti emergente que in eodem comitatu nostro debet triari et terminari quod iidem burgenses eorum heredes et successores et eorum quilibet inde per burgenses burgi nostri predicti et non per forinsecos comitatus triari et terminari possint vel possit ad primum vel secundum comitatum Glamorgancie postquam ipsos vel eorum aliquem sic accusari vel attachiari contigerit. Concessimus etiam prefatis burgensibus nostris eorum heredibus et successoribus infra burgum nostrum predictum residentibus quod si ipsi aut eorum aliquis ponantur vel ponatur in processu propter ffeloniam in aliqua curia curiarum nostrarum membrorum dominii nostri Glamorgan' et Morgan' quod ipsi burgenses eorum heredes et successores et eorum quilibet in comitatu nostro Glamorgan peti et ibidem per sex burgenses burgi nostri predicti et per sex de visineto dominii nostri predicti triari et terminari possint vel possit futuris temporibus duraturis. Ita quod ipsi vel eorum aliquis in aliqua curia curiarum nostrarum predictarum cum manuopere non capiantur nec capiatur.

Concessimus insuper et ordinavimus et per presentes ordinamus quod constabularius noster de Kaerdiff qui pro tempore fuerit sit major burgi nostri predicti prout antiquitus fieri consuevit. Et de burgensibus nostris predictis eligantur duodecim burgenses de magis sufficientibus et discretioribus ejusdem burgi qui coram nobis prestent sacramentum ad burgum nostrum predictum bene et fideliter gubernandum. Et quod iidem duodecim burgenses imposterum nominentur aldermanni burgi nostri predicti. Et quod ad festum Sancti Michaelis archangeli proxime futurum et quolibet anno imposterum iidem predicti aldermanni et burgenses nostri predicti eligant de dictis burgensibus nostris quatuor homines de sufficientibus qui perantea vocabuntur portreves de quibus constabularius noster de Kaerdiff eligat duos nomine nostro qui imposterum nominati erunt ballivi burgi nostri predicti. Et quod eligant etiam duos servientes cum baculis vocatis mases de armis nostris portantes qui imposterum nominati erunt sergentes. Et quod dicti ballivi et servientes sacramentum suum

ad dictum burgum nostrum cum dictis aldermannis bene et fideliter gubernandum ac denarios et custumas inde nobis debitas colligendum et levandum coram constabulario nostro in scaccario nostro de Kaerdiff prestabunt prout de antiquo fieri consuevit. Et quod decedente aliquo aldermanno infra burgum nostrum predictum residui aldermanni superstites alios vel alium de magis sufficientibus et discretioribus burgensibus burgi nostri predicti loco suo eligant et eos vel eum constabulario nostro de Kaerdiff pro tempore existente presentent qui coram ipso tamquam majore suo sacramentum suum prestabunt vel prestabit modo supradicto. In cujus rei testimonium huic presenti carte confirmacionis nostri et donacionis nostre predicte sigillum cancellarie nostre de Kaerdiff duximus apponendum. Hiis testibus . Willelmo abbate de Morgan . Lleisand abbate de Neeth . Johanne de Stradlyng milite tunc vicecomite nostro Glamorgancie . Johanne de Sancto Johanne . Olivero de Sancto Johanne . Gilberto Denys et Edwardo de Stradlyng militibus . Johanne Lauerence . Waltero Moreton . Roberto Walsch et aliis. Teste me ipso apud Kaerdiff vicesimo die mensis Aprilis anno regni Regis Henrici quinti post conquestum nono.

The seal, large and of green wax, is reduced to the central two inches. The Earl, in plate armour, the base of a crest remaining on his closed helmet, rides to the proper right. The arms on his shield are Beauchamp with a crescent on the fess, and le Despenser, quarterly. On the reverse a heater-shaped shield bears the same arms very boldly cut. The seal hangs by a parchment label. The charter is in but tolerable condition. The ink is pale and occasionally rubbed off, and the membrane is in holes at the foldings.

MCXVII.

INSPEXIMUS AND CONFIRMATION BY RICHARD DE BEAUCHAMP, EARL OF WORCESTER, OF THE CHARTER OF THOMAS LE DESPENSER TO THE BURGESSES OF NEATH, WITH GRANT OF FURTHER PRIVILEGES.

[Francis's Neath.]

1 May. 9 Hen. V. 1421.

Ricardus de Bello Campo comes Wigornie [dominus le Despenser] et de Abergavenny omnibus fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem.

Inspeximus confirmationem Thome le Despenser domini Glamorgan et Morgan patris Isabelle consortis nostre quam fecit burgensibus nostris de Neath in hec verba. (Vide No. mlxxv.)

Et nos igitur Ricardus de Bello Campo de uberiori gratia nostra concessimus eisdem burgensibus nostris eorum heredibus et successoribus infra burgum nostrum predictum residentibus quod si ipsi aut eorum aliquis ponantur in processu in comitatu vel in aliis curiarum nostrarum dominii nostri Glamorgan et Morgannucke quod ipsi burgenses eorum heredes et successores et eorum quilibet infra hundredum nostrum de Neeth peti et ibidem triari possint vel possit futuris temporibus duraturis vel si aliquis vel eorum aliqui accusatus aut attachiatus fuerit imposterum in comitatu seu in aliqua curia curiarum nostrarum dominii nostri de Glamorgan et Morgannucke propter felonia quod peti infra curiam nostram de Neeth's Land possint vel possit et ibidem triari et terminari debeant per burgenses burgi nostri predicti non per forinsecos et ulterius omnes libertates predictas pro nobis et heredibus nostris tam de novo per nos concessas quam per predictos antecessores nostros prius datas predictis burgensibus et eorum antecessoribus ratificamus et confirmamus et huic presenti scripto sigillum cancellarie nostre de Kaerdiff apposuimus. Hiis testibus . venerabilibus viris Willelmo abbate de Margan . Leysant abbate de Neath . Johanne Stradling tunc

vicecomite nostro Glamorgan . Johanne de Sancto Johanne . Gilberto Denys et Edwardo Stradling militibus . Johanne Lawrence . Waltero Moreton . Roberto Walsh armigeris et aliis. Teste me ipso apud Cardyffe primo die Maii anno regni Regis Henrici quinti post conquestum Anglie nono.

Of the witnesses the Sheriff was of St. Donatts; St. John of Fonmon; Denys seems to have acquired a large property south of Bridgend with his wife Joan le Eyre; Walsh was of Llandough Castle by Cowbridge; his daughter and heiress married Walsh, who was of Goston. Lawrence is unknown. The Abbot of Margam was William Meyrick.

Francis's text, from which this is derived, is very incorrectly copied from the original.

MCXVIII.

CONFIRMATION CHARTER OF RICHARD, EARL OF WORCESTER, TO THE BURGESSES OF KENFIG.

[Original at Kenfig.]

1 May. 9 Hen. V. 1421.

Ricardus de Bello Campo comes Wigornie Dominus Le Despenser et de Bergavenny omnibus fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem.

Inspeximus confirmacionem Thome Le Despenser et domine Elizabethe consortis sue quam fecit burgensibus nostris de Kenfeg de libertatibus eorum in hec verba. (Vide No. mlxxiv.)

Et nos igitur prefatus Ricardus de Bello Campo comes Wigornie pro eo quod per cartas progenitorum nostrorum concessum fuit prefatis burgensibus nostris quod si aliquos de burgensibus nostris ville nostre predicte ad comitatum nostrum Glamorgancie aliquo tempore attachiari contigerit quod medietas inquisicionis que super eos capi debeat sit de burgo ville nostre predicte et altera medietas de visineto. Ac jam ad supplicacionem predictorum burgensium ville nostre predicte concessimus [quod quocies contigerit ali]quos de dictis burgensibus

ad comitatum nostrum GLAMORGANCIE aliquo tempore imposterum attachiari quod inquisi[cio inde super eos fiat mo]do supradicto ad primum secundum vel tercium comitatum GLAMORGANCIE post quem ipsos vel eorum [aliquem ibidem debituros attachiari contigerit ita quod non] sit communis aut notarius latro. Ac eciam [. . . . don]aciones et concessiones predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et h[eredibus nostris dictis burgens]ibus nostris concedimus et confirmamus easque tenore presencium innovamus. Volentes et concedentes imperpetuum pro [nobis et heredibus nostris quod carta predicta] confirmacionis nostre et donacionis nostre predicte in omnibus et singulis articulis suis firmiter et [in]violabiliter observetur [aliqua] interrupcione non obstante. In cujus rei testimonium huic presenti carte confirmacionis et donacionis nostre sigillum c[ancellarie nostre de KAERDIFF] apposuimus. Hiis testibus . venerabilibus viris WILLELMO abbate de MARGAM . LLEISANT abbate de NETH . JOHANNE STRADELYNG tunc vicecomite nostro GLAMORGANCIE et MORGANCIE . JOHANNE de SANCTO JOHANNE . OLIVERO de SANCTO JOHANNE . GILBERTO DENYS et ED[WARDO STRADELYNG] militibus . JOHANNE LAURENCE . ROBERTO WALSSHE . et WALTERO MORETON armigeris . et multis aliis. Teste meipso apud KAERDIFF primo die Maii anno regni Regis HENRICI quinti post conquestum nono. WIGRYM.

Richard Beauchamp, Lord Bergavenny, married Isabel, who by the death of her brother Richard had become heiress of Glamorgan, and was in ward to the Crown. They were married 27th July, 12 Henry IV., 1411, and he had livery of her lands 2 Henry V. He was created Earl of Worcester 1420, and died 18th March, 1422. This Charter therefore was granted seven years after he had had livery, ten months before his death, ten days after that to the burgesses of Cardiff, and on the same day with that to the burgesses of Neath.

MCXIX.

GENERAL RELEASE BY SIR GILBERT DENYS TO SIR EDWARD STRADELYNG.

[G. G. F.]

1 Nov. 9 Hen. V. 1421.

Noverint universi per presentes me Gilbertum Denys militem remisisse relaxasse et omnino pro me et heredibus meis imperpetuum quietum clamasse Edwardo Stradelyng militi omnimodas acciones tam reales quam personales quas erga prefatum Edwardum habui habeo seu quovismodo habere potero a principio mundi usque in diem confeccionis presentium. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum apposui.

Datum primo die Novembris anno regni Regis Henrici quinti post conquestum nono.

Seal gone. Deed poll.

Endorsed—' Quittans of Sir Gilbard Denys.'

MCXX.

GRANT BY JOHN AP HOELL HYR, CHAPLAIN, TO THOMAS AP JEVAN AP DAVID, OF LAND IN WRYNSTONE.

[Brit. Mus., Add. Chart., 24,303.]

3 Feb. 9 Hen. V. 1422.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes ap Hoell Hyr capellanus dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Thome ap Jevan ap David omnia terras et tenementa mea prata boscos pasturas et vasta que habeo in feodo de Wrynstone quondam Roberti Elys. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus pertinentiis predicto Thome heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predictus Johannes ap Hoell Hyr capellanus et heredes mei omnia predicta terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinentiis predicto Thome heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . Roberto Sevoll . Hoell ap Thomas . Richard of Yrlound . Edward Dalden . Jacobo Mulwert . et multis aliis.

Data apud Wrynstone tertia die Februarii anno regni Regis Henrici quinti post conquestum ix^{o}.

MCXXI.

QUIT-CLAIM BY DAVID AP HOPKYN AND JOHN HIS SON, TO WILLIAM CLEMENT AND MATILDA MARLE, HIS WIFE, OF A BURGAGE IN SWANSEA, IN THE STREET OF THE FISHERMEN.

[G. G. F.] 21 April. 1422.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit David ap Hopkyn et Johannes ap David filius predicti David ap Hopkyn' salutem. Noveritis nos prefatos David et Johannem remisisse relaxasse et omnino de et pro nobis et heredibus nostris imperpetuum quietumclamasse Willelmo Clement et Matildi Marle uxori ejus in possessione existentibus heredibus et assignatis suis imperpetuum totum jus nostrum statum et clameum que unquam habuimus habemus seu quovis modo infuturum habere poterimus de et in uno burgagio cum pertinenciis in villa de Swaynsey jacente in vico piscatorum inter tenementum magistri hospitalis beati David ibidem ex parte boriali et tenementum Yevan ap David ap Robert ex parte australi et extendit se in longitudine a regali via ex parte orientali usque ad tenementum Johannis Wyllym ex parte occidentali. Ita quod nec nos prefati David et Johannes nec heredes nostri nec aliquis alius per nos pro nobis aut nomine nostro aliquod jus vel clameum de vel in predicto burgagio cum pertinenciis nec in aliqua parcella eorundem decetero exigere clamare vel vendicare peterimus nec debemus quovismodo infuturum set ab omni accione juris et clamei inde exigendi seu habendi simus penitus exclusi imperpetuum per presentes. Et nos vero predicti David et Johannes et heredes nostri predictum burgagium cum pertinenciis prefatis Willelmo et Matildi heredibus et assignatis eorum contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti scripto nostro sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Willelmo

SMYTH, vicario de SWAYNSEY predicta . JOHANNE DYER capellano . JOHANNE ROBERT . JOHANNE BOUNT . WILLELMO AUSTYN et multis aliis.

Datum apud SWAYNSEY supradictam vicesimo primo die Aprilis anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo.

Seal lost.

MCXXII.

SAFE-CONDUCT BY HENRY V., AS PRINCE OF SOUTH WALES, TO THOMAS, ABBOT OF MARGAM, AND JOHN, ABBOT OF NEATH, FOR THEIR COMING INTO THE COUNTIES OF CARMARTHEN AND CARDIGAN.

[MARGAM CHARTER.]

24 APRIL. 10 HEN. V. 1422.

HENRICUS Dei gratia Rex ANGLIE et FRANCIE et dominus HIBERNIE omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem.

Sciatis nos dedisse et concessisse dilectis nobis THOME abbati de MARGAN' et JOHANNI abbati de NETHE et eorum cuilibet salvum et securum conductum veniendi recidendi reveniendi commorandi et salvo permanendi ubicunque eis placuerint infra comitatus de KERMERDYN et CARDIGAN cum omnibus eorum bonis et catallis a die confectionis presentium quousque ex parte camerarii nostri SOUTHWALLIE vel ejus locum tenentis premunicionem habuerint septem dierum absque arrestacione gravamine molestacione occasione aut impedimento aliquali. In cujus rei testimonium sigillum cancellarie nostre SOUTHWALLIE presentibus est appensum.

Datum apud KERMERDYN xxiiij$^{to\cdot}$ die Aprilis anno regni nostri decimo.

Royal seal of the chancery of SOUTH WALES, creamy-white wax, imperfect.

Obverse. The king in plate armour, with loose sleeves charged with the Royal arms of FRANCE modern and ENGLAND quarterly, shield of the same arms,

sword, helmet, chapeau [and crest], riding on an armorially caparisoned horse, which is galloping to the right over rough ground. Background diapered with foliage.

'. . . . . PRO . PRINCIPATU . SOUTHWAL . . . . .'

Reverse. A shield of the Royal arms (as above) in an elegantly-carved quatrefoil panel. Background diapered with foliage.

'. . . . . HENRICI . QUINTI . DEI . GRACIA . REGIS . ANGL' . ET . FFRANCIE . ET . DOMINI . . . .'

MCXXIII.

EXTRACT FROM THE COMPOTUS OF THE PREPOSITUS OF ROATH.

[COMMUNICATED BY MR. J. S. CORBETT, OF CARDIFF.]

TEMP. HEN. VI.

Recepcio forisfacturarum ut in precio diversorum aueriorum domino fforisffactorum et de x*li.* VI*s.* receptis de WALTERO MORTON constabulario castri domini de KAERDYFF necnon receptore denariorum domini ibidem ut in pretio diversorum animalium et affrorum provenientium de bonis et catallis diversorum tenentium domini nomine districtionis et domino forisfactis per tempus compoti prout patet per papirum de scaccario dicti domini . Unde II*s.* ut in pretio unius boviculi de arreragiis LLEWELINI GETHYNE ultimi praepositi de CLONE . II*s.* VIII*d.* ut in pretio unius vacce de arreragiis LLEWELINI ap JEUAN ap IUOR ultimi bedelli de GLYNROTHENEY . II*s.* VIII*d.* ut in pretio XIII. bidentum IIII*d.* ut in pretio unius affr' fe. de arreragiis MEURIC ap JEUAN COME praepositi de RUDRY . XVI*d.* ut in pretio unius boviculi XV*d.* ut in pretio unius affr' mac. XV*d.* ut in pretio alterius affr' mac. et XXI*d.* ut in pretio unius vacce de arreragiis DAVID VAUGHAN ultimi bedelli de MESKYNNE XX*s.* ut in pretio III. boum VII*s.* ut in pretio unius bovis II*s.* VI*d.* ut in pretio unius vacce VII*s.* ut in pretio unius affr' mac. de arreragiis JOHANNIS MEYLOC ultimi praepositi de ROOTH . X*s.* ut in pretio unius bovis et unius vacce

de arreragiis RICARDI ROLBYN (parchment torn here) praepositi de ROOTH VIIs. ut in pretio unius bovis de arreragiis JOHANNIS ap DAVID VAURE nuper praepositi de ROOTH IIII. (parchment torn) in pretio unius bovis IIIIs. ut in pretio unius vacce de arreragiis JOHANNIS MEYLOC ultimi praepositi de ROOTH VIIs. XI*d*. ut in pretio XXXV. bidentium et IIIs. IIII*d*. ut in pretio duorum boviculorum de arreragiis GRUFFITH ap LLEWELIN GOUGH ultimi bedelli de SENGH' SUBTUS XX*d*. ut in pretio unius boviculi de arreragiis praedicti GRUFFITH ap LLEWELIN GOUGH ultimi bedelli de SENGH' SUBTUS . VI*d*. ut in pretio unius affr' mac. de arreragiis LODEWYCY MATHEWE ultimi coronatoris comitatus Xs. ut in pretio III. vaccarum . IIIs. IIII*d*. ut in pretio unius boviculi de arreragiis LLEWELIN GETHYN ultimi praepositi de CLONNE IIs. ut in pretio duorum boviculorum de arreragiis ROSSER ap LLEWELIN ultimi praepositi de SENGH' SUPRA IIIs. ut in pretio unius bovis de arreragiis THOME CATELEY firmarii de LYQWYTH MORE etc. Post visum VIs. VIII*d*. ut in pretio II. boum de arreragiis DAVID VAUGHAN nuper bedelli de MESKYNNE IIIIs., ut in pretio unius vacce unius juvence de onere JEVAN HYRE bedelli de MESKYNE XLs. (parchment torn) . . . pretio III. boum et LXVIII. bidentium de onere JEVAN ap IVOR HYRE bedelli de SENGH' SUBTUS IIIs. IIII*d*. ut in pretio unius vacce cum vitulo JEVAN ap JOR' HYRE bedelli de MESKYNNE Vs. X*d*. unius vacce cum vitulo et duorum boviculorum de onere GRONO ap JESTIN bedelli de GLYNROTHENEY XXXs. (indistinct) ut in pretio duorum affrorum mac. quatuor vaccarum et duorum boviculorum unde I. fe. de arreragiis JOHANNIS WYLLYME ultimi bedelli de COYTYFF ANGLICANA XII*d*., ut in pretio unius boviculi de onere praedicti JEVAN ap JESTIN HYRE bedelli de MESKYNE XII*d*. de pretio unius boviculi de onere DAVID LLOYDE . collectoris tallagii de MESKYNNE XII*d*., ut in pretio unius affr' mac. de onere dicti DAVID et VIs. VIII*d*., ut in pretio unius bovis de JOHANNE ap JACOB VAURE praepositi de ROOTH.

Summa X*li*. VIs. —— per praepositum.

Aff., for Affrus, a plough horse. See Pipe Roll of the Bishopric of Winchester, 1208-9, by H. Hall.
Affr. mac., maculatus, probably a spotted or piebald plough horse.
Affr. fe. may be ferreus or ferrugineus.

This, which may be regarded as a local pipe-roll for the amounts received from the Prepositus of the chief Lord is undated, but relates probably to the earlier quarter of the 15th century. The Prepositus, in boroughs, the mayor or chief of the municipality, in ordinary parishes was the chief officer of the executive, the bedell or bailiff being the second. Both were annually elected by the freeholders.

The extract not only gives the offices, but the names of the officers, in most cases for the current year, but when there are arrears, of their predecessors in office. It may be noted that all the prepositi and bailiffs here named are native Welsh. The constable is Norman, and the single farmer named, Cateley, is no doubt English. The Welshmen are unknown even to local fame, save two, Lewis Mathew, a member of a well-known family, and Meyioc or Mayloc, who is known as a landowner, and whose family were lords of the manor of Lystalybont, near Cardiff. In the lordship it does not seem the custom for the sheriff to supply the compotus. Here that duty is performed by the prepositi, and sometimes even by the bailiffs.

Watkyn Morton married, 9 Henry V. (1421-2), Gwenllian, daughter and co-heir of Robert Walsh, of Llandough. He was constable of Cardiff Castle in 1424, and at this time receiver of the lord's money. Of prepositi, 8 are named; of bailiffs, 9; one coroner, one collector of tallage, one farmer of Lyqwythmore, probably Leckwith moor on the Ely. The sum of the receipts is £10 6s., chiefly derived from the sale of stock.

MCXXIV.

EXTRACTS FROM INQUISITIONS AFTER DEATH OF SIR WILLIAM GAMAGE, KNIGHT, RELATING TO HIS LANDS IN GLAMORGAN.

[Brit. Mus. Harl. MS., 4,028, f. 131.]

7 Hen. V. A.D. 1419.

Anno septimo Henrici quinti, no. 66.

Guilelmus Gamage chivaler duas partes de Westende de Caldecote manerio Roggeyate manerio, in marchiis Wallie tentas de Rege in capite per servitium militare et advocationem ecclesiæ in Marchiis tentam de Comite Marchiæ. Duas partes manerii de Lamaghes in Marchiis Walliæ predictis tentas de prefato Comite per servitium, Coytiff castrum, manerium Lanhary, manerium Newland, maneria tenta in Coytiff vocata Laurence-land et Jordanes-place alias Fairfeild, Newcastle Hundred . etc.

Obiit seisitus de Castro de Coitiff in dominico suo ut de feodo talliato sibi et hæredibus suis de corpore suo exeuntibus, et de duabus partibus manerii et

dominii de COITIFF cum advocacionibus ecclesiarum de COYTIFF et ecclesiæ Sanctæ BRIGIDÆ minoris in predicta Marchia quæ tenentur de RICARDO de BELLOCAMPO Domino de GLAMORGAN et MORGANNOK per quod servitium ignorant. Obiit seisitus de manerio de LANGHARY cum advocacione ecclesiæ ejusdem manerii in Marchia predicta quod manerium tenetur de prefato RICARDO de BELLO CAMPO per quod servicium ignorant. Obiit seisitus in dominico suo ut de feodo talliato sibi et hæredibus suis masculis de corpore suo exeuntibus de manerio de NEWLAND cum pertinentiis in predicta Marchia WALLIÆ tento de prefato RICARDO de BELLO CAMPO per quod servitium ignorant . LAURENSLOND infra Dominuim de COYTIFF similiter talliato et similiter tento . JORDANS PLACE infra dictum Dominium similiter tento. Obiit 27 ultimo preterito . Inquisitio capta die Lunæ proximo ante festum Omnium Sanctorum anno septimo HENRICI quinti. Et quod THOMAS GAMAGE est filius et hæres propinquior predicti GUILELMI ætatis quindecim annorum et amplius.

Altera Inquisitio capta die Mercurii Sanctæ FIDIS virginis anno octavo HENRICI quinti in comitatu GLOUCESTRIÆ et Marchiis WALLIÆ post mortem predicti GUILELMI GAMAGE chivaler . tenuit manerium de NEWCASTLE Hundredo cum pertinentiis in Marchiis WALLIÆ dicto comitatui adjacentibus sibi et hæredibus de corpore suo exeuntibus tentum de RICARDO de BEAUCHAMP comite WYGORNIENSI Dominio le DESPENSER et BERGAVENI per servitium militare et de duabus partibus manerii de Westende de CALDECOTE, cum pertinentiis in Marchiis WALLIÆ quæ duæ partes tenentur de Rege in capite per servitium militare, etc. Obiit in vigilia Sancti BARTHOLOMEI apostoli ultimo preterita et THOMAS est filius et hæres et fuit ætatis undecim annorum in Festo Omnium Sanctorum ultimo preterito et non amplius.

MCXXV.

BULL OF POPE MARTIN V. TO THE ABBOT OF MARGAM, EMPOWERING HIM TO EXCOMMUNICATE THOSE WHO HAD DESPOILED THE ABBEY OF NEATH.

[MARGAM CHARTER.]

11 APRIL. 6TH YEAR. 1423.

MARTINUS episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii de MORGAN LANDAVENSIS diocesis salutem et apostolicam benedictionem.

Significarunt nobis dilecti filii . . abbas et conventus monasterii beate MARIE de NEOTH CISTERCIENSIS ordinis LANDAVENSIS diocesis . quod nonnulli iniquitatis filii quos prorsus ignorat nemora ipsius monasterii accedere . et arbores abscidere ac asportare necnon decimas fructus redditus proventus emolumenta libros calices ornamenta ecclesiastica et nonnulla alia bona ad dictum monasterium spectancia temere et maliciose occultare et occulte detinere presumunt non curantes ea prefatis abbati et conventui exhibere in animarum suarum periculum ipsorumque abbatis et conventus ac monasterii non modicum detrimentum super quo iidem abbas et conventus apostolice sedis remedium implorarunt. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus . quatinus omnes hujusmodi occultos asportatores . et detentores decimarum fructuum reddituum proventuum et aliorum bonorum predictorum . et scientes ea occulte detineri ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per te vel alium moneas ut infra competentem terminum quem eis prefixeris ea prefatis abbati et conventui a se debita restituant et revelent ac de ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant . et si id non adimpleverint infra alium competentem terminum quem eis ad hoc peremptorie duxeris prefigendum extunc in eos generalem excommunicationis sentenciam proferas . et eam facias ubi et quando expedire videris usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari.

Datum ROME apud Sanctum PETRUM iij. Id' Aprilis . Pontificatus nostri anno sexto.

Pro N. de GENERANO. P. de WARTIMBERG.

The leaden bulla of the Pope is appended by a hempen cord.

Endorsed—'§ W. Gesler' (?) and in a modern hand—'Bull of Martin 5, a°. 6, relative to the plundering of the Abbey of Neath, and empowering the Abbot of Margam to excommunicate the parties.'

MCXXVI.

CITATION BY JOHANNES DE OPPICZIS, DECRET. DOC., OF THE PARTIES COMPLAINED OF BY JOHN MEURUCK, ABBOT OF MARGAM, RESPECTING THE TITHES OF THE MANOR OF MOREGRANGE.

[MARGAM CHARTER.] 13 APR. 1423.

JOHANNES de OPPICZIS decretorum doctor domini nostri Pape capellanus et ipsius sacri palacii apostolici causarum causeque et partibus infrascriptis ab eodem domino nostro Papa auditor specialiter deputatus. Universis et singulis dominis abbatibus prioribus prepositis decanis archidiaconis scolasticis cantoribus succentoribus thesaurariis custodibus sacristis canonicis tam cathedralium quam collegiatarum parochialiumque ecclesiarum rectoribus et locatenentibus eorundem plebanis viceplebanis capellanis curatis et non curatis ceterisque presbiteris clericis notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem et diocesim LANDAVENSEM et alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum ad quem vel ad quos presentes nostre littere pervenerint salutem in domino et mandatis nostris hujusmodi ymoverius apostolicis firmiter obedire.

Noveritis quod nuper sanctissimus in CHRISTO pater et dominus noster dominus MARTINUS divina providencia Papa quintus quandam commissionis sive supplicacionis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit quam nos cum ea qua decuit reverencia recepimus hujusmodi sub tenore :—

'Dignetur sanctitas vestra causam et causas appellacionis et appellacionum pro parte devotorum virorum WILHELMI MEURUCK abbatis et conventus monasterii beate MARIE de MORGANE ordinis CISTERCIENCIS LANDAVENSIS diocesis et dicti monasterii in partibus ad sanctam sedem apostolicam interposite et interpositarum a nonnullis monicionibus et citacionibus eis et eorum familiaribus seu firmariis factis emanatas per reverendum patrem dominum JOHANNEM episcopum LANDAVENSEM tam ex penso officio suo quam ad instanciam et procuracionem canonicorum et vicariorum ecclesie LANDAVENSIS contra quendam THOMAM WATKYN firmarium cujusdam grangie sive manerii vulgariter nuncupati MOREGRAUNGE ad dictum monasterium pertinentis et alios familiares dictorum abbatis et conventus de et super pensis decimis dicte grangie ac rebus aliis et eorum occasione ac aliis gravaminibus vexacionibus et perturbacionibus eisdem abbati et conventui et suo monasterio tam per prefatum episcopum quam ad procuracionem et instanciam dictorum canonicorum et vicariorum quam contra DAVID APADAM et JOHANNEM ELY capellanos dicte LANDAVENSIS diocesis omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes de et super premissis et eorum occasione illatis unacum toto negocio principali seu negociis principalibus committere alicui ex venerabilibus et circumspectis viris dominis vestri sacri palacii apostolici causarum auditoribus audiendas cognoscendas decidendas et fine debito terminandas cum omnibus et singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis et cum potestate citandi dictos dominum JOHANNEM episcopum ac canonicos et vicarios dicte ecclesie LANDAVENSIS et alios supradictos omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes tam conjunctim quam divisim in ROMANA curia extra et ad

partes tociens quociens opus erit. Non obstante si forsan causa et cause hujusmodi non sint ad dictam curiam legitime devolute neque in ea de juris necessitate tractande seu eciam finiende.'

In fine vero dicte commissionis sive supplicacionis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori littere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba videlicet :—

'De mandato domini nostri Pape audiat magister Johannes de Oppiczis citet ut petitur et justiciam faciat.'

Cujus quidem commissionis vigore citacione legitima una cum inhibicione extra Romanam curiam et ad partes per nos in forma solita et consueta decreta atque concessa subsequenter fuit nobis pro parte venerabilium et religiosorum virorum dominorum Wilhelmi Meuruck abbatis et conventus monasterii beate Marie de Morgane ordinis Cisterciensis Landavensis diocesis principalium in dicta nobis facta et presentata commissione principaliter nominatorum expositum cum querela quod nonnulli domini prelati judices officiales collegia capitula notarii et tabelliones publici alieque persone ecclesiastice et seculares dictarum civitatis et diocesis Landavensium et alibi constituti penes se habent et detinent et habentes sciunt et detinentes in eorum cistis scriniis notis prothocollis regestris et manualibus certa jura acta litteras scripturas instrumenta privilegia et munimenta causam et causas hujusmodi tangentes et tangencia pro cognicione cause hujusmodi necessarias et necessaria et sine quibus de presentis cause meritis nullatenus possit constare.

Quapropter fuimus pro parte dictorum dominorum . Wilhelmi Meuruck abbatis et conventus monasterii beate Marie de Morgane ordinis Cisterciensis Landavensis diocesis principalium debita cum instancia requisiti quatinus sibi de oportuno remedio providere litterasque compulsorias extra Romanam curiam et ad partes in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Johannes auditor prefatus attendentes requisicionem hujusmodi fore justam et consonam racioni quodque justa petentibus non est denegandus assensus

bonique judicis est cuncta rimari ne racione occultacionis jurium et munimentorum alicujus partium justicia valeat deperire. Idcirco auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet in solidum tenore presencium requirimus et monemus primo secundo tercio et peremptorie vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatinus infra sex dierum spacium postquam pro parte dictorum dominorum Wilhelmi Meuruck abbatis et conventus monasterii beate Marie de Morgane ordinis Cisterciensis Landavensis diocesis principalium vigore presentium super hoc fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequencium . quorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus. Ita tamen quod in hiis exequendis unus vestrum alium non expectet nec unus pro alio seu per alium se excuset ad prefatos dominos prelatos judices officiales collegia capitula notarios et tabelliones publicos aliasque personas ecclesiasticas et seculares ac loca per exhibitorem presencium vobis nominandos nominandas et nominanda personaliter accedatis seu alter vestrum accedat . eosque nichilominus auctoritate apostolica prefata requiratis et moneatis . quos nos eciam tenore presencium requirimus et monemus ac eis et eorum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandetis quibus precipimus et mandamus Quatinus infra duodecim dierum spacium post requisicionem et monicionem vestras hujusmodi immediate sequentium . Quorum duodecim dierum quatuor pro primo . quatuor pro secundo et reliquos quatuor dies ipsis et eorum cuilibet pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignetis ut nos eciam eisdem assignamus dicta jura . acta . litteras . scripturas . privilegia . instrumenta et munimenta quecunque causam et causas hujusmodi tangentes et tangencia originaliter seu eorum vera transsumpta in eorum formis originalibus aut ex eorum notis registris et manualibus vel ex originalibus hujusmodi in formam

publicam redactas et redacta vel sigillis auctenticis sigillata aut alias sub talibus modo et forma que eis in ROMANA curia et alibi in judicio et extra valeat merito fides plenaria adhiberi nichil addendo vel minuendo aut mutando quod facti substanciam immutet seu variet intellectum dictis dominis WILHELMO MEURUCK abbati et conventui monasterii beate MARIE de MORGANE predicti seu eorum sindicis legitimis aut procuratoribus vel presencium exhibitori sine difficultate et contradictione quibuscunque tradant et assignent ac transumi permittant faciant et procurent nobis vel alteri interim forsan loco nostri surrogando auditori ad ROMANAM curiam deferenda, satisfacto primitus illi vel illis cui vel quibus fuerit satisfaciendum de salario eorum competenti. Quod si aliqui dicta jura sive munimenta in abscondito seu alias contra dictorum dominorum WILHELMI MEURUCK abbatis et conventus monasterii beate MARIE de MORGANE predicti principalium vel eorum sindicum ac procuratorum voluntatem quomodolibet detineant . aut habentes sciant . detentores ipsos ad tradendum et scientes habere ad revelandum hujusmodi jura sive munimenta auctoritate nostra apostolica prefata per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compellatis Diem vero requisicionis et monicionis vestrarum hujusmodi et quanta fides dictis actis et munimentis fuerit adhibenda et quicquid in premissis vobis relatione dignum occurrerit fideliter intimare curetis. Quod si forte premissa omnia et singula prout ad vos et eos ac vestrum et eorum quemlibet pertinet non adimpleveritis seu adimpleverint cum effectu ac mandatis et monicionibus nostris hujusmodi ymoverius apostolicis non parueritis seu paruerint aut aliquid in contrarium feceritis seu fecerint vos per vos ipsi per se vel alium seu alios publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore in vos et eos ac vestrum et eorum quemlibet ac singulariter in singulos contradictores in hac parte et rebelles exnunc prout extunc dicta canonica monicione premissa excommunicacionis in capitula vero et collegia quecunque in hiis delinquencia suspensionis a divinis et in ipsorum delinquencium ecclesias et monasteria interdicti ecclesiastici sentencias ferimus in hiis scriptis et eciam promulgamus . absolucionem

vero omnium et singulorum qui prefatas nostras sentencias incurrerint seu incurrent quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras seu presens publicum instrumentum hujusmodi nostram compulsoriam in se continentes seu continens exinde fieri et per JOHANNEM notarium publicum nostrumque et hujusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli jussimus appensione communiri.

Datum et actum ROME in domo habitacionis nostre sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo vicesimo tercio indictione prima die vero MARTIS terciadecima mensis Aprilis Pontificatus prefati domini nostri Pape MARTINI quinti anno sexto. Presentibus ibidem discretis viris magistris JOHANNE HELLING et THOMA RODE in ROMANA curia procuratoribus. Testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Notarial mark of an ornamental cross, enclosing the initial letter 'I.'

Et me JOHANNE REBORGELLI clerico LUCIONENSIS diocesis publico apostolica et imperiali auctoritatibus notario reverendique patris domini JOHANNIS de OPPIZIS auditoris prefati et cause hujusmodi coram eo scriba qui premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et in hanc publicam formam redegi aliisque occupatus negociis per alium scribi feci et hic me manu mea propria subscripsi et signo meo solito et consueto unacum dicti domini auditoris sigilli appensione signavi . rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Endorsed—' 1423 : An appeal to Pope Martin the 5th from Meyrick, Abbot of Margan.'

Imperfect seal in white wax, faced with red, pointed oval, about 3in. by 2in. St. John the Baptist, with the Agnus Dei, in a canopied niche with tabernacle work at the sides. In base, under an arch, a doctor praying, kneeling to the left. Between two shields of arms, bendy of six.

'. . . . . DOCTORIS . AV . . . . . .'

MCXXVII.

CONFIRMATION OF PRIVILEGES BY ISABELLA, COUNTESS OF WORCESTER, TO THE BURGESSES OF NEATH.

[NEATH CORPORATION.]

24 APRIL. 1 HEN. VI. 1423.

ISABELLA comitissa WIGORNIÆ domina le DESPENSER GLAMORGANCIE et MORGANUCKE omnibus fidelibus ad quos praesens scriptum pervenerit salutem.

Inspeximus confirmacionem THOME le DESPENCER domini GLAMORGANCIE et MORGANUCKE patris nostri quam fecit burgensibus nostris de NEETH in haec verba.

THOMAS le DESPENSER filius et heres EDWARDI le DESPENSER [et cetera ut in charta priori. Vide No. MLXXV.]

Et nos igitur ISABELLA comitissa WIGORNIÆ de uberiori gratia nostra concessimus eisdem burgensibus nostris eorum heredibus et successoribus quod si ipsi aut eorum aliquis ponantur vel ponatur in processu in comitatu vel in aliqua curia curiarum nostrarum domini nostri GLAMORGANCIE et MORGANUCKE quod ipsi burgenses eorum heredes et successores et eorum quilibet infra hundredum nostrum de NEETH [placitari?][1] et ibidem triari et terminari possint vel possit futuris temporibus duraturis vel si aliquis vel eorum aliqui accusatus seu attachiatus fuerit imposterum in comitatu seu in aliqua curia curiarum nostrarum domini nostri GLAMORGANCIE et MORGANUCKE propter feloniam quod [placitari?][1] infra curiam nostram de NEETH'S LAND possint vel possit et ibidem triari vel terminari debent per burgenses burgi nostri predicti et non per forinsecos. Et ulterius omnes libertates predictas pro nobis et heredibus nostris tam de novo per nos concessas quam per predictos antecessores nostros prius datas predictis burgensibus et eorum successoribus ratificamus et confirmamus per presentes imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum cancellariæ nostræ de CARDYFFE apposuimus. His testibus . venerabilibus viris WILLELMO abbate de MARGAN . LEYSANO abbate de NEETH . JOHANNE STRADLING tunc vicecomite nostro

GLAMORGAN . JOHANNE [de] SANCTO JOHANNE . OLIVERO de SANCTO JOHANNE et EDWARDO STRADLING militibus . JOHANNE MERBERY . JOHANNE RUSSELL . ROBERTO ANDREW . JOHANNE LAWRENCE . ROBERTO WALSH . et aliis. Teste me ipsa apud CARDYFFE vicesimo quarto die Aprilis anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum primo.

(1) P'ti, MS.

Isabella was the daughter and eventual heiress of Thomas le Despenser, by Constance, daughter of Edmund of Langley, Duke of York. She was born at Cardiff, St. Anne's Day, 26th July, 1400 (1 Henry IV.), seven months after her father's death. Richard Beauchamp, her first husband, died 18th March, 1422 ; and 6th November, 1423, she married his cousin, Richard Beauchamp, Earl of Warwick, who was born 1381, and died 10th April, (17 Henry VI.), 1439. Isabella died a few months afterwards. It is noticeable that while she recites and confirms her father's charter of 1397, she makes no mention of her husband's charter of 1421.

MCXXVIII.

CONFIRMATION CHARTER, BY ISABEL, COUNTESS OF WORCESTER, OF PRIVILEGES, TO THE BURGESSES OF KENFIG.

[ORIGINAL AT KENFIG.]

1 MAY. 1 HEN. VI. 1423.

ISABELLA comitissa WYGORNIE domina le DESPENSER GLAMORGANCIE et MORGANCIE omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem.

Inspeximus confirmacionem THOME le DESPENSER domini GLAMORGANCIE et MORGANCIE patris nostri in hec verba. (Vide No. MLXXIV.)

Et nos igitur prefata ISABELLA comitissa WYGORNIE domina le DESPENSER GLAMORGANCIE et MORGANCIE pro eo quod [per] cartas progenitorum nostrorum concessum fuit prefatis burgensibus nostris quod si aliquos de burgensibus nostris [ville nostre predicte ad Comitatum] nostrum GLAMORGANCIE aliquo tempore [atta]ch[iari con]tigerit quod medietas inquisicionis que super eos capi debeat sit de b[urgensibus ville nostre] predicte et altera medietas de visineto. Ac jam

ad supplicacionem predictorum burgensium ville nostre predicte concessimus [quod quoties contigerit quod aliq]uos de dictis burgensibus ad comitatum nostrum G[LAMORG]ANCIE aliquo tempore imposterum attachiari quod inqusi[cio inde super eos fiat mo]do supradicto ad primum secundum vel tercium commotum GLAMORGANCIE postquam ipsos vel eorum [aliquem ibidem debituros attachiari contigerit. Ita quod non] sit communis aut notarius latro. Ac eciam [omnes? don]aciones et concessiones predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et h[eredibus nostris dictis burgens]ibus nostris concedimus et confirmamus easque tenore presencium innovamus. Volentes et concedentes imperpetuum pro nobis et heredibus nostris cartam [predictam] confirmacionis nostris et donacionis nostre predicte in omnibus et singulis articulis suis firmiter et [in]violabiliter observari [aliqua] interrupcione non obstante. In cujus testimonium huic presenti carte confirmacionis et donacionis nostre sigillum cancellarie nostre de KAERDIFF apposuimus. Hiis testibus . venerabilibus viris WILLELMO abbate de MARGAN . LLEISANT abbate de NETH . JOHANNE STRADELYNG tunc vicecomite GLAMORGANCIE . JOHANNE de SANCTO JOHANNE . OLIVERO de SANCTO JOHANNE . et EDWARDO STRADELYNG militibus . JOHANNE LAU[R]ENCE . ROBERTO WALSSHE . WALTERO MORETON . armigeris . et multis aliis. Teste me ipsa apud KAERDIEF primo die Maii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum primo.

A small fragment of the seal, of green wax, remains attached to the broad label. It has been of large size, and the folds of the drapery, probably of a figure on horseback, may be distinguished.

The Charter is written in enduring ink, upon excellent parchment, 24 ins. broad by 29 ins. long, including a broad fold of 3 ins., to which is attached the label for the seal. Save in the folds, at eight points, the Charter is well preserved. The writing is bold and excellent.

Sir John Stradling was second son of Sir William of St. Donats. John and Oliver St. John were probably brothers. There was a family of Andrews, lords of Cadoxton-juxta-Barry, of whom Robert Andrew may have been a member.

MCXXIX.

GRANT BY THOMAS AP JEVAN AP DAVY TO ROBERT MATHEW, OF LAND IN WRYNSTONE.

[Brit. Mus., Add. Chart., 24,304.]

3 Sept. 2 Hen. VI. 1423.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas ap Jevan ap Davy dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Roberto Mathew omnia terras et tenementa mea prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinentiis que habeo in feodo de Wrynstone ex dono et ffeoffamento Johannis ap Hoell Hyr capellani. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinentiis predicto Roberto heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitali domino feodi illius per redditus et servicia que ad illa pertinent. Et ego vero predictus Thomas et heredes mei omnia predicta terras et tenementa prata boscos pasturas et vasta cum omnibus suis pertinentiis predicto Roberto heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Edwardo Daldeyn . Hoewello ap Thomas . Jon Dracke . Willelmo Adam . Roberto Erin . et multis aliis.

Data apud Wrynstone tercio die Septembris anno regni Regis Henrici sexti post conquestum secundo.

A round seal, bearing a crowned R.

MCXXX.

COMMISSION BY JORDAN ORSINI, BISHOP OF ALBANO, TO THE ABBOT OF MARGAM, TO TAKE THE CONFESSION OF AND ENJOIN A PENANCE UPON DAVID CARDIGAN, PRIEST, WHO HAD KNOWINGLY AND CLANDESTINELY MARRIED DAVID AP JEVAN DALGRON AND ANGHARAT VERGH PHYLYP WYT, RELATIVES IN THE FOURTH DEGREE, Etc.

[Margam Charter.]

4 Id. (12th) Oct. 6th year of P. Martin V. 1423.

Jordanus [Orsini] miseratione divina episcopus Albanensis[1] religioso viro . . abbati monasterii de Morgan ordinis Cisterciensis Landavensis diocesis salutem in domino.

Ex parte David Cardigan . presbiteri dicte diocesis . nobis oblata petitio continebat quod ipse olim David ap Jevan Dalgron laicum et Angharat verch Phylyp Wyt mulierem prefate diocesis . quarto affinitatis gradu invicem conjunctos . scienter matrimonialiter clandestine copulavit . propter que excommunicationis suspensionis et interdicti incurrit sententias in tales per constitutiones provinciales et synodales et alias a jure generaliter promulgatas. Super quibus supplicari fecit humiliter idem presbiter sibi per sedem apostolicam misericorditer provideri. Nos igitur . auctoritate domini Pape cujus primarie curam gerimus . discretioni tue committimus quatinus . si est ita . ipsum presbiterum a dictis suis et excessibus hujusmodi et peccatis suis aliis que tibi confitebitur . nisi talia sint propter que merito sit sedes consulenda . predicta absolvas hac vice in forma ecclesie consueta. Et injuncta inde sibi pro modo culpe penitentia salutari quodque dictos David et Angharat pro posse moneat et inducat ut sibi super hoc faciant salubriter provideri. Eoque ad tempus prout expedire videris a suorum ordinum executione suspenso demum suffragantibus ei meritis alioque canonico non obstante super irregularitatem quam sic ligatus tamquam simplex et juris ignarus et non in contemptum clavium divina officia celebrando et alias

se inmiscendo eisdem contraxit dispenses auctoritate predicta misericorditer cum eodem.

Datum Rome apud Sanctam Mariam majorem iiij. Id. Octobr. Pontificatus domini Martini Pape anno sexto.

Bertrandus.

Endorsed—'T. Prys,' and 'David Cardigan, presbiter.'

Pointed oval seal, yellow faced with red wax, appended by a green hempen cord. Only a shield of arms, bendy of six, on a chief a cinquefoil, remains. Ensigned with a cardinal's hat.

'. . . . . sis . e . . . . .'

(1) Albano in Italy.

MCXXXI.

ROYAL GRANT OF THE TEMPORALITIES OF LLANDAFF, *SEDE VACANTE*, TO PHILIP LOWYS, CHANCELLOR, AND JOHN DAVY, CANON.

[Pat. Rot., 2 Hen. VI., p. 3, m. 9. B.M. Sloane MS., 4,604, f. 44.]

20 July. 2 Hen. VI. 1424.

De custodia temporalium episcopatus Landavensis commissa.

Rex omnibus ad quos, etc., salutem.

Sciatis quod de assensu et avisamento consilii nostri commisimus ad firmam magistro Philippo Lowys cancellario ecclesie cathedralis Landavensis et magistro Johannis Davy canonico ejusdem ecclesie temporalia episcopatus Landavensis in manu nostra ratione ultime vacationis ejusdem ecclesie existentis habendum per unum annum in casu quo dicta temporalia per tantum tempus ratione dicte ultime vacationis erunt in manibus nostris absque aliquo nobis pro temporalibus illis pro anno prædicto reddendo . proviso semper quod prefati Philippus et Johannes domos edeficia et clausuras temporalibus predictis pertinentia reparent et sustentent ac omnia alia onera eisdem temporalibus incumbentia sive spectantia supportent durante termino suo supradicto.

In cujus, etc. Teste Rege apud Westmonasterium xx. die Julii per breve de privato sigillo.

MCXXXII.

CHARTER BY RICHARD DE BEAUCHAMP, EARL OF WARWICK, WHEREBY HE INSPECTS:—(I.) THE CHARTER OF RICHARD DE BEAUCHAMP, EARL OF WORCESTER, LORD LE DESPENSER AND OF GLAMORGAN, ETC., AND OF ISABELLA, HIS WIFE, 24 AUGUST, 1421, WHEREIN IS INSPECTED:—(II.) THE CHARTER OF THOMAS LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, ETC., 18 FEBRUARY, 1397, WHEREIN IS INSPECTED:—(III.) THE CHARTER OF EDWARD LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, ETC., 2 JULY, 1358, WHEREIN IS INSPECTED:—(IV.) THE CHARTER OF HUGH LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, ETC., GRANTING VARIOUS PRIVILEGES TO THE BURGESSES OF THE TOWN OF LLANTRISANT, 4 MAY, 1346, AND CONFIRMING THE SAME, 20 OCTOBER, 3 HENRY VI. 1424.

[Original at Llantrisant.]

20 Oct. 3 Hen. VI. 1424.

Ricardus comes de Warwyck dominus le Despencer et de Glamorgancia et Morgancia omnibus fidelibus ad quos presentes litere pervenerint salutem.

Inspeximus confirmacionem Ricardi de Bello Campo comitis Wigornie domini le Despenser et de Glamorgancia et Morgancia et de Bergeveny et Isabelle consortis sue quam fecit burgensibus nostris de Lantrissen in hec verba.

(I.) Ricardus de Bello Campo comes Wigornie dominus le Despenser et de Glamorgancia et Morgancia et de Bergeveny omnibus Sancte matris ecclesie ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Noveritis nos inspexisse confirmacionem domini Thome filii et heredis domini Edwardi

le Despenser et domine Elizabethe consortis sue domini Glamorgancie et Morgancie quam fecit burgensibus nostris de Lantrissen de eorum libertatibus in hec verba.

(II.) Thomas le Despenser dominus Glamorgancie et Morgancie omnibus ballivis nostris omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Noveritis nos inspexisse confirmacionem bone memorie domini Edwardi patris nostri nuper domini Glamorg' et Morg' quam fecit burgensibus nostris de Lantrissen de eorum libertatibus in hec verba.

(III.) Edwardus le Despenser dominus Glamorg' et Morg' omnibus ballivis nostris et omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis nos inspexisse cartam bone memorie domini Hugonis le Despenser avunculi nostri domini Glamorg' et Morg' quam fecit burgensibus nostris de Lantrissen in hec verba.

(IV.) Hugo le Despenser dominus Glamorg' et Morg' omnibus ballivis et ministris suis ac aliis fidelibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis nos de gracia nostra speciali concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse dilectis burgensibus nostris ville nostre de Lantrissen quod ipsi et eorum successores liberi sint per totum dominium nostrum tam in Anglia quam in Wallia et easdem libertates habeant sicut habere solebant tempore antecessorum nostrorum et sicut burgenses nostri de Kerdyff habent ex concessione nostra ita quod ipsi liberi sint cum marchandisis in dominio nostro predicto et alibi ac eciam quod de omnibus bonis et rebus suis tam videlicet merchandisis quam aliis quieti et liberi sint imperpetuum de theolonio muragio pontagio pavagio picagio et kayagio necnon de omnibus aliis custumis et consuetudinibus infra dominium nostrum predictum. Concessimus eciam quod burgenses nostri predicti et successores sui libere legare possint omnia burgagia sua per ipsos adquisita tam de tenementis quam de redditibus cuicunque et quibuscunque ad voluntatem eorum voluerint. Et quod eidem burgenses nostri distringi non debeant exire antiquas libertates ville nostre

predicte contra eorum voluntatem ad aliqua facienda. Et tales sunt bunde libertatum eorum videlicet a terra vocata Lloyn Crym ex parte orientali usque ad regalem viam que ducit a predicta villa usque ad patriam de Glyn Rothne et a via que ducit de campo vocato Brinruth usque ad vadum quod dicitur Rydyponthelik ex parte occidentali et a terra tunc M[adoc] ap Cadogan Dorthy in boreali parte usque ad terram dominicam manerii nostri de Cloune in parte australi et a terra dominica ejusdem manerii nostri in parte orientali usque ad terram tunc Rees ap Oweyn et participum suorum in parte occidentali et a quodam fossato vocato Klavyth Gwylkyn vachan in parte boreali usque ad vadum vocatum Rid Golyn ex parte australi simul cum una acra terre et prati que jacet per se iuxta altam viam que ducit de Brinruth versus Coubrugge. Concessimus eciam quod burgenses nostri predicti esse non debeant receptores denariorum nostrorum nisi tantum de denariis exeuntibus de balliva prepositus ejusdem ville nostre nec aliquis seldam apertam de aliquibus merchandisis nec tabernam nec corf faciant in eadem villa nostra nisi fuerit cum predictis burgensibus nostris lotatum et scotatum et infra guldam libertatum receptus. Necnon concessimus eisdem burgensibus nostris quod ipsi et successores sui guldam inter eos facere possint quo tempore et quandocunque voluerint ad proficuum ipsorum. Et quod distringi non debeant pro debito alicujus nisi debitores et plegii pro eodem fuerint et quod nullus ballivus noster colore ballivie sue summoniciones seu attachiamenta faciat seu infra bundas predictas distrincionem capiat nisi tantum constabularius castri nostri de Lantrissen et ballivi ejusdem ville qui per ipsos burgenses fuerint electi et quod mercatores cum eorum merchandisis alibi non transeant quam per regales vias per villas de burgis. Ita quod nos nec heredes nostri tolnetum nostrum nec aliud custumum nobis debitum aliquo tempore amittamus. Concessimus eciam quod nullus de burgensibus nostris predictis capi nec imprisonari debeat pro aliquibus eos tangentibus dum manucapcionem seu plegium possunt invenire nisi casu

felonie cum manuopere tantum capti fuerint seu pro aliquibus nos aut familiam nostram specialiter tangentibus. Et de omnibus rebus infra libertatem ville nostre predicte factis prefatos burgenses nostros tenementa seu catalla eorum tangentibus unde inquisicio capi debeat quod illa inquisicio sit terminata per inquisitores et non per alios et quod iidem burgenses nostri nec eorum successores aliquam . . . . . sacionem faciant nec aliquem fugitivum in aliqua ecclesia custod . . . . burgensibus nostris quod per ordinacionem constabularii nostri predictos ordinaciones et clamaciones libere facere possint de assisa panis et servicie et de aliis rebus eandem villam tangentibus quandocunque necesse fuerit ad emendacionem ejusdem ville et proficuum populi. Ita quod non erunt legum proclamaciones in comitatu nostro GLAMORGANCIE aliquo tempore facte. Volumus eciam quod constabularius noster de LANTRISSEN de cetero teneat omnia hundreda ville ejusdem de mense in mensem de omnibus placitis et querelis tam de clamore hutesio sanguine fuso quam de transgressionibus debitis convencionibus quam eciam de aliis diversis contractis exceptis placitis corone forestallis et homesoken et placitis terre. Nos vero predictus HUGO et heredes nostri omnes libertates predictas predictis burgensibus nostris contra omnes gentes warantizabimus et in perpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presente carte nostre sigillum cancellarie nostre de KERDYFF duximus apponendum. Hiis testibus. Domino MATHEO le SOOR tunc vicecomite nostro GLAMORGANCIE et MORGANCIE . THOMA le WARDE . domino JOHANNE le NORREIS . domino THOMA ap AARON militibus . PAGANO de TURBERVILL . LLEWELLINO VACHAN . M[ADOC] ap DAVID et aliis.

Datum apud KERDYFF quarto die mensis Maii anno regni Regis EDWARDI tercii post conquestum vicesimo. [4 May, 1346.]

(III.) Preterea concessimus eisdem burgensibus nostris de gracia nostra speciali quod ipsi et eorum successores habeant decetero housbot et heibot de mortuo bosco in boscis et in forestis nostris de MEISKYN et GLYNROTHNEI

rationabiliter sine impedimento forestariorum nostrorum. Et quod iidem burgenses nostri habeant libertatem quod diciter STONPUTHE in omnibus molendinis nostris de MEISKYN ad blada sua molenda sicut alii liberi tenentes habent et habere solebant.

(III.) Concessimus etiam predictis burgensibus nostris quod ipsi in omnibus boscis nostris de MEISKYN et GLYNROTHNEI et in forestis nostris liberi sint de panagio porcorum suorum cum pasturagium acciderit, salvo tamen nobis et heredibus nostris cum tantum sint in forestis nostris pro quolibet magno porco unum denarium, et pro quolibet porco dimidii anni obulum, et pro porciolis et porcellis minoris etatis nichil, et quod iidem burgenses et eorum successores libere poterint habere averia sua in patriis de MEISKYN et GLYNROTHNEI ad custodienda absque tallagio et redditu advocacionis nobis et heredibus nostris portandis. Et quod nullus ballivus forinsecus de cetero faciat officium coronatoris infra bundas libertatis ville nostre predicte nisi tantum constabularius noster de LANTRISSEN qui pro tempore fuerit.

(III.) Et nos vero predictus EDWARDUS le DESPENSER omnes libertates predictas pro nobis et heredibus nostris tam de novo per nos concessas quam a predicto domino HUGONE le DESPENSER avunculo nostro prius datas, predictis burgensibus nostris et eorum successoribus ratificamus et confirmamus per presentes in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de KERDIFF duximus apponendum. Hiis testibus . domino GILBERTO de ELLESFELD, tunc vicecomite nostro de GLAMORGANCIA . domino RICARDO de TURBERVILE . domino JOHANNE le NORREIS militibus . WILLELMO FLEMING . DAVID VACHAN ap DAVID ap M[ADOC] . M[ADOC] VACHAN ap M[ADOC] ap JORVERTH et aliis.

Datum apud KERDYFF secundo die Julii anno regni Regis EDWARDI tercii tricesimo secundo. [2 JULY, 1358.]

(II.) Nos vero predictus THOMAS le DESPENSER et heredes nostri omne libertates predictas predictis burgensibus nostris et eorum successoribus ratifi-

camus et confirmamus per presentes in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de KERDYFF duximus apponendum. Hiis testibus . domino JOHANNE de Sancte JOHANNE tunc vicecomite nostro de GLAMORGANCIA . domino LAURENCIO de BERKEROLES . domino WILLELMO STRADELYNG militibus . JOHANNE BASSET et ROBERTO WALLYS armigeris . domino THOMA OREWELL' archidiacono LANDAVENSIS . domino JOHANNE CRIS . magistro ROGERO CROKE . magistro HENRICO WAR . clericis et canonicis ecclesie LANDAVENSIS et multis aliis.

Datam apud KERDYFF decimo octavo die Februarii anno regni Regis RICHARDI secundi vicesimo. [18 Feb., 1397.]

(I.) Nos vero predictus RICARDUS de BELLO CAMPO comes WIGORNIE dominus le DESPENSER et de GLAMORGANCIA et MORGANCIA et de BERGEVENY omnes libertates predictas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus nostris et eorum successoribus ratificamus et confirmamus per presentes in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigillum cancellarie nostre de KERDYFF duximus apponendum. Hiis testibus . domino JOHANNE STRADLING tunc vicecomite nostro GLAMORGANCIE . domino JOHANNE de SANCTO JOHANNE . domino EDWARD STRADLYNG militibus . WATKYN MORTON tunc constabulario de KERDYFF JENKYN ap DAVY ap LEWELYN VACHAN . LEWIS MATHEW . HOWELL ap GRONO ap IVOR . ROBERTO MATHEW . MORGAN ap LEWELYN ap JEVAN armigeris et aliis.


Datum apud KERDYFF vicesimo quarto die mensis Augusti anno regni Regis HENRICI quinti post conquestum nono. [24 Aug., 1421.]

Et nos vero predictus RICARDUS comes de WARWICK dominus le DESPENSER et de GLAMORGANCIA et MORGANCIA et ISABELLA consors nostra pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum et heredum nostrorum omnes cartas donationes concessiones et confirmationes supradictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris predictis burgensibus nostris ville nostre predicte de LANTRISSEN et eorum successoribus concedimus innovamus accepta-

mus ratificamus et confirmamus per presentes in perpetuum. Volentes et concedentes quod iste carte donaciones concessiones et confirmaciones de omnibus suis libertatibus fideliter et inviolabiliter observentur in perpetuum aliqua interruptione non obstante. In cujus rei testimonium huic presenti carte confirmationis nostre sigillum cancellarie nostre de Kerdyff duximus apponendum. Hiis testibus. [Olivero] de Sancto Johanne tunc [vicecomite]. domino Johanne de Sancto Johanne. domino Johanne Stradling militibus. Henrico Slacke tunc constabulario de Kerdyff. Davyd Mathew. Lewelyn ap Jevan Madoc. Morgan ap Lewelyn ap Jevan. armigeris. et multis aliis.

Datum apud Kerdyff vicesimo die mensis Octobris anno regni Regis Henrici sexti post conquestum tertio.





This Charter is clearly written, upon parchment 21 ins. broad by 15 ins. deep, occasionally worn away by frequent folding, but otherwise fairly legible.

The seal, now much chipped and worn, has been a very handsome one, of about $3\frac{1}{4}$ ins. diameter, cut with unusual clearness and boldness, and formed of very durable green wax. The margin is gone, but the central part is tolerably perfect. Upon the one side is an armed knight riding to the proper left, and upon his small full-bottomed shield the arms of Beauchamp and Newburgh (called Guy, Earl of Warwick), quarterly. The caparisons of the horse have been emblazoned, but are worn so nearly smooth that only traces of le Despenser quartering de Clare can be detected.

Upon the reverse is a large broad, though pointed, shield. It bears quarterly of four grand quarters, I. and IV. Beauchamp, impaling Newburgh, Earl of Warwick; II. and III. de Clare impaling le Despenser.

The Charter is endorsed—'At Mr. Draper's house in Cardiff, the 27th day of October, 1662, this parchment writing was by us the Commissioners subscribed shewed the day, time and place above-mentioned unto William ap Evan at the time of his examination before us.

THOMAS THOMAS. JOHN CARNE. HEN. BASSETT.'

Richard Beauchamp was the head of that branch of the great family of the name that descended from Walter of Elmley Castle *temp.* Henry I., and, upon the extinction of the lines of Bedford and Eaton, became chief of the whole race, of which he was the most powerful and the most distinguished member.

Richard was g.-g.-g -grandson of William Beauchamp, who married Isabel, sister and heiress of William Mauduit, Earl of Warwick. His father, Earl Thomas, died 2 Henry IV., 1401. Richard was born at Salwarp, in Worcestershire, 28th January, 5 Richard II., and 4 Henry IV. had livery of his inheritance. He at once took part with the King against Owen Glendwyr, and was presen at the battle of Shrewsbury. He afterwards visited Palestine, travelling thither through France and Italy in great state, and returning through Muscovy and North Germany He then became Captain of Calais, and attended the Council of Constance at the head of the English deputation, escorted by 800 horse. He afterwards took a distinguished part in the wars of Henry V. in France, and aided at the siege of Rouen.

Under King Henry's will he became guardian of the infant Henry VI., whom he served faithfully for sixteen years, dying at Rouen 30th April, 17 Henry VI., 1439. He was particularly celebrated for his personal strength and courage, and for the magnificence of his mode of life. He was a principal in most of the great jousting matches of his day, and seems to have been unsurpassed as a skilful and courteous Knight.

The Earl married first, Elizabeth, daughter and heiress of Thomas Lord Berkeley, by whom he left daughters only. His second wife, married 6th March, 1423, was Isabel, daughter and heiress of Thomas Lord le Despenser, Earl of Gloucester, Lord of Glamorgan and Morgan, and widow of Richard Beauchamp, Earl of Worcester, and of Lord Abergavenny, his uncle's son. She died within a few months after her husband, her will being proved 4th February following. Their son was Henry, Duke of Warwick.

The Earl's usual style was 'Comes de Warrewyk et de Aumarle Signor de Lisle et Capitaine de Rouen,' but in the Harleian Charter, 53 H. 17, the legend on his seal is Comes Warwici et Albemarle, Dominus Despenser. In Glamorgan he retained his main title only, and added to it those acquired by his marriage. He was created Earl of Aumarle or Albemarle in 1417, for life only.

The arrangement of the quarterings upon the Llantrisant seal is somewhat peculiar. The Earl's paternal arms are quartered with those of his wife, but the contents of each quarter are impaled, probably to give greater space, and therefore more boldness to the bearings. Beauchamp, the Earl's own coat, impales Newburgh, the accepted coat of the Earldom of Warwick, and to de Clare, as the greatest of the families which have held the Lordship of Glamorgan, is given the precedence before le Despenser, the paternal coat of the Countess. The seal of the Harleian Charter, cited above, bears quarterly Beauchamp and Newburgh, and on a shield of pretence, quarterly, Clare and Despenser. Crest, a swan's head and neck. Supporters, a bear and a griffin.

The present Charter confirms and recites four others: That by Richard Earl of Worcester, Countess Isabel's first husband, dated 24th August, 9 Henry V., 1421. II. That by Thomas le Despenser, Lord of Glamorgan, &c., Countess Isabel's father, dated 18th February, 20 Richard II., 1397, before his promotion to the Earldom of Gloucester. III. That by Edward le Despenser, Lord of Glamorgan, &c., the father of Earl Thomas. It is dated 2nd July, 32 Edward III., 1358. IV. That by Hugh le Despenser, Lord of Glamorgan, &c., uncle to Lord Edward, dated 4th May, 20 Edward III., 1346. This last is, of course, the containing Charter.

As to the witnesses of the several documents. Sir Mathew or Mayo le Soor, knighted after 1340, and Sheriff 1346, was Lord of Peterston and St. Fagans. He witnessed Cardiff Charters in 1338 and 1340. The family came from Backwell, Co. Somerset, and had long been in Glamorgan. Sir Mathew was the last. He married Maud, daughter and heiress of Philip Huntley, and his three daughters married Wolfe of Wolfes Newton, Howell ap Griffith, and Peter de Vele, which last had St. Fagans. Le or La Warde is unknown in the Lordship. Sir John le Norreis was of Penlline and Llanvihangel. He witnessed, before knighthood, Cardiff Charters of 1338 and 1340, and after knighthood in 1358. His ancestor, Sir Robert, was Sheriff, under Robert Consul and William, Earl of Gloucester. Sir John left four daughters, co-heiresses, of whom Lucy, the second, carried Penlline to the Turbervilles of that place. Sir Thomas ap Aaron was of Brigan, and son of Aaron ap Howell vachan by Bettine, daughter and heiress of Sir Simon Walsh, of Llandough, near Cowbridge, by Elizabeth Bawson, of Brigan. He was knighted after 1338, and married Jane, daughter of Llewelyn ap Kynfrig, and had Sir Jenkin, whose daughter carried Brigan to the Thomases. Pagan de Turberville was of Coyty Castle, and head of a family who, though 'Advenæ,' often married with, and always sided with, the Welsh. Pagan married Gwenllian, daughter of Sir Richard Talbot. On the failure of his male heirs, his four daughters inherited, and Katherine, who married Sir Roger Berkerolles, had Coyty. Llewelyn vachan, or the little, may be of Senghenydd, ancestor to the Lewises of Van, but is more probably the second son of Llewelyn ap Kynfrig ap Howell ap Madoc ap Jestyn. His father was of Llantrithyd and Radyr, according to the Welsh pedigrees, and married a daughter of Sir Ralph Mayloc. He himself was of Miscin. Madoc ap David is lost.

Llantrithyd, or as it is sometimes written Llanirid, a manor rated at half a Knight's fee, is said to have been given by Fitz Hamon to Madoc, a son of Jestyn, lord of Ruthyn, whose descendant Margaret married John Gamage, of Coity, and carried into that family the Gamage lands in Miscin. Llewellyn Ychan, a younger brother of Jevan (Evan) had a considerable estate in Llantrithyd, but not the manor, his grandson, Evan ap David, is supposed to have built Llantrithyd Place in the reign of Henry VI., a large and handsome house of which the ruins remain. Evan's granddaughter Jenet, married Thomas Bassett of Beaupré, their fifth son Thomas, was ancestor of the Bonvilston Bassetts; his son John Thomas, sheriff in 1545, added largely to the estate. The property for some reason was settled on his daughter Elizabeth, in preference to his sons. She married Anthony Mansel, from whom descend the Aubreys, who long inhabited 'the Place,' and whose descendants in the female line still own it, and who either by inheritance or more probably by purchase hold also the manor.

Sir Gilbert de Ellesfield is unknown in Glamorgan, save as High Sheriff in 1348 and 1358, but it appears by an Inquisition of 18 Edward III., that one of his name had lands in Berks and Wilts. Sir Richard Turberville witnessed a Cardiff Charter in 1358; he may be either the father or the second son of Pagan, probably the latter. William Fleming, who appears also in 1358, was no doubt a member of the Flimston family, John Bassett of that of St. Hilary or Beaupré, and John Wallys, or Walsh, one of a family who came from Somerset, and whose connection with Llandough has been mentioned. John Walsh seems to have held Hatton, Co. Somerset, of the honour of Gloucester. Orewell was an ecclesiastic; the others are Welsh.

Sir John St. John, Sheriff in 1397, was of Fonmon, and acquired the adjacent castle of Penmark by marriage with the heiress of Umfraville. Sir Lawrence Berkerolles, the last of the name, was a knight of Somerset and Monmouthshire, but seated at East Orchard in Glamorgan. His name appears amongst the tenants of the honour of Dunster, and he had Coyty from his mother, the coheir of Turberville. His sister Gwenllian carried East Orchard to the Stradlings, and Sir William, the next witness, was probably her son. The rest are ecclesiastics, and unknown.

Sir John Stradling, younger brother of Sir Edward, was Sheriff in 1421, and as such a witness to the Earl of Worcester's Cardiff Charter. He was seneschal of Havod-y-Porth, Margam 1425, and Kenfig 1460, and ancestor of the Stradlings of Wilts. He married the Dauntsey heiress, and was of Winterbourne-Dauntsey,

Wilts. He afterwards took orders, and became Archdeacon of Llandaff and Rector of Merthyr Mawr. Sir John St. John was probably the great grandson of Sir John St. John and Elizabeth Umfraville. Watkyn Morton was probably an English burgess of Cardiff with Welsh connexions. Jenkyn ap David ap Llewelyn vachan seems to have been the great grandson of the Llewelyn vachan already mentioned. Of the Mathews, there were three brothers, David, Robert, and Lewis Mathew, of Llandaff, the first generation who adopted that surname. Robert was ancestor of the Mathews of Castel-y-Mynach, and David, then knighted, is said to have been standard-bearer to Edward IV., at least forty years after the date of this Charter. Howell ap Grono ap Ivor was of Llansannor, which, on his death childless, passed to Elinor, his sister, who married Richard ap Howell (Herbert) of Perthir, and had John Gwyn, ancestor of the Gwyns of Llansannor. Llewelyn ap Jevan Madoc seems not unlikely to be the Llewelyn ap Jevan. Many of the Welsh pedigrees, sixth in descent from Madoc ap Jestyn. He was of Abergorky. Morgan ap Llewelyn ap Jevan was probably seventh in descent from Madoc ap Jestyn, and his elder representative. He was of Radyr, and married Eva, daughter of Evan Gethyn. Catherine, their daughter and coheir, seems to have carried Radyr to her husband, Thomas Mathew.

In the containing Charter of 1424, the Sheriff, Sir Oliver St. John, knighted before 1421, is of Fonmon, and probably brother of the next witness.

Of the places named in these Charters, Llantrisant, guarded by its triple hagiocracy, still remains, perched high up in a notch between two still higher summits, much resembling a Greek town in its position, its white exterior, and in some other particulars within. One fragment of the castle still predominates over the whole, and the meadow is still pointed out where Edward II. was captured. The town retains something of the constitution granted by its ancient Lords, and preserves its one remaining parchment with religious care. To it, as to its sister borough of Cowbridge, was accorded a share, with Cardiff, in the somewhat doubtful advantage of returning a member to Parliament. Formerly the parish was of vast extent, but by degrees the chapels have become churches, and the Vicar of Llantrisant is responsible for a diminished though not unimportant area. Glyn Rothney, or Rhondda and Miskyn, are two extensive Lordships granted to the Herberts by the Crown, and still held by Lord Bute. Llwyn-Crwn is the present name of two houses upon the northern boundary of the borough, and the Manor of Clun remains to its south-west. Housbote and keybote and the right of pannage in the woods of Miskyn are no longer of value, the woods having been exhausted by the infant manufactory of iron in the reign of Elizabeth.

The boundaries of the borough are not followed out in the usual way. Only the extreme points at the four quarters seem to be indicated.

It is remarkable that the Charter of Hugh le Despenser here preserved, and dated 1346, is silent as to any previous Charter of incorporation. Nevertheless, such there evidently was, as it takes for granted the existence of Burgesses, Burgages, and elected officers of the borough. 'Confirmasse' also supports this view. Cardiff is in a similar case, its earliest Charter from its Lords being by Hugh de Despenser in 1338. With him, however, concurs his wife, the de Clare heiress.

The privileges either granted or confirmed in 1346 are :—

1. The burgesses, as their ancestors were, and as their successors will be, are free throughout the lord's dominions in England and Wales ; free with their merchandize and chattels from toll, wall-tax, bridge-tax, pavage, pickage and quay-tax, and from all other customs.

2. Any burgess may will any burgage tenements or rents by himself acquired to whom he shall please.

3. No burgess to be constrained for any purpose to pass beyond the ancient liberties and bounds of the town as laid down.

4. Burgessess not to be receivers of the lord's taxes, save those proceeding from the bailiwick of the town.

5. None shall keep stall or shop or tavern in the town save those paying scot and lot, or members of a guild within the liberties.

6. Burgesses may form a guild.

7. Burgesses not to be distrained for another's debt unless they have become bail.

8. The lord's bailiffs are not to distrain or summons within the liberties. This can only be done by the constable of the lord's castle or by the bailiff elected by the burgesses.

9. Traders with goods to traverse the towns only by the highways, so that the lord's customs be not evaded.

10. No burgess who can find bail may be imprisoned, save for felony when taken in the fact, or when it affects specially the lord or his household.

11. In all lawful inquisitions relating to the property of the burgessess the inquisitors to be burgesses.

12. Burgesses not to be called upon to watch for any fugitive taking refuge in a church.

13. The lord's constable may make proclamation of assize of bread and ale, and of all matters touching the town when necessary.

14. The constable to hold hundred courts for the town monthly for all pleas, as hue and cry, bloodshed, debts, &c.; but pleas of the crown, forestal or forfeiture, homesoken or manslaughter, and pleas of the land are excepted.

To which franchises are added by Edward le Despenser :—

15. Housebote and heybote and reasonable rights to dead wood in the forests of Miskyn and Glyn Rhondda.

16. The usual right of free tenants to Stonputhe in the lord's mills of Miskyn.

17. Right of pannage of hogs in Miskyn and Glyn Rhondda, saving only to the lord and his heirs, for each great pig, 1d.; for each pig six months old, ½d.; for porcioles and porcelli of undergrowth nothing.

18. Burgesses' cattle to have free pasturage on the waste, without tallage or rent.

19. No stranger bailiff to fill the office of coroner within the liberties, save only the constable of the castle.

'Lotatum et scotatum' are scot and lot, assessment to the town contributions. 'Assisa panis et cervisiæ,' the fixing the price of bread and ale. 'Clamor hutesii' is the hue and cry, or pursuit of an offender who has shed blood. 'Forestallum,' the intercepting and buying up food on its way to market, to keep up its price. 'Homesoken or hamesoken,' the immunity of a man's house, the violation of which is burglary. Housebote is the right to take timber for house repairs in the lord's woods. Haybote, to take underwood for repairing fences. Stonputhe is a very rare word indeed; probably the right to put in a stone and use the lord's mill. 'Pannagium' is the right to feed hogs on beech-mast or acorns in the lord's woods. 'Porcella' and 'Porciolus' mean a little pig: 'Redditus advocationis,' the rent of avowry, or the lord's protection.

MCXXXIII.

RENEWAL OF ROYAL GRANT OF THE TEMPORALITIES OF LLANDAFF, *SEDE VACANTE*, TO PHILIP LOWES, CHANCELLOR, AND JOHN DAVID, CANON.

[Pat. Rot., 3 Hen. VI., p. 2, m. 9. B.M. Add. MS., 4,604, f. 145.]

10 July. 3 Hen. VI. 1425.

De temporalibus Landavensibus concessis.

Rex omnibus ad quos, etc., salutem.

Sciatis quod cum vicesimo die Julii ultimo preterito de avisamento et assensu consilii nostri commiserimus magistro Philippo Lowes cancellario in ecclesia cathedrali Landavensi et magistro Johanni David canonico in eadem ecclesia temporalia episcopatus Landavensis in manibus nostris ratione ultime vacationis ejusdem ecclesie existentia habendum per unum annum in casu quo dicta temporalia per tantum tempus ratione dicte vacationis in manibus nostris forent absque aliqua nobis pro temporalibus illis reddendo proviso semper quod prefati Philippus et Johannes domos edificia et clausuras temporalibus predictis pertinentia repararent et sustentarent ac omnia alia onera eisdem temporalibus incumbentia sive spectantia durante anno predicto supportarent prout in liberis nostris patentibus inde confectis plenius continetur. Nos pro eo quod predictus annus quasi ad exitum finis devenit de avisamento et assensu prædicti consilii nostri commisimus præfatis Philippo et Johanni temporalia prædicta per unum annum proxime futurum in casu quo dicta temporalia per tantum tempus in manibus nostris erunt absque aliquo nobis inde reddendo . Proviso semper quod præfati Philippus et Johannes domos edificia et clausuras temporalibus prædictis pertinencia reparent et sustentent ac omnia alia onera eisdem temporalibus incumbentia sive spectantia supportent durante termino suo supradicto.

Teste Rege apud Westmonasterium x. die Julii.

Per breve de privato sigillo.

MCXXXIV.

RESTITUTION OF TEMPORALITIES TO JOHN WELLES, BISHOP OF LLANDAFF.

[Pat. Rot., 4 Hen. VI., p. 1, m. 12. B.M. Add. MS., 4,604, f. 202.]

15 Jan. 4 Hen. VI. 1426.

De restitutione temporalium Landavensium.

Rex escaetori suo in comitatu Derbie salutem.

Cum dominus summus Pontifex nuper vacante ecclesia cathedrali Landavensi per mortem bone memorie Johannis episcopi loci illius eidem ecclesie de dilecto nobis Johanne Welles ordinis ffratrum minorum professore in theologia magistro providerit ipsumque in episcopum loci illius præfecerit et pastorem sicut per literas bullatas ipsius domini summi pontificis nobis inde directas nobis constat.

Nos pro eo quod idem episcopus omnibus et singulis verbis nobis et coronæ nostræ præjudicialibus in dictis litteris bullatis contentis coram nobis palam et expresse renuntiavit et gratie nostre humiliter se submisit cepimus fidelitatem ipsius episcopi et temporalia episcopatus illius prout moris est restituimus eidem. Et ideo tibi precipimus quod eidem episcopo temporalia predicta cum pertinentiis in balliva tua liberes in forma prædicta salvo jure cujuslibet.

Teste Rege apud Westmonasterium xv. die Januarii.

Per breve de privato sigillo.

Consimilia brevia diriguntur escaetoribus subscriptis in comitatibus subscriptis sub eadem data videlicet :—

Escaetori Regis in comitatu Middlesexie.

Escaetori Regis in comitatu Staffordie.

Escaetori Regis in comitatu Herefordie et marchiis Wallie eidem comitatui adjacentibus.

Escaetori Regis in comitatu Salopie ac marchiis Wallie, etc.

Escaetori Regis in comitatu Gloucestrie ac marchiis Wallie, etc.

Et mandatum est militibus liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de episcopatu prædicto quod eidem Johanni Welles tanquam episcopo et domino suo in omnibus que ad episcopatum prædictum pertinent intendentes sint et respondentes sicut prædictum est.

In cujus, etc. Teste ut supra.

Per breve de privato sigillo.

MCXXXV.

GRANT BY GILBERT TURBERVILLE TO SIR JOHN STRADLYNG, OF LAND IN COYTIFF, IN EXCHANGE FOR A CLOSE CALLED CLEMENTISLOND.

[G. G. F.]

Monday After All Saints' Day. 3 Nov. 5 Hen. VI. 1426.

Hec indentura facta inter Gilbertum Turberville ex parte una et Johannem Stradlyng militem ex parte altera testatur quod predictus Gilbertus dedit concessit et per hanc partem istius indenture confirmavit predicto Johanni quandam parcellam terre vocatam Hamoundisley cum sex acris terre arabilis jacentem in Coytiff infra novum parcum dicti Johannis prout mete et bunde ibidem limitantur. Habendum et tenendum predictam parcellam terre cum sex acris terre arabilis cum pertinenciis predicto Johanni et heredibus suis de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia prius debita et consueta in liberum purum et imperpetuum excambium pro quodam clauso vocato Clementislond cum terris tenementis pratis pascuis pasturis et vastis suis infra dictum clausum cum suis pertinenciis quod predictus Gilbertus habuit ex dono et feoffamento predicti Johannis in liberum purum et imperpetuum excambium predictum sibi et heredibus suis per alteram partem istius indenture penes prefatum Gilbertum et heredes suos remanentem. Et predictus Gilbertus et heredes sui predictam parcellam terre cum predictis sex acris terre arabilis cum

pertinenciis in forma predicta prefato Johanni et heredibus suis contra omnes gentes warantizabunt et defendent. In cujus rei testimonium huic parti istius indenture penes prefatum Johannem et heredes suos residenti predictus Gilbertus sigillum suum apposuit. Et alteri parti istius indenture penes predictum Gilbertum et heredes suos remanenti predictus Johannes sigillum suum apposuit. Hiis testibus . Johanne le Eyre . Mauricio Denys . Johanne Bonvil . Thome Phippe de Coytiff . Jankyn ap Jevan ap Howel ap Gruffeth . Thoma Walssche et multis aliis.

Data apud Coytiff die Lune proximo post festum omnium Sanctorum anno regni Regis Henrici sexti post conquestum quinto.

Gilbert Turberville was Lord of Tythegston and Llandevodog, and was concerned in the abduction of Margaret, Lady Malefaunt, as related in the Rolls of Parliament [V. 15].

John Stradlyng was no doubt the John de Aune of MCV.

MCXXXVI.

PERPETUAL LEASE BY SIR JOHN STRADLYNG TO WILLIAM LAULESTON, OF A MESSUAGE IN COITYFF, ETC., AT A YEARLY RENT OF FOUR SHILLINGS.

[G. G. F.]

6 April. 5 Hen. VI. 1427.

Hec indentura facta inter Johannem Stradlyng militem ex parte una et Willelmum Laulesten ex parte altera testatur quod predictus Johannes dedit concessit et confirmavit unum mesuagium cum uno orto adjacente quod quidem mesuagium cum dicto orto predictus Johannes habuit ex dono et feoffamento Johannis Machon capellani in villa de Coityff prout ibidem jacet inter mesuagium nuper Alicie Pope in parte occidentali et tenementum Nicholai

Wilcok in parte orientali et communem stratam de Coityff in parte australi et tenementum dicte Alice in parte boriali et tres acras terre arabilis et duas acras prati cum pertinenciis suis in Coityff predicta quarum due acre terre jacent juxta fontem vocatum Gurmon' in longitudine inter terram David Mathew ex parte orientali et terram dicti David ex parte occidentali . In latitudine vero jacent inter terram Johannis de Stabull ex parte boriali et terram predicti David ex parte australi . Tercia vero acra terre jacet apud Redeschurde in longitudine inter terram Wenllian Wilcok ex parte boriali et viam que ducit versus Pencoyt ex parte australi . In latitudine vero jacet inter terram Willelmi Lloyd' ex parte orientali et terram dicte Wenllian ex parte occidentali. Predicte due acre prati jacent apud Kevene Vaghan in longitudine inter communam de Coityff ex parte australi et pratum Willelmi Gethin ex parte boriali . In latitudine vero jacent inter terram nativam Jak Harry ex parte orientali et terram quondam Jak Davy ex parte occidentali . prefato Willelmo heredibus et assignatis suis. Habendum et tenendum dictum mesuagium cum dicto orto adjacente tres acras terre arabilis et duas acras prati cum pertinenciis suis prefato Willelmo heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia inde prius debita et de jure consueta. Reddendo eciam predicto Johanni Stradlyng militi heredibus et assignatis suis imperpetuum annuatim quatuor solidos sterlingorum ad festum Sancti Michaelis pro omni servicio. Et ulterius predictus Willelmus Lauleston pro se heredibus et assignatis suis vult et concedit per presentes . quod si contingat dictos quatuor solidos aretro fore in parte vel in toto per unam septimanam post dictum festum Sancti Michaelis extunc bene liceat predicto Johanni heredibus et assignatis suis in dicto mesuagio terris sive pratis et in qualibet parcella eorundem pro octo solidis distringere et districtiones penes se retinere donec sibi de predictis octo solidis plenarie fuerit satisfactum et sic deinceps de anno in annum quocienscumque dicti quatuor solidi in aliquo festo Sancti Michaelis aretro fore contigerint. Et predictus Johannes et heredes sui dictum mesuagium cum dicto orto et predictas tres acras terre

et duas acras prati cum pertinenciis suis prefato WILLELMO heredibus et assignatis suis in forma predicta contra omnes gentes warantizabunt et defendent per presentes. In cujus rei testimonium hiis indenturis partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt.

Hiis testibus . THOMA HERDBERDE . ROBERTO THOM . JOHANNE de STABULL' . et aliis.

Data apud COITYFF sexto die mensis Aprilis anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum quinto.

Seal lost.

For Laleston see CCCCXCIX.

MCXXXVII.

WILL OF ROBERT WALSH, ESQ., CONTAINING BEQUESTS TO LLANDAFF CATHEDRAL, ETC.

[PROB. CT. OF CANTERBURY, REG. LAFFENAM, FOL. 8.]

6 MAY. 1427.

In Dei nomine Amen sexto die mensis Maii anno Domini millesimo cccc$^{mo.}$ XXVIJ. Ego ROBERTUS WALSH armiger licet eger corporis sanus mentis penitus salubri præmeditatione diem meæ perigrinationis extremum considerans et attendens quod præsentis vitæ condicio statum habet instabilem et quod breves sunt dies hominis super terram qui numerus dierum apud Deum retinetur ac nichil certius est quam mors nichil incertius quam hora mortis idcirco bona michi adeo collata nolens inordinata relinquere ad ipsius laudem et honorem condo testamentum meum in hunc modum:—

In primis lego animam altissimo Creatori meo beate MARIE matri ejus et omnibus sanctis corpusque meum ad sepeliendum in cancello ecclesiæ parochialis de LANGRYGA ex o[p]posito summo altari. Item lego fabricæ Cath[edralis] ecclesiæ LANDAVENSIS VI*s*. VIIJ*d*. Item fabricæ ecclesiæ

Cath[edralis] WELLENSIS et BATHON[IENSIS] VIs. VIIJd. Item lego cs. centum presbiteris ad celebrandum pro anima mea ubi ipsi sunt conversantes quam cito comode fieri possit. Item lego cs. ad dividendum inter pauperes. Item lego cs. ad dividendum inter presbiteros statim post mortem meam. Item lego cs. decem capellanis honestæ conversationis viz., cuilibet xs. ad orandum pro anima mea. Item volo quod sexaginta viri et mulieres pauperes vestiantur cum panno laneo quilibet cum IJ. virgis cum dimidia precii IJs. VJd. Item lego x*li*. IJ. capellanis ad celebrandum pro anima mea in ecclesia de LANDOUGH continue per unum annum. Item volo quod fiat distributio xx*li*. inter pauperes pro anima mea prout executoribus meis melius videbitur expedire. Item lego rectori de LANDOUGH xxs. pro decimis meis oblitis. Item rectori de LANGRUGE xxs. pro decimis oblitis. Item rectori de LANGAN VIs. VIIJd. Item rectori de SEINTANTHAN VJs. VIIJd. Item lego ecclesiæ de LANDOUGH XLs. Item lego ponti vocato POPULBRUGGE VJs. VIIJd. Residuum vero omnium bonorum meorum relinquo dispositioni executorum meorum ut ipsi præ oculis Deum habentes inde disponant pro anima mea parentum meorum et omnium fidelium defunctorum quos ordino facio et constituo ELIZABETHAM uxorem meam THOMAM CRICKLADE armigerum magistrum JOHANNEM PENTHLYNE (et) Dominum THOMAM STANDICH rectorem de LANGERYGE. Et quilibet executorum meorum videlicet THOMAS CRICKLADE et magister JOHANNES et DOMINUS THOMAS recipiet XLs. pro labore suo.

Datum die et anno supradictis.

Probatum fuit hoc testamentum coram magistro J. LYDDEFELD commisario, etc., XVIIJ. die mensis Maii anno Domini supradicto. Et commissa est administratio etc. magistro JOHANNI PENTHLYNE et Domino THOMÆ STANDICH executoribus et reservata potestate etc. et acquietati sunt executores etc.

From a copy made by the Rev. C. Shickle, Rector of Langridge, Co. Somerset, in 1895. The original is in the Registry of the Probate Court of Canterbury. [Register Laffenam f. 8], which has been used in the collation of the text.

MCXXXVIII.

PERPETUAL LEASE BY SIR JOHN STRADLYNG TO JEVAN AP DAVID AP GWYLLYM, OF LAND IN COITIFF, AT A YEARLY RENT OF TWENTY-ONE PENCE.

[G. G. F.]

31 May. 5 Hen. VI. 1427.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum indentatum pervenerit Johannes Stradlyng' miles salutem in domino sempiternam. Noveritis me dedisse concessisse et hoc presenti scripto meo indentato confirmasse Jeuan ap David ap Gwyllym duas acras et dimidiam terre cum pertinenciis in Coitiff' vocate Potterislond in parte orientali alte vie vocate Uptoun Wey. Habendum et tenendum predictas duas acras et dimidiam terre cum pertinenciis prefato Jeuan heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia inde debita et consueta et reddendo michi heredibus et assignatis meis viginti unum denarios ad festum Sancti Michaelis annuatim et quinque solidos nomine herietti post decessum dicti Jeuan heredum vel assignatorum suorum vel tale heriettum cum acciderit super tres acras terre quas ego Johannes habui de dicto Jeuan in novo clauso meo per quandam finem in curia de Coitiff levatam . et omnia talia consuetudines et servicia debita super dictas tres acras terre cum acciderint. Et si contingat dicti viginti unum denarii vel quinque solidi nomine herietti vel heriettum consuetudines et servicia prenominata aretro esse insoluta vel non facta ad tempus et terminos usuales . extunc bene liceat michi predicto Johanni heredibus et assignatis meis pro eisdem distringere in predictis duabus acris terre cum pertinenciis et districtiones retinere quousque de eisdem michi heredibus vel assignatis meis plenarie satisfactum fuerit. Proviso tamen quod ego predictus Johannes pro me heredibus et assignatis meis volo et concedo per presentes quod si predictus Jeuan heredes seu eorum assignati solvant et faciant redditus heriettum consuetudines et servicia domino de Coitiff

debitas seu debendas de tribus acris terre pro me Johanne heredibus et assignatis meis quas habui ex concessione dicti Jeuan per quandam finem inter nos levatam . quod tunc predictus redditus viginti unius denariorum quinque solidorum nomine herietti vel herietum consuetudines et servicia prenominata super dictas duas acras et dimidiam terre onerata omnino medio tempore cessent . alioquin stent in suo robore et effectu et sic tociens quociens [sic acciderit]. Et ego vero predictus Johannes et heredes mei predictas duas acras et dimidiam terre cum pertinenciis prefato Jeuan heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium presenti scripto indentato partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus . Gilberto Turberville . Johanne Eyre . David Mathewe et aliis.

Datum ultimo die Maii, anno regni Regis Henrici sexti post conquestum quinto.

Seal lost.

MCXXXIX.

SETTLEMENT BY ROBERT ANDREWE AND OTHERS OF THE MANOR OF LLANDOUGH AND ST. MARY CHURCH, AND THE MOIETY OF THE MANOR OF WESTORCHARD, UPON ELIZABETH, LATE WIFE OF ROBERT WALSSCHE, IN TAIL MALE, WITH REMAINDERS.

[Margam Charter.]

10 Oct. 6 Hen. VI. 1427.

Sciant presentes et futuri quod nos Robertus Andrewe armiger . Edmundus Fforde . Nicholaus Cricklade . magister Johannes Peilleryne et Thomas Tayllour clericus tradidimus concessimus et hac presenti carta nostra tripartita indentata confirmavimus Elizabethe que fuit uxor Roberti Walssche armigeri nuper domini de Landough' totum manerium nostrum de Landough' et Seint-

MARICHURCHE ac medietatem manerii nostri de WESTORCHARD simul cum omnibus aliis terris et tenementis pratis pascuis et pasturis redditibus reversionibus et serviciis cum pertinenciis unacum advocacionibus ecclesiarum de LANDOUGH' et SEINTMARICHURCH' in comitatu GLAMORGAN que quondam descendebant predicto ROBERTO WALSSCHE jure hereditario post mortem domini ROBERTI WALSSCHE militis patris sui exceptis uno clauso vocato HERBERDES CLOOS quinque acris prati eidem clauso pertinentibus uno clauso vocato NEWCLOS preter septem acras terre arabilis jacentes in eodem clauso et uno clauso vocato COLYNREWE. Habendum et tenendum totum predictum manerium de LANDOUGH' et SEINTMARICHURCH' ac dictam medietatem manerii de WESTORCHARD simul cum omnibus predictis terris . etc. etc. cum pertinenciis unacum advocacionibus ecclesiarum predictarum exceptis preexceptis predicte ELIZABETHE et heredibus suis masculis de corpore predicti ROBERTI WALSSCHE nuper viri sui procreatis imperpetuum de capitalibus dominis feodi per servicia inde debita et consueta absque impechiamento vasti seu distruccionis. Et si contingat predictam ELIZABETHAM sine hujusmodi heredibus masculis obire tunc volumus et concedimus quod totum predictum manerium de LANDOUGH' et SEINTMARICHURCHE ac predictam medietatem manerii de WESTORCHARD simul cum omnibus aliis terris . etc. etc. cum pertinenciis unacum advocacionibus ecclesiarum predictarum exceptis preexceptis WALTERO MORTON' armigero et WENLLIANE uxori sue et heredibus de corpore predicte WENLLIANE legitime procreatis remaneant imperpetuum de capitalibus dominis feodi tenendum per servicia debita et consueta. Et si contingat dictam WENLLIANAM sine heredibus de corpore suo legitime procreatis obire tunc volumus et concessimus quod totum predictum manerium de LANDOUGH' et SEINTMARICHURCHE ac medietatem manerii de WESTORCHARD simul cum omnibus aliis terris etc. etc. cum pertinenciis unacum advocacionibus ecclesiarum predictarum exceptis preexceptis ALICIE uxori THOMAS CRIKLADE consanguinee dicte WENLLIANE et heredibus de corpore ipsius ALICIE legitime procreatis remaneant imperpetuum tenendum de capitalibus

dominis feodi illius per servicia inde debita et consueta. Et si contingat dictam Aliciam sine heredibus de corpore suo procreatis obire tunc volumus et concedimus quod predictum manerium de Landough' et Seintmarichurche simul cum omnibus aliis terris et tenementis cum pertinenciis predictis unacum, etc. etc., preexceptis rectis heredibus predicti Roberti Walssche armigeri remaneant imperpetuum tenendum de capitalibus dominis feodi per servicia inde debita et consueta. Et est predictum remanere factum predictis Waltero et Wenlliane et heredibus de corpore ipsius Wenlliane legitime procreatis sub condicione sequenti videlicet quod si iidem Walterus aut Wenlliana vel heredes de corpore ipsius Wenlliane procreati imposterum predictum manerium de Landough' et Seintmarichurche aut dictam medietatem manerii de Westorchard aut predicta terras, etc. etc., reversiones sive servicia aut advocaciones ecclesiarum predictarum vel aliquam inde parcellam alicui vel aliquibus alienaverint vel aliquis eorum alienaverit aut quicquid fecerit vel fecerint per quod contigerit feoda talliata predicta seu predictum remanere predicte Alicie et heredibus de corpore suo procreatis facta in aliquo discontinuari quod ex tunc inmediate totum predictum manerium de Landough' et Seintmarichurche ac predicta medietas manerii de Westorchard simul cum omnibus terris, etc., etc., unacum advocacionibus ecclesiarum predictarum integre remaneant predicte Alicie et heredibus de corpore suo procreatis imperpetuum. Et quod tunc bene licebit eidem Alicie et heredibus de corpore suo procreatis in predictum manerium de Landough' et Seintmarichurche ac medietatem manerii de Westorchard cum omnibus terris et tenementis predictis cum pertinenciis intrare ut in remanere suo et ea omnia et singula sibi et heredibus suis supradictis in feodo talliato ut premittitur tenere imperpetuum prout predictum est si predicti Walterus et Wenlliana sine heredibus de corpore ipsius Wenlliane obierint et essent defuncti. Et quod predictus status seu remanere dictis Waltero et Wenlliane et heredibus de corpore ipsius Wenlliane factum erga predictam Aliciam et heredes suos cessent et terminentur. In cujus rei testimonium pre-

sentibus sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Olivero Seint Jon milite . David Matheu . Willym ap Thomas ap Ruyno . et aliis.

Datum apud Landough' decimo die Octobris anno regni Regis Henrici sexti post conquestum sexto.

Two labels, to which have been affixed 2 and 3 seals.

1 is lost. 2. A small lump of red wax, bearing a finely-cut vine leaf, and a motto not legible.

On the second label is also a lump seal of red wax.

3. Monogram of N.C., for Nicholas Criklade.

4. The letter I., crowned, the whole enclosed within a garland.

5. A shield of arms suspended from a tree.

Device, an eagle rising.

Motto—'en . vous . ma . fye.'

Robert Andrewe may have been a member of the family the remains of whose manor house, with a curious dovecote, were recently to be seen at Cadoxton-juxta-Barry. He and his fellows were feoffees in trust for the Walsh family (see A.D. 1456, MCXCVIII.)

MCXL.

GRANT BY SIR EDWARD STRADELYNG TO HENRY, CARDINAL BEAUFORT, AND OTHERS, OF THE MANOR OF LANFEY.

[G. G. F.]

1 April. 7 Hen. VI. 1429.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes litere indentate pervenerint Edwardus Stradelyng' miles salutem in domino. Noveritis me dedisse concessisse et per presentes confirmasse Henrico Beauford Dei gratia Cardinali Anglie quoque Wyntoniensi episcopo Morgano ap Jankyn Kemmys . et Thome Lyddyn manerium meum de Lanfey cum pertinentiis infra dominium de Ogmour quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre

arabilis tres acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus. Habendum et tenendum omnia predicta manerium cum pertinentiis quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre arabilis tres acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus prefatis Cardinali Morgano et Thome heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodorum illorum per redditus et servicia inde debita et consueta. Et ego vero predictus Edwardus et heredes mei omnia predicta manerium cum pertinentiis quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre arabilis tres acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus ut predictum est prefatis Cardinali Morgano et Thome heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus per presentes. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee indentate sigillum meum apposui. Hiis testibus . Johanne Seynt John milite . Thoma Malyfant seniore . Johanne le Eire . Willelmo Flemyng . Thoma Nerber armigeris . et aliis.

Datum primo die Aprilis anno regni Regis Henrici sexti post conquestum Anglie septimo.

Probably connected with the marriage of Sir Edward with Jane, a natural daughter of Henry, afterwards Cardinal Beaufort, by Alice Fitzalan. The Cardinal took orders 1397, before which Jane was born. Sir Edward died at Jerusalem. They had one son, Sir Harry.

MCXLI.

GRANT BY SIR WILLIAM WESTON, KNIGHT OF RHODES, TO WILLIAM AP REES, OF LAND IN MERTHYR MAWR.

[G. G. F.] 1 July, 1429.

Sciant presentes et futuri quod ego dominus Wylliam Weston myles de Rodys dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Wyllelmo ap Rees heredibus et assignatis suis unam acram terre Sancti Johannis Baptiste infra parochiam de Merth' Mawr et dominium ejusdem in longitudinem inter viam ibidem Coleway ex una parte et parva Baugam ex altera in latitudine vero inter Haylond et gardinum ibidem et altam viam ex alia parte. Habendum et tenendum predictam acram terre cum gardino cum omnibus suis et singulis pertinenciis imperpetuum. Reddendo inde annuatim procuratori Sancti Johannis Baptiste iiii. denarios legalis monete Anglie et quatuor denarios nomine herieti cum acciderit pro omnibus aliis serviciis secularibus et demandis. Et ego vero predictus dominus Wyllelmus Weston myles et successores mei predictam acram terre cum predicto gardino cum omnibus suis et singulis pertinenciis prefato Wyllelmo ap Rees heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui.

Data apud Merth' predictum primo die mensis Julii anno Domini millesimo cccc°. xxix°.

Deed poll. Seal red wax, lower half remaining, large and elliptical. A figure of St. John Baptist in a hairy robe, and holding in the right hand the Agnus Dei on a plaque, standing; on either side the base of a shrine or canopy.

Legend indistinct . . . . . . hosp . ih'erl'm.

Endorsed—'Una acra terre Sancti Johannis Baptiste in Merthermaure.'

MCXLII.

DEFEASANCE OF A BOND WHEREBY WILLIAM BEUERECHE, CITIZEN AND GROCER OF LONDON, AND ANOTHER, ARE BOUND IN TWENTY MARKS TO MASTER DAVID LEWES, RECTOR OF ST. FAGANS, TO WHOM THOMAS RUGGELE, CLERK, PREBENDARY OF FARREWATER, LLANDAFF DIOCESE, IS UNDER AGREEMENT TO RESIGN HIS PREBEND.

[H. M. P. R. O. 'Ancient Deeds, C. 1496.']

23 Sept. 8 Hen. VI. 1429.

Hec indentura testatur, quod cum Willelmus Beuereche civis et grocerus Londonie et Willelmus Wade capellanus per scriptum suum obligatorium teneantur magistro David Lewes, rectori ecclesie Sancti Fagani in Wallia, et Willelmo Cantellowe civi et mercero Londonie in viginti marcis sterlingorum solvendis in festo Natalis Domini proxime futuro post datam presencium prout in predicto scripto obligatorio plenius continetur, predicti tamen magister David et Willelmus Cantellowe pro se heredibus et executoribus eorum volunt et concedunt per presentes, quod ubi convenit et concordatum est inter magistrum Thomam Ruggele clericum, prebendarium prebende de Farrewater in ecclesia cathedrali Landavensi in Wallia, et predictum magistrum David, quod prefatus magister Thomas resignabit predictam prebendam suam prefato magistro David pro annua pensione decem marcarum prefato magistro Thome ad totam vitam suam annuatim reddenda ad festum Sancti Michaelis Archangeli in ecclesia Sancti Leonardi de Estchep' Londonie, et ubi dictus magister Thomas recepit premanibus de predicto magistro David viginti marcas sterlingorum de predicta annua pensione scilicet pro duobus annis proxime venturis post datam presencium . Si ita sit quod predictus magister Thomas vixerit sive superstes fuerit in fine predictorum duorum annorum, scilicet in die Sancti Michaelis

Archangeli quod (*sic*) erit in anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo, quod extunc predictum scriptum obligatorium nullius sit vigoris et pro nullo habeatur, aut si predictus magister Thomas infra predictos duos annos obierit, et tunc si predicti Willelmus Beuereche et Willelmus Wade heredes aut executores sui restituant persolvant et satisfaciant prefato magistro David et Willelmo Cantellowe vel eorum alteri aut executoribus suis summam restantem per mortem ipsius magistri Thome de predictis viginti marcis sic premanibus solutis pro quantitate dictorum duorum annorum tunc non completorum juxta ratam supradicte annue pensionis predicto magistro Thome non debita, quod extunc predictum scriptum obligatorium similiter nullius sit vigoris et pro nullo habeatur. Sin autem in omni suo robore permaneat et virtute. In cujus rei testimonium hiis indenturis partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt.

Datum vicesimo tercio die mensis Septembris anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono et anno regni Regis Henrici sexti post conquestum octavo.

Cleidich'.

One seal. There appear to have been two others.

MCXLIII.

DEFEASANCE OF A BOND WHEREBY THE SAID DAVID AND OTHERS ARE BOUND TO THE SAID THOMAS IN TWENTY MARKS.

[H. M. P. R. O. 'Ancient Deeds, C. 1493.']

23 Sept. 8 Hen. VI. 1429.

Presens indentura testatur, quod cum David Lewes rector ecclesie Sancti Fagani in Wallia, Willelmus Baslak capellanus, et Johannes Button de villa de Gymyn in comitatu Cardyff in Wallia gentilman, per scriptum suum obligatorium teneantur magistro Thome Ruggele clerico, Willelmo Beuereche

civi et grocero LONDONIE, et WILLELMO WADE capellano, in viginti marcis sterlingorum solvendis in festo Sancti MICHAELIS Archangeli, quod erit in anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo, prout in predicto scripto obligatorio plenius continetur; Predicti tamen magister THOMAS, WILLELMUS BEUERECHE et WILLELMUS WADE pro se heredibus et executoribus suis volunt et concedunt per presentes, quod si predictus magister THOMAS ante diem Sancti MICHAELIS Archangeli, quod (*sic*) erit in anno Domini supradicto obierit, quod extunc predictum scriptum obligatorium nullius sit vigoris et pro nullo habeatur. Et si predictus magister THOMAS vixerit sive superstes fuerit in dicto die Sancti MICHAELIS Archangeli qui erit in anno Domini supradicto extunc predicti DAVID WILLELMUS BASLAK et JOHANNES BUTTON' pro se heredibus et executoribus suis volunt et concedunt per presentes quod predictum scriptum obligatorium in omni suo robore permaneat et virtute. In cujus rei testimonium hiis indenturis partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt.

Datum vicesimo tercio die mensis Septembris anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono et anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum octavo.

Two seals. CLAIDICH'.

MCXLIV.

QUIT-CLAIM BY SIR EDWARD STRADLYNG AND ANOTHER TO WENLLIAN, DAUGHTER OF JANKYN AP OSSYRAG OF A MOIETY OF LAND, ETC., IN COITIFFE, FORMERLY BELONGING TO ROBERT KAYRELIL.

[G. G. F.]

4 JUNE. 8 HEN. VI. 1430.

Noverint universi per presentes nos EDWARDUM STRADLYNG' militem et JOHANNEM STABUL ap WILLYM THUE de COITIFF' remisisse relaxasse et omnino

pro nobis et heredibus nostris quietum clamasse WENLLIANE verz JANKYN ap OSSYRAG heredibus et assignatis suis totum jus nostrum et clameum quod habemus habuimus seu quovismodo imposterum habere poterimus in tota illa medietate omnium terrarum tenementorum boscorum vastorum ac omnium aliorum aisiamentorum cum suis pertinenciis in COITIFF' et alibi infra dominium de COITIFF' quondam ROBERTI KAYRELIL . ita quod nec predicti EDWARDUS et JOHANNES nec heredes nostri nec aliquis alius nomine nostro aliquod jus vel clameum inde decetero exigere vel vendicare poterimus set ab omni accione juris et clamei simus exclusi per presentes. Et nos vero predicti EDWARDUS et JOHANNES et heredes nostri totam illam medietatem omnium terrarum et tenementorum boscorum vastorum ac omnium aliorum aisiamentorum cum suis pertinenciis in COITIFF' et alibi infra dominium de COITIFF' quondam predicti ROBERTI KAYRELIL predicte WENLLIANE heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . JORVARTH VAGHAN . JOHANN le EYRE . WILLELMO GREY . JEVAN ap BRERAUGH . JOHANNE BRODE et multis aliis.

Datum apud COITIFF' quarto die Junii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum octavo.

Two seals in red wax. A canted shield surmounted by a side helm and crest, a stag. Legend effaced. The whole within a wreath of reeds. Sinister, within a similar wreath. Design effaced. Deed poll.

Endorsed—' Relaxatio de terris in Coytyf cuidam Wenlliane vz Jankyn.'

Vz, Verch, ferch, or more correctly without initial mutation, merch, is Welsh for a daughter, as 'map,' 'ap' or 'ab' for a son.

MCXLV.

GRANT BY SIR JOHN STRADLYNG, KNIGHT, TO WILLIAM THOMAS AND OTHERS OF LANDS, ETC., IN THE LORDSHIPS OF GLAMORGAN, OGGEMORE AND COITYFF.

[G. G. F.]

22 June. 8 Hen. VI. 1430.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Stradlyng miles dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo Stradlyng armigero . Willelmo Thomas . Johanni Bevyn . Gilberto Cantilo . et Johanni Thomas capellanis omnia terras tenementa prata boscos molendina pascua vasta redditus et servicia omnium tenementorum meorum tam liberorum quam nativorum cum omnibus suis pertinenciis . que habeo infra dominia de Glamorgan Oggemore et Coityff ac in Wallia. Habendum et tenendum omnia predicta terras tenementa prata boscos molendina pascua vasta redditus et servicia cum suis pertinenciis prefato Willelmo Stradlyng armigero . Willelmo Thomas . Johanni Bevyn . Gilberto Cantilo . et Johanni Thomas . capellanis heredibus et assignatis suis imperpetuum . de capitalibus dominis feodorum illorum per redditus et servicia inde prius debita et consueta. Et ego vero prefatus Johannes Stradlyng miles omnia prefata terras tenementa prata boscos molendina pascua vasta redditus et servicia cum suis pertinenciis prefato Willelmo Stradlyng armigero . Willelmo Thomas . Johanni Bevyn . Gilberto Cantilio . et Johanni Thomas capellanis heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Gilberto Turberville . Johanne Fflemmyng juniore . Willelmo ap Jevan vachan . Johanne Lewes . et Thoma Walssh et aliis.

Data die Jovis proximo ante festum Sancti Johannis Baptiste anno regni Regis Henrici sexti post conquestum octavo.

Deed poll. Seal, red wax. An unicorn sejant reguardant. From an engraved finger-ring.

Endorsed—'Carta feoffamenti Johannis Stradlyng militis de omnibus terris in Wallia Willelmo Stradlyng et aliis.'

MCXLVI.

GRANT BY HOWELL AP THOMAS AP HOWELL BUTTON TO HOWELL CARNE OF THE PURPARTY OF THE JOELLE LANDS IN NASH.

[Carne MS.]

7 Oct. 10 Hen. VI. 1431.

Sciant presentes et futuri quod nos Howell ap Thomas ap Howell Button et Wenlliana uxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Howelo Carne heredibus suis et assignatis totam purpartem nostram omnium terrarum et tenementorum quæ nuper fuerunt Johannis Juolle prout divisim jacent per antiquas metas et bundas apud le Nasshe in dominio domini episcopi de Landaff. Habendum et tenendum totam predictam purpartem nostram omnium terrarum et tenementorum predictorum predicto Howelo Carne heredibus suis et assignatis de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta jure hereditario imperpetuum. Et nos vero predicti Howell ap Thomas et Wenlliana uxor mea totam purpartem nostram predictam omnium terrarum et tenementorum predictorum cum omnibus suis pertinentiis predicto Howelo heredibus et assignatis suis contra omnes homines imperpetuum warantizabimus et defendemus. In cujus rei testimonium huic

presenti [scripto] nostro sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Ludowico Matheu . David Matheu . Roberto Mathew . Morgano ap Llewelyn ap Ievan armigeris . Willelmo Fflemyng et aliis.

Datum apud le Nasshe predictum septimo die Octobris anno regni Regis Henrici sexti post conquestum decimo.

Seal gone.

This and several subsequent Charters are derived from the Carne muniments at St. Donats, and throw much, though broken, light upon the connection of the Carnes with Nash, and their intermarriages and alliances with the Giles's, Button's, Dalden's, and some other families. Nash was a manor held by the Bishops of Llandaff. Its earliest known mesne lords were a family of Jeolle or Giles, of whom Theobalda, or Tibbet, daughter and co-heiress of John Giles, had Nash, which still remains in her descendants. Howel, her husband, seems to have bought out his sister-in-law and to have acquired a very considerable landed estate in the County. The Charters shew how, with the connivance of the Bishop and Chapter of Llandaff, he converted his leasehold into a freehold, an easy step towards the impoverishment of the See, upon which subsequent Bishops and their Chapters improved.

His grandson, a second Howell, who married Sybil Kemeys of Newport, left a son, Richard, who married Joanna, daughter of John, and probably granddaughter of Edward Dalden of Penarth.

Wenllian evidently had an interest in the Giles property. She is usually set down as a daughter of Tomkin Turberville of Tythegston : others make her a daughter of Evan ap Griffith Gethyn, in which case Lewis ap David and Robert Mathew were nephews.

Morgan ap Llewelyn ap Ievan has not been identified. He was an esquire, then indicating position, and probably a relation ; as no doubt was William Fleming, Wenllian's brother, Mathew ap Evan, having married Janet Fleming of Penllyne. The conveyance is of lands only ; but as the deed is dated 'apud le Nasshe', the donors or the recipient probably resided at the manor house.

MCXLVII.

QUIT-CLAIM BY HENRY SHORT TO HOWELL AND THEOBALDA CARNE OF LE NASSHE, ETC., IN LLANDAFF.

[Carne MS.]

25 Jan. 10 Hen. VI. 1432.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Henricus Short de Wootton juxta Shirborn in comitatu Dorset et Johanna uxor ejus filia Johannis Gyles nuper de la Moreshede in comitatu Cardef in Wallia senioris salutem in domino. Noveritis nos remisisse relaxasse et omnino pro nobis et heredibus nostris imperpetuum quietum clamasse Howello Carne et Theobalde

uxori ejus filie predicti JOHANNIS sorori predicte JOHANNE heredibus et assignatis suis imperpetuum totum jus nostrum et clameum quam habuimus habemus seu quovismodo habere poterimus in futurum in purpartem nostram de tota illa placea cum domibus et edificiis vocata le NASSHE cum terris clausis et pasturis et omnibus aliis qualitercunque adjacentibus sive pertinentibus in dominio et in parochia de LANDAFF simul cum omnibus illis terris et tenementis clausis pasturis et omnibus aliis suis pertinentibus in dominio de LANGTWYTTE et in feodo comitatus de CARDEF ad dictam placeam de le NASSHE similiter spectantibus que omnia quondam fuerunt predicti JOHANNIS GYLES patris predicte JOHANNE et THEOBALDE et que ad predictum HENRICUM et JOHANNEM jure hereditario ipsius JOHANNE pro purparte sua descendere deberet. Ita quod nec nos predicti HENRICUS et JOHANNA seu heredes nostri nec aliquis alius nomine nostro aliquid juris seu clamei pro purparte nostra de predicta placea cum domibus et edificiis cum terris clausis et pasturis et omnibus aliis qualitercunque adjacentibus sive pertinentibus in predicta parochia et dominio de LANDAF simul cum omnibus illis terris et tenementis clausis et pasturis cum omnibus aliis suis pertinentibus in dominio de LANGTWYTT imposterum exigere vel vendicare poterimus . Set ab omni accione juris pro purparte nostra de dicta placea cum domibus et edificiis cum terris clausis et pasturis et omnibus aliis qualitercunque adjacentibus sive pertinentibus in predicto dominio et parochia de LANDAF simul cum omnibus terris et tenementis clausis et pasturis cum omnibus aliis suis pertinentibus in dominio de LANTWYTT ut predictum est imposterum habendum sumus exclusi per presentes. In cujus rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus.

Data apud SHIRBORN predictum in festo convercionis Sancti PAULI anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum decimo.

The two seals have been torn from the labels.

This deed much resembles that of 1431. By it Henry Short of Wotton by Sherborne in Dorset, and Joan his wife, convey to Howel Carne and Theobalda his wife, their property in the houses and buildings known as 'Le Nasche,' with lands attached in the adjacent parish of Llantwit. Joan and Theobalda, as

has been seen, were sisters, daughters of John Giles the elder, of Le Moreshede near Cardiff, from whom the property descended. As the ladies were co-heiresses, it is probable that John Giles the younger, whose existence is implied, was dead. It was evidently upon the acquisition of these properties in Nash that Howel Carne based an ultimately successful scheme of securing the manor. There is no mention in the Button pedigree of a match with Giles, else it seems that Wenllian Button was a probable third co-heiress.

The pedigree of Giles does not appear to have been preserved. William Ivel or Juel, a juror in the county inquisition of 1262, is probably their ancestor; and John Jule appears in the Spencer Survey of 1320 as one of the holders in the great Nerber fee. Juleston is there mentioned between West and East Orchard, and is the present parish of Gileston. In the *Inq. p. m.* (ii, 163), 24 Edward III., 1350, Thomas Ivel is seized of Ieoleston, co. Gloucester, evidently Ivelston in Glamorgan, which county at this time is sometimes included in Gloucester. Indeed, in the very next entry, John de Nerberd of Castleton is placed in that county. The actual entry is more full, and sets forth that 'Thomas Ivel tenuit die quo obiit de herede Hugonis le Despenser manerium de Jeoliston cum advocatione ecclesie ejusdem per servicium unius feodi militis et valet per annum £4 12s. 2d. Et Johannes filius et heres predicti Thome est de etate 13 annorum. 24 Edward III. A.D. 1350.' This is the John Joel of Joelston manor, in South Wales, who appears in the escheats of 36 Edward III. (*I. p. m.* ii. 251), and of whom the family of Penarth were probably cadets.

In the reign of Elizabeth a Matthew Giles had lands in Gileston, Llancarvan, Llantrithyd, Kenislond, and Kenisham, and left Ann his widow, who was plaintiff in a suit in Chancery, under her settlement, against William Giles, who claimed under a deed of gift from Matthew. There was a Matthew Giles, gent., buried at Gileston, 8th Sept., 1618, whose wife was Mary; and their son, Major Wm. Giles, died there, 5th June, 1673. He was probably the last, for Winefred, his daughter and heiress, carried Gileston manor and advowson to her husband, James Allen, gent., who became of Gileston, and died there, 6th March, 1711. They left two daughters only, of whom the elder Mary, married (1) Richard Carne of Ewenny, (2) The Rev. John Willis. The Willis's ended in a Mary, who married the Rev. John Edwards, and died in 1809, leaving a daughter who married John Johnes of Dolecothaw, co. Carmarthen; whose descendants still own the manor. Giles bore . . . . . a cross crosslet, placed saltirewise . . . . .

The name of Giles is also found in the court rolls of the district. In 1628 Ann Giles was of Llancadle, as in 1630 was William Giles. William Giles occurs also in Penmark in 1672.

MCXLVIII.

LEASE, FOR A HUNDRED YEARS, BY EDWARD DALDEYN OF PENNARTH, TO GEOFFREY AND ISOTA BAKER OF CARDIFF, OF A TENEMENT IN CARDIFF.

[CARNE MS.]

12 MARCH. 10 HENRY VI. 1432.

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum indentatum pervenerit salutem. Noveritis me EDWARDUM DALDEYN de PENNARTH in comitatu

Glamorg' gentilman tradidisse concessisse et in hoc presenti scripto meo indentato confirmasse Galfrido Baker de Kaerdiff et Isote uxori ejus unum tenementum cum omnibus suis pertinentibus infra villam de Kaerdiff nuper in manibus Johannis Baker de Kaerdiff predicto defuncti quod quidem tenementum cum suis pertinentiis Tibot Cotiller modo tenet ad terminum vite sue jacens inter tenementum predicte Tibot in quo ipsa inhabitat nunc in parte orientali et quendam vicum vocatum Homandesby in parte occidentali et extendit se in longitudine a communi vico in parte boreali usque in terram vacuam meam in manu predicte Tibote in parte australi. Habendum et tenendum predictum tenementum cum omnibus suis pertinentiis prefatis Galfrido et Isote uxori ejus post decessum ipsius Tibote usque finem et terminum centum annorum proxime sequentium post datum presentium et plenarie completorum. Reddendo inde annuatim post decessum ipsius Tibote michi et heredibus meis decem solidos sterlingorum solvendos michi et heredibus meis annuatim ad quatuor anni terminos ibidem usuales equis porcionibus et capitali domino feodi illius redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et predictus Galfridus et Isota uxor ejus edificabunt aut heredes sui edificabunt sufficienter et vallabunt[1] totum predictum tenementum sumptibus et expensis suis propriis exceptis usque predictus Edwardus inveniet aut heredes sui invenient totum grossum meremium cum costagiis operariorum et cariagio dicti meremii usque ad aquam marinariam apud Pennarth ad introitum portus de Kaerdiff a bosco ubi predictum meremium prostratum fuerit pro factura tocius aule supradicti tenementi de novo edificanda. Et ego vero predictus Edwardus et heredes mei totum predictum tenementum cum omnibus suis pertinentiis prefato Galfrido et Isote uxori ejus heredibus et assignatis suis durante termino supradictorum centum annorum contra omnes gentes warantizabimus et in forma predicta defendemus. In cujus rei testimonium presentis indenture partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus . Willelmo Buttiller constabulario de Kaerdiff . Howell Webbe . et Thoma

Chepman . ballivis ejusdem ville . Thoma Tomy et Willelmo Colyns serviente tunc . Thoma Wathyn et Johanne Adthlan cum multis aliis.

Datum apud Kaerdiff duodecimo die Marcii anno regni Regis Henrici sexti post conquestum decimo.

A lump seal in brown wax, much broken.

(1) This word was copied originally *villatum*, which makes no sense with the context.

MCXLIX.

GRANT BY JOHN SPENSER TO WILLIAM AP JEVAN OF THE MOIETY OF A BURGAGE IN SWANSEA.

[G. G. F.]

27 Oct. 11 Hen. VI. 1432.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Spenser de Sweynesey dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo ap Jevan ap Thomas medietatem unius burgagii jacentem in le Donton ville de Sweynesey inter tenementum Johannis Zoper ex parte orientali [et] tenementum Jevan Gwyn ex prate occidentali et extendit se ab alta strata ex parte australi usque ad le Stronde ex parte boriali. Habendum et tenendum predictam medietatem burgagii cum omnibus suis pertinentiis predictis Willelmo et Johanne uxori ejus et heredibus de corporibus suis legitime procreatis de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predictus Johannes et heredes mei predictam medietatem burgagii cum omnibus suis pertinenciis prefatis Willelmo et Johanne uxori ejus et heredibus de corporibus suis legitime procreatis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. Et si contingat quod predicti Willelmus et Johanna obierint sine heredibus de corporibus suis legitime procreatis quod absit tunc volo et concedo quod predicta medietas burgagii cum omnibus suis pertinentiis revertantur mihi heredibus et assignatis meis imperpetuum. In cujus rei testimonium

huic presenti carte sigillum meum present' apposui. Hiis testibus . WILLELMO ASSHETON militi tunc scenessallo GOUHERIE . JOHANNE DAWKYN tunc preposito ville de SWEYNESEY . JACK WYNNE . THOMAS POCOCK . et JOHANNE DAVY et multis aliis.

Data apud SWEYNESEY XXVII$^{mo.}$ die mensis Octobris anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum undecimo.

Seal gone.

MCL.

RECITAL AND RATIFICATION BY THE CHAPTER OF LLANDAFF OF THE LEASE OF THE MANOR OF NASH BY BISHOP JOHN WELLS TO HOWEL CARNE.

[CARNE MS.] 3 DEC. 1432.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes litere pervenerint archidiaconus et capitulum ecclesie cathedralis LANDAVENSIS salutem in eo qui est omnium vera salus. Noveritis nos inspexisse scriptum reverendi in CHRISTO patris et domini domini JOHANNIS permissione divina LANDAVENSIS episcopi in hæc verba :—

JOHANNES permissione divina episcopus LANDAVENSIS omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem gratiam et benedictionem. Sciatis nos concessisse et ad firmam dimisisse HOWELO CARNE manerium nostrum de NASCH cum omnibus terris et tenementis redditibus pratis pascuis pasturis vastis cum omnibus aliis commoditatibus et proficuis eidem manerio spectantibus et pertinentibus. Habendum et tenendum manerium predictum cum omnibus terris et tenementis redditibus pratis pascuis pasturis vastis cum omnibus aliis commoditatibus et proficuis eidem manerio spectantibus et pertinentibus predicto HOWELO heredibus et assignatis suis ad terminum quinquaginta annorum proximo sequentium post datum presencium. Reddendo inde nobis et successoribus nostris annuatim

triginta solidos legalis monete solvendos ad festum Sancti MICHAELIS Archangeli tantum pro omnibus aliis serviciis exaccionibus et demandis. Et nos vero predictus JOHANNES episcopus LANDAVENSIS et successores nostri predictum manerium cum omnibus terris et tenementis redditibus pratis pascuis pasturis vastis cum omnibus aliis commoditatibus et proficuis dicto manerio pertinentibus et spectantibus predicto HOWELO heredibus et assignatis suis durante termino predicto contra omnes gentes warantizabimus et defendemus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presenti scripto apposuimus. Hiis testibus . DAVID MATHEW . LUDOWICO MATHEW . ROBERTO MATHEW . LLEWELYN ap IEVAN ap GRONO . JOHANNE GREGORY et multis aliis.

Datum in palacio nostro de LANDAFF in festum Sancti MICHAELIS Archangeli anno Domini millesimo cccc$^{mo.}$ tricesimo secundo et nostre consecracionis anno decimo.

Quas quidem concessionem tradicionem et dimissionem modo quo prefertur factas utiles fore reputantes pariter et honestas ac in nullo nobis aut successoribus nostris prejudiciales tractatu inter nos in domo nostra capitulari LANDAVENSIS qui in hujusmodi concessionibus tradicionibus et dimissionibus requiritur sepius prehabito ipsas concessionem tradicionem et dimissionem sub forma in dicto scripto contenta approbamus ratificamus et quantum in nobis est tenore presentium confirmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus duximus apponendum.

Datum in domo nostra capitulari LANDAVENSI tercio die mensis Decembris anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo.

The seal is gone.

The above, and several subsequent Charters, relate to the manor of Little Nash ('Parva Fraxina,' as it is Latinized), and show how it passed from Llandaff to the Carnes.

It is the inspection, recital, and confirmation, by the Archdeacon and Chapter of Llandaff, of a lease, by Bishop John Wells, of the manor of Nash to Howell Carne and his heirs, for fifty years, at thirty shillings annually.

The second [MCLXXIX.], dated 1448, is a lease of the same manor, by Bishop Nicholas Ashby, to Howell Carne, for sixty years, also for thirty shillings annually.

The third [MCLXXX.], dated 1448, two days later, is the inspection, recital, and confirmation of the same by the Archdeacon and Chapter.

The fourth [MCCLXIX.], dated 1499, is an approval by the Archdeacon and Chapter, of a lease, by Bishop John Ingleby, of the same to the same, for ninety years, at thirty shillings annually, dated one day earlier.

The fifth [MCCCXVI.], is the grant of the manor in perpetuity, at a payment of thirty-one shillings annually, to the same, by Bishop George Athequa, dated 1521. This Bishop, a foreigner and non-resident, dates, not as his predecessor, from the Palace at Llandaff, but from 'our Ospice at Rychemount,' no doubt a residence attached to the Court, and probably held by the Bishop as chaplain to Queen Katherine of Arragon.

Finally [MCCCXVII.], the sixth Charter is an inspection, etc., of the preceding grant by the Archdeacon and Chapter, dated twenty-seven days later.

As Llandaff, until recently, had no Dean, the Chapter was presided over by the Archdeacon, who here appears as confirming the Bishop's lease. Bishop John Wells, whose lease is confirmed, was appointed 9th July, 1425, and died 1440. David, Lewis, and Robert Mathew were the three sons of Mathew ap Evan ap Griffith Gethyn of Llandaff, and the first of that well-known family who used a surname. Sir David, standard-bearer of England under Edward IV., has a noble tomb at Llandaff; Robert was ancestor of the house of Castell-y-Mynach; and Lewis left but the daughter, who married John Raglan of Carnllwydd.

MCLI.

EXTRACT FROM THE INQUISITION POST MORTEM OF JOHN DE MOWBRAY, CONCERNING SWANSEY AND GOWER.

[INQ. P. MORT. 11 HEN. VI., No. 43, M. 37.]

11 HEN. VI. 1432—1433.

. . . .

. . . . . . Qui dicunt . . . . . . quod JOHANNES nuper dux NORFOLCHIE tenuit in dominico suo ut de feodo talliato, etc. . . . . . . castrum de SWEYNSEY ac terras [ac dominia] de GOWER et de KYLVEY cum membris et pertinentiis suis in marchia WALLIE . . . . . Et est in predicto castro de SWEYNESEY unus scitus qui x$^{d.}$ valet per annum ultra reprisas ejusdem. Et est ibidem unus burgus sive villa membrum dicti dominii de GOWER vocatus SWEYNESEY in quo vel qua sunt de redditu assise VIJ$^{li.}$ IJ$^{s.}$ IJ$^{d.}$ *ob.* annuatim . . . . . . Et sunt ibidem duo

molendina aquatica vocata [BRYNMYLL'] que valent per annum ultra reprisas LX$^{d.}$ Et est ibidem unum molendinum fullonicum . . . . . Et est ibidem unum molendinum aquaticum vocatum GRENEMYLL' quod valet per annum ultra reprisas XX$^{s.}$ Et est ibidem unum pomerium quod valet per annum ultra reprisas VJ$^{s.}$ Et est ibidem quoddam . . . . de TAWYE quod valet per annum ultra reprisas X$^{s.}$ Et est ibidem unum pratum vocatum ISELOND' et REDMEDE quod valet per annum ultra reprisas VJ$^{s.}$ Et est ibidem quoddam aliud pratum vocatum PORTAYNAN-MEDE quod valet per annum ultra reprisas [VIIJ$^{s.}$] Et sunt ibidem tres gurgites in aqua de TAWYE que valent per annum ultra reprisas V$^{s.}$ IIIJ$^{d.}$ Et quod tolnetum piscarie ibidem valet per annum ultra reprisas IIJ$^{s.}$ IIIJ$^{d.}$ Et quod perquisitum nundinarum ibidem valet per annum XVIIJ$^{d.}$ Et quod chensura ibidem valet per annum XIJ$^{d.}$ Et quod proficuum cervis[ie] ibidem valet per annum X$^{li.}$ Et quod perquisita hundredi ibidem valent per annum VIJ$^{li.}$ VIIJ$^{s.}$ VIIJ$^{d.}$ Et est infra dominia predicta ut parcella eorundem vocata GAWSSHERIA de supra . . . . . . in quo sunt de redditu WALLENCIUM solvendo annuatim termino Sancti MICHAELIS LX$^{s.}$ Et sunt ibidem de redditu servicii XL$^{s.}$ Et est ibidem certa consuetudo vocata GOMORTHA[1] alcid' que, etc. . . . . XXIIIJ$^{s.}$ Et sunt ibidem de redditu in ATHELHOLDENE solvendo termino Sancti MICHAELIS annuatim VJ$^{s.}$ VIIJ$^{d.}$ . . . . . . Et est infra dominia predicta ut membrum eorundem castrum de OYSTERMOUTH in quo castro est unus scitus qui IJ$^{li.}$ valet per annum ultra reprisas, etc.

(1) Gomortha, from the Welsh Cymhortha, assistance by local contribution. By Statute, 4 Henry IV., cap. 27, it is forbidden to make commorthes or gathering upon the common people in Wales. Alcid' is probably a blunder of the scribe.

Many other places are mentioned in this inquisition, but it cannot be ascertained that they are in Glamorganshire.

MCLII.

PAPAL ACQUITTANCE FOR THE PROCURATION FEES DUE FROM MARGAM ABBEY.

[G. G. F.]

11 July. 1435.

Nos Johannes de Obizis decretorum doctor Anglie collector et apostolice sedis nuncius recepimus de domino abbate de Morgan Landavensis dioceseos vii. solidos sterlingorum de procurationibus nobis debitis de anno Domini mccccxxxv°. de quibus prefatum dominum abbatem et ejus monasterium acquietamus per presentes.

Datum Londoniis sub nostro sigillo xj. die mensis Julii sub anno Domini predicto.

Seal gone.

This is the usual form of receipt from the Papal collector for England, here for a payment of 7s. for procuration fees.

MCLIII.

INQUISITION AFTER THE DEATH OF RICHARD MAUNCELL, OF NICLASTON, TAKEN BY VIRTUE OF A WRIT DATED 20 AUGUST, 13 HENRY VI., 1435, BY HUMPHREY, DUKE OF GLOUCESTER, WARDEN OF THE LORDSHIP OF GOWER, TO THE CORONER OF THE ENGLISHRY THERE.

[Margam Charter.]

5 Sept. 14 Hen. VI. 1435.

Humfridus filius frater et patruus Regum dux Gloucestrie magnus camerarius Anglie ac custos dominii Gowerie in Wallia ex concessione domini Regis ratione junioris etatis Johannis filii et heredis Johannis de Momrey [Mowbray] nuper domini ejusdem dominii coronatori Anglisherie Gowerie salutem.

Cum Ricardus Mauncell' de Niclaston' qui de dicto domino tenuit in capite die[m] clausit extremum ut accepimus vobis mandamus quod omnia terras et tenementa de quibus idem Ricardus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo in ballivia vestra die quo obiit sine dilacione capiatis in manum vestram et ea salvo custodiri faciatis donec aliud preceperimus ut per sacramentum proborum et legalium hominum de ballivia vestra per quos rei veritas melius sciri poterit et inquiri diligenter inquiratur quantum terre idem Ricardus tenuit de dicto domino in capite tam in dominico quam in servicio et quantum de aliis et per quod servicium in ballivia vestra die quo obiit et quantum terre ille valent per annum in omnibus exitibus et quo die idem Ricardus obiit et quis propinquior heres ejus sit et cujus etatis et inquisitionem inde distincte et aperte factam nobis in cancellariam nostram de Sweynsee sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilatione mittatis et hoc breve.

Datum apud Sweynsee xx^mo. die Augusti anno regni Regis Henrici sexti post conquestum tertio decimo. [A.D. 1435.]

Inquisitio ex officio capta apud Sweynsee coram Hopkyn ap David ap Hopkyn coronatore Anglisherie Gowerie die Lune quinto die Septembris anno regni Regis Henrici sexti post conquestum quarto decimo virtute cujusdam brevis de 'diem clausit extremum' sibi directi et huic inquisitioni consuti per sacramentum David ap Thomas ap Jevan ap Cradoc, Resi ap Gwilim ap Philip, Resi ap Gwilim ap Jevan ap Cradock, Henrici ap Jevan ap Cradoc, Reginaldi Greno, Johannis Harry de Hurton, Willelmi Gruffuth de Lamymore, Ricardi Benet, Hochekyn Thomas, Willim Thomas de Leysoneston, Jankyn ap Thomas ap Jankyn, Jankyn ap Thomas ap Jevan ap Cradok, et Morgan ap David ap Hopkyn'. Qui jurati et onerati dicunt super sacramentum suum quod Ricardus Mauncell' de Niclaston' fuit seisitus et tenuit de domino Gowerie in capite die quo obiit manerium de Niclaston cum pertinentiis in dominico suo ut de feodo per servicium militare ac ad faciendum sectam suam ad comitatum de Sweynsee de mense in mensem cum advocacione

ecclesie parochialis Sancti NICHOLAI de NICLASTON predicta. Item dicunt quod idem RICARDUS fuit seisitus et tenuit de eodem domino in capite die quo obiit unam parcellam terre vocatam MAUNCELLESLOND et aliam parcellam terre vocatam SCORLACESCASTELL' cum duabus tenuris ibidem et pertinentiis suis in dominico suo ut de feodo per consimilia servicium et sectam ut prius. Dicunt etiam quod idem RICARDUS fuit seisitus et tenuit de domino de PORTEYNON octo tenuras cum molendino aquatico cum pertinentiis in BURRY in dominico suo ut de feodo in capite die quo obiit per servicium militare et sectam ad curiam suam de PORTEYNON' per premunicionem sex dierum. Dicunt eciam quod predictum manerium de NICLASTON et terre de MAUNCELLESLOND ac SCURLACESCASTELL' cum predictis tenuris de predicto domino G[o]WERIE tenentur nomine medietatis unius feodi militis et dicunt quod predictum manerium et terre predicte cum tenuris et pertinentiis suis valent per annum in omnibus exitibus ultra reprisas sexdecim libras. Dicunt eciam quod predictus RICARDUS obiit die Martis proximo post festum Sancti PETRI qui dicitur 'ad vincula' ultimo preteritum et quod PHILIPPUS MAUNCELL' est filius et heres JOHANNIS MAUNCELL' filii et heredis ipsius RICARDI[1] est proximus heres ejusdem RICARDI etatis quindecim annorum et amplius. In cujus rei testimonium tam prefatus coronator quam predicti juratores huic inquisi[ti]oni sigilla sua apposuerunt.

Datum apud SWEYNSEE die et anno supradictis.

Seals wanting.

Endorsed—'Ricardus Maunsell', Johannes Maunsell', Philippus Maunsell'.' And in a later hand—'An inquisicion whereby this proveth Phylipp Manxell to be sonne to John Manxell, sonne to Richard Manxell.'

(1) 'et' wanting here.

Richard Mansel married Elizabeth, daughter of Hamon Turberville, of Penllyne. John, his son, who died v. p., married Sybil, daughter of Gwilym Llewelyn ap Howel Ychan. Philip, the heir, fell in the Wars of the Roses, and was ancestor of the Mansels of Margam.

MCLIV.

INDENTURE AND AGREEMENT BETWEEN JOHN DALDEYN, AND DAVID HIS BROTHER, RESPECTING LANDS IN GLAMORGAN.

[Carne MS.]

9 Dec. 18 Hen. VI. 1439.

This endenture made betwene John Daldeyn of the county of Glamorgan in Suth Walys, gentilman, on that one partye, and David Daldeyn, brother of the said John, of ye counte forsaid, gentilman, on that othir partye, witnesseth that the said parties been accorded and aggreed of certeyn covenantes and condicions in maner and forme folowyng, that is to say the said John at eny tyme hereafter shall not alien, selle, ne ley in mortgage, any of the londes, tenements, rentys, services, medes, lesueys, wodes, and pastures, with their appurtenances, within the said counte of Glamorgan, and within the libertie of the towne of Cardeff, and in the lordeship of Llandaff, in Suth Walys, which descended unto the said John by right enheritaunce after the disesse of Edward Daldeyn, fader of the forsaid John and David, ne eny parcell of theyme, withouten the wille and consente of the said David. And also the said John, of the rentes, profites, and revenues comyng and growyng of the said londes and tenements with thappurtenances, as above is said, shall bere and pay for alle costys and expenses that the said David shall spende in suing and laboryng for and aboute the said londes and tenementes with th'appurtenances or eny parcell of theyme. And the said David shall not disherite ne procure eny persone to disherite the forsaid John nor his heirs, at any time hereafter, of the said londes and tenementes, with their appurtenances ne of eny parcelle of theyme. And if the said John on his partye wele and truly performe, hold and fulfille the covenantes and condicions above specified, that than an obligacion of the date of these presentes letters, of c^li. sterlynges, whereyn the said John is bounde to the said David, be

voide and had for none, and ellys to stonde in strength and vertue. And if the said DAVID on his partie wele and truly performe and fulfille the condicions and covenants aforesaid, that then an obligacion of date of these presentes, of c[li.] sterlynges, wheryn the said DAVID is bounde to the said JOHN, be voide and for nought be had, and ellys to stonde in strengthe and vertue. In witnesse whereof the partes forsaid to these endentures chaungeably have put and set their seales.

Yoven the IX[th] day of the moneth of Decembre, in the XVIII[th] yere of the reigne of King HENRY the Sixt.

PLUMER.

Seal in red wax, small, and with a rude device of the letter 'I' between two palm-branches.

MCLV.

GRANT BY JOHN DALDEYN, CLERK, TO DAVID AP LLEWELYN AP JEVAN AP GRONO, CLERK, AND OTHERS, OF LANDS AND TENEMENTS IN LANYSAN IN KYBOUR.

[CARNE MS.]

16 FEB. 18 HEN. VI. 1440.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES DALDEYN clericus dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi DAVID ap LLEWELYN ap IEVAN ap GRONO clerico . LLEWELYN ap MADOC CADY . et DAVID DALDEYN seniori omnia terras et tenementa mea prata pasturas boscos et vasta cum pertinenciis que habeo ex dono et feoffamento JOHANNIS GRANTE in parochia de LANYSAN in KYBOUR infra comitatum GLAMORGANCIE. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa prata pasturas boscos et vasta cum pertinenciis prefatis DAVID LLEWELYN et DAVID heredibus et assignatis suis de capitalibus dominis feodorum illorum per redditus et servicia que ad[illos] pertinent imperpetuum. Et ego vero prefatus JOHANNES et heredes mei omnia predicta terras et tenementa prata pasturas boscos et vasta cum pertinenciis predictis DAVID LLEWELYN et DAVID heredibus et

assignatis suis contra omnes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Willelmo Thomas milite vicecomite comitatus predicti . Willelmo Stradlyng . Willelmo ap David . Morgan ap Jevan ap Jankin . Hoel ap Thomas ap Hoel Button . et multis aliis.

Datum apud Lanysan sexto decimo die Februarii anno regni Regis Henrici sexti post conquestum Anglie decimo octavo.

Wygrym.

The seal is gone.

The names in this document relate to the eastern part of the county, but not to Cardiff. Howell ap Thomas ap Howell Button corroborates three generations of the pedigree of Button of Worlton. Llewelyn ap Madoc Cady, and William ap David have not been identified. John Graunte, of Llanishen, bears a name of which there were two families in Glamorgan, one of Sigginston by Cowbridge, and the other of Lloyn-y-Grant in Llanedern. The Buttons, also, whose pedigree, amphisbæna like, had two heads, traced one of them to a Graunt. In the Llanedern pedigree there are two or three John Grants. David ap Llewelyn ap Ievan ap Grono, clerk, Morgan ap Ievan ap Jankyn, and William Stradling, come next. Also there appears Sir William ap Thomas, sheriff of the county. Who he was is uncertain. He was not of Llanfihangel. Rees Meyrick (p. 50) mentions a Sir William ap Thomas, who may have been the man. It is not probable that the founder of the Herbert family would have filled the office of Sheriff even under a Beauchamp. Wygrym, who countersigns, was probably the clerk of the Cardiff Chancery, as 'Plumer,' who countersigns an indenture of 1439, may also have been.

MCLVI.

RALPH GAMAGE, STEWARD OF OGMORE, AND OTHERS, IN ACCORDANCE WITH A ROYAL WRIT HEREIN RECITED, RESTORE TO MARGAM ABBEY, LANDS, ETC., BETWEEN OGMORE AND GARWE, ORIGINALLY GRANTED BY WILLIAM DE LONDONIIS.

[Margam Charter.]

24 May. 18 Hen. VI. 1440.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint Radulphus Gamage senescallus Johannes Turburvile et Johannes Andraw deputatus dicti Radulphi ac dictus Johannes Andraw receptor de Ogemore salutem in Domino.

Noveritis nos quoddam breve regium recepisse ea qua decuit reverencia cum honore cujus tenor sequitur et est talis :—

Henricus D. g. Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie senescallo et ejus deputato ac receptori nostris dominii nostri de Ogemore . salutem.

Cum nos per litteras nostras patentes concessimus dilectis nobis in Christo abbati et conventui abbatie ecclesie B. M. de Margan in South Wallia in relevacionem paupertatis domus predicte et in augmentacionem divini servicii in eadem ad intencionem quod ipsi diucius orent pro bono statu nostro et pro animabus progenitorum nostrorum restitucionem omnium terrarum tenementorum molendini aquarum pratorum pasturarum nemorum reddituum reversionum et serviciorum cum suis pertinenciis inter aquas de Ukgemore et Garwe que per Willelmum London' quondam dominum de Ukgemore data fuerunt ecclesie predicte et in manu nostra nunc existunt . Habendum eisdem abbati et conventui et successoribus suis in perpetuam elemosinam de nobis et heredibus nostris . Reddendo inde nobis et heredibus nostris quadraginta solidos annuatim pro omnibus serviciis consuetudinibus et exaccionibus quibuscumque prout in eisdem litteris nostris plenius continetur . Vobis precipimus et mandamus quod eisdem abbati et conventui liberacionem ac restitucionem omnium terrarum tenementorum etc. etc. serviciorum predictorum cum pertinenciis secundum vim formam et effectum litterarum nostrarum predictarum fieri facere (*sic*) . excusacione quacumque cessante. Et hoc nullatenus omittatis.

Datum sub sigillo nostro ducatus nostri Lancastrie apud palacium nostrum Westmonasterii xxviij. die Aprilis anno regni nostri decimo octavo. (1440.)

Unde nos predictus Radulphus senescallus Johannes et Johannes deputatus predicti Radulphi ac dictus Johannes receptor de Ogemor predicto volentes et cupientes dicti brevis regii execucionem effectualiter demandare abbati et conventui de Margan et successoribus suis integram restitucionem et plenariam

liberacionem et pacificam possessionem de omnibus terris et tenementis molendinis aquis pratis pasturis nemoribus redditibus reversionibus et serviciis cum omnibus pertinenciis suis secundum vim formam et effectum litterarum regiarum inde dictis abbati et conventui et eorum successoribus noviter concessarum et secundum tenorem et mandatum brevis regii nobis nuperime directi fieri fecimus prout tenemur in effectu. In cujus rei testimonium sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . DAVID MATHEU . WILLELMO STRADILING armigeris . JOHANNE FLEMYNG . THOMAS BATTELER . JOHANNE STRADILING et multis aliis.

Datum XXIIIJ. die mensis Maii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum decimo octavo.

Three seals, of which the first and second remain, in red wax.

1. A small lump seal, about $\frac{1}{3}$in. diam. Device, an escallop.

2. Octagonal signet, $\frac{7}{8}$in. by $\frac{1}{2}$in. Device, a bird, probably an eagle—the family crest—rising, wings displayed. In the field, in the upper part of the seal, the owner's name, TORBORUYLL'.

MCLVII.

ACQUITTANCE BY WILLIAM, ABBOT OF TEWKESBURY, TO MARGAM ABBEY, FOR A FARM RENT DUE FOR THE CHURCHES OF KENEFEK AND NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.]

5 OCT. 19 HEN. VI. 1440.

Noverint universi per presentes nos WILLELMUM permissione divina abbatem monasterii B. M. de TEUKESBURY recepisse et habuisse die confeccionis presencium de religiosis viris abbate et conventu de MORGAN undecim libras et decem solidos sterlingorum nobis ab eisdem et eorum monasterio debitos de perpetua firma ecclesiarum nostrarum de KENEFEK et NOVO CASTRO de termino Sancti MICHAELIS Archangeli ultimo preterito ante datum presencium. De quibus quidem undecim

libris et decem solidis de firma predicta de termino predicto fatemur nos fore solutos dictumque abbatem et conventum inde quietos per presentes sigillo nostro signatas.

Datum apud TEUKESBURY quinto die mensis Octobris anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum decimo nono.

Of the seal there remains a fragment in red wax of the secretum of the Abbot of TEWKESBURY (see No. MCLXV.).

MCLVIII.

INQUISITION AFTER THE DEATH OF ISABELLA, COUNTESS OF WARWICK.

[P.R.D. CHANCERY INQUISITIONS POST MORTEM. 18 HENRY VI. No. 3.]

3 Nov. A.D. 1440.

Inquisitio capta apud GLOUCESTRIAM tercio die Novembris anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum xix°. . . . .

. . . .

dicunt eciam predicti jurati super sacramentum quod dicta ISABELLA nuper comitissa in dicto breve nominata tenuit die quo obiit in dominico suo ut de feodo talliato sibi et heredibus suis de corpore suo exeuntibus inter alia dominium ac comitatum de GLAMORGAN' alias dictum GLOMORGAN cum omnibus libertatibus eisdem dominio ac comitatui spectantibus in dicta MARCHIA WALLIÆ predicto comitatui GLOUCESTRIÆ adjacente castrum de KAERDYF cum burgo et molendino, patriam de KYBUR et GLYNNOGOR cum pertinenciis de qua quidem patria de GLYNNOGOR parcus de GLYNNOGOR alias dictus parcus de CLENNOK est parcella dominii de KAERDIF cum pertinentiis in predicta MARCHIA cum omnibus libertatibus eidem dominio pertinentibus, manerium de COGAN cum pertinentiis in eadem MARCHIA, dominium manerium et villam de BOVYERTON cum pertinentiis in predicta MARCHIA, dominium et manerium

de Sully cum pertinentiis in eadem Marchia, dominium et manerium de Neuton Notasch cum pertinentiis in eadem Marchia, dominium de Griffithmore cum pertinentiis in eadem Marchia, et ducentas acras terre sexaginta acras prati et quadraginta acras pasture inter burgum de Kaerdif et aquam Sabrine inclusas ex parte occidentali cum rivo de Touff ex parte orientali cum dominio de Splot in eadem Marchia predicti dominii de Glanmorgan cum pertinentiis, manerium de Rathe cum pertinentiis manerium de Lekwith cum pertinentiis placita et perquisita comitatus de Glammorgan cum pertinentiis castrum manerium et villam de Kenefegh cum pertinentiis patriam de Tirialth cum pertinentiis, castrum et villam de Neth cum pertinentiis manerium de Neth cum hamletta de Kilthebebill et Bretton et patriam de Neth cum pertinentiis de qua quidem patria de Neth Foresta de Neth alias dicta Neth Forest ac eciam molendina aquatica et piscaria de Neth sunt parcelle patriam et villam de Lantrussantt cum patria de Glinrotheny cum pertinentiis manerium de Cloune cum patria de Mesken cum pertinentiis hamlettum de Pentirch cum pertinentiis manerium de Radur cum pertinentiis manerium de Costyneston cum pertinentiis tria mesuagia centum acras terre quadraginta acras prati viginti acras bosci et viginti acras pasture cum pertinentiis in Lundynes que fuerunt Howely de Ruyley unum mesuagium viginti acras terre decem acras pasturi vj. acras bosci cum pertinentiis que fuerunt David ap Gronogh apud Lannedu in Sengh' tria mesuagia cum pertinentiis in Kaerdif que fuerunt Ricardi le Barbur unum tenementum et duo mesuagia cum pertinentiis in Kaerdyf que fuerunt Ricardi le Ken' tria mesuagia et decem acras terre cum pertinentiis in Kaerdif que fuerunt Henrici le Porter tria mesuagia et unum tenementum cum pertinentiis in Kaerdif que fuerunt Roberti le Carpenter unum tenementum tria mesuagia quadraginta acras terre et viginti acras prati et centum solidatas redditus cum pertinentiis in Senghenyth que fuerunt Leulini ap Griffith in predicta Marchia Wallie sexdecim solidatas redditus assise per annum cum pertinentiis in Aungle manerium de Stoke cum Chacea de Cors

cum pertinentiis curiam de WODELEYSTILE et cum pertinentiis diversas parcellas vocatas BRANDOWNE LITELHOLMEDE et MICHELHOLMEDE adinvicem jacentes ADAM CROFTIS et SPODELLESLOND ROGGESLOND STOGESCROFT BARBELISCROFT PORTERESLOND in ADAMSDOWNE TOURESMEDE SEBIRSHILL cum eorum pertinentiis in dicta MARCHIA WALLIE et tres acras terre jacentes juxta DEPYNGEPUTTES quatuor acras terre quondam JOHANNIS ATKINES jacentes juxta WERYNGTREWES BACKEMEDES GRENEWARDE DOGOWYLDESCROFT et JOHN MERIKESCROFT in MARCHIA predicta que sunt parcelle predicti dominii de GLAMORGAN cum pertinentiis necnon feoda militis et partes feodi militis et advocationes domorum religiosarum et ecclesiarum cum pertinentiis in predicta comitatu GLOUCESTRIÆ et MARCHIA WALLIE eidem comitatui adjacente subscripta. Videlicet tria feoda et medietatem dimidii feodi militis in DYNNYS POWYS que JOHANNES de SOMERY quondam tenuit que ad xxx*li.* extenduntur per annum cum accidentibus, duo feoda militis in COGAN que JOHANNES COGAN quondam tenuit et que ad xx*li.* extenduntur per annum cum accidentibus, medietatem feodi in WRENKESTON quam JOHANNA de RALEY quondam tenuit et ad x. marcas extenditur per annum cum accidentibus, feodum unius militis in SULLEY quod WILLELMUS de BREKEHOUS quondam tenuit quod ad c. solidos extenditur per annum cum accidentibus, duo feoda militis in WONTFO . que WILLELMUS de FFLE . . . quondam tenuit et ad x*li.* extenduntur per annum cum accidentibus, feodum unius militis in COYCHURCH quod PAGANUS TURBERVYLL quondam tenuit et ad c*s.* extenditur per annum cum accidentibus, tria feoda militis in SANCTO NICHOLAO que WILLELMUS CORBET quondam tenuit et ad xxx*li.* extenduntur per annum cum accidentibus, quatuor feoda militis in PENMARK que HENRICUS de HUMFREVILL quondam tenuit et que ad LX*li.* extenduntur per annum cum accidentibus, medietatem feodi militis in LANRIRID quam IUETTA que fuit uxor WILLELMI de KERDYF quondam tenuit et que ad x*li.* extenditur per annum cum accidentibus, feodum unius militis in SANCTO FAGANO quod heres BOGONIS le VEEL quondam tenuit, quod ad xx*li.* extenditur per annum cum

accidentibus, medietatem unius feodi militis in LANHARY quam MATILDA que fuit uxor JOHANNIS de TURBERVILL' quondam tenuit et que ad x*li*. extenditur per annum cum accidentibus, medietatem unius feodi militis in LYSTEWOUDE quam WILLELMUS MAILLOK quondam tenuit et que ad XL*s*. extenditur per annum cum accidentibus, medietatem feodi unius militis in SANCTO HILLARIO quam THOMAS BASSET quondam tenuit et que ad x*li*. extenditur per annum cum accidentibus, medietatem feodi unius militis in LANTONIAM quam RICARDUS de NEREBARD quondam tenuit, et que ad LX*s*. extenditur per annum cum accidentibus, medietatem unius feodi militis in PENDYVYLYN quam WYLYM ap PHILIP quondam tenuit que ad c*s*. extenditur per annum cum accidentibus, decimam partem unius feodi militis in NOUO CASTRO quam PAGANUS TURBEVILL quondam tenuit et que ad x. marcas extenditur per annum cum accidentibus, feodum unius militis in LANDOGH et SEINT MERYCHURCHE quod ADAM le WALEYS quondam tenuit et quod ad xxx*li*. extenditur per annum cum accidentibus, duo feoda militis in PENTHLIN et LAMIHANGLE que JOHANNES le NORREYS quondam tenuit et que ad L*li*. extenditur per annum cum accidentibus, duas partes unius feodi militis in LANFY quas WILLELMUS de BREUHOUS et ELIZABETHA uxor ejus quondam tenuerunt et que ad xx*li*. extenduntur per annum cum accidentibus, quatuor feoda militis in OGGEMORE que HENRICUS de LANCASTER et MATILDA uxor ejus quondam tenuerunt et que LX*li*. extenduntur per annum cum accidentibus, feodum unius militis in MARTHELMAURE quod REGINALDUS de SOMERTON quondam tenuit et quod ad xv*li*. extenditur per annum cum accidentibus, medietatem feodi unius militis in MARE CROSSE quam JOHANNES de la BERE quondam tenuit et que ad x. marcas extenditur per annum cum accidentibus, medietatem feodi unius militis in MARE CROSSE quam MARGARETA que fuit uxor JOHANNIS de B. . . . . quondam tenuit et que ad x. marcas extenditur per annum cum accidentibus, quartam partem feodi unius militis in NEUTON NOTASCHE quam PHILIPPUS de WELLE et participes sui quondam tenuerunt et que ad x*li*. extenditur per annum cum accidentibus, feodum unius militis in LANGHE[wo?] quod abbas de MARGAM

quondam tenuit et quod non extenditur quia in puram elemosinam tenetur, tria feoda militis et medietatem feodi unius militis in Sancto Tathona que ad x*li.* extenduntur per annum cum accidentibus, medietatem feodi unius militis in Sancto Tathona quam R[icardus] de Nereberd quondam tenuit et que ad lx*s.* extenditur per annum cum accidentibus, feodum unius militis in Lyswryny quod Petrus le Veel quondam tenuit et quod ad xv*li.* extenditur per annum cum accidentibus, sextam partem feodi unius militis in Lanyltwit quam Michael Tuser quondam tenuit et que ad xx*s.* extenditur per annum cum accidentibus, Serjentiam quam Paganus Turbervill quondam tenuit apud Coytif . . .

. . . .

Aceciam advocationem ecclesie de Lantrissant in Meskyn que ad lx. marcas extenditur per annum cum accidentibus, advocationem ecclesie de Merthir alias dicte Morthir que ad c*s.* extenditur per annum cum accidentibus, advocationem ecclesie de Thawe que ad c*s.* extendit per annum cum accidentibus, advocationem ecclesie de Langwynyth que ad xx. marcas extenditur per annum cum accidentibus, advocationem ecclesie de Neth que ad xx. marcas extenditur per annum cum accidentibus, advocationem ecclesie de Lanhary que ad v. marcas extenditur per annum cum accidentibus, advocationem abbatie de Morgan et advocationem ecclesie nichil, castrum et manerium de Lanbleth', castrum et manerium de Taleuan cum patria de Talevan et Llanhare cum pertinentiis, burgum de Cowbrigge cum pertinentiis, manerium de Laneltwit cum patria de Ruthyn et aliis cum pertinentiis, castrum et villam de Kerfilli cum pertinentiis, manerium de Kerfilly cum patria Denghenyth alias dicta Senghenyth supra Cagh Merthiret Eglaswbdene (?) cum pertinentiis de qua quidem patria de Dengenyth alias dicta Sengenyth Foresta de Sengh' est parcella, hamletta de Rothery et Lannedu cum patria de Senghenyth subtus Cagh de qua quidem patria de Sengh' dominium aceciam trescentas acras terre centum acras prati sexaginta acras pasture et centum solidatas redditus . . . . cum pertinentiis in eadem sunt parcella castrum et manerium Albi Monasterii alias dictum

castrum et manerium de Whitchurche cum pertinentiis in Marchia Wallie predicto comitatui Gloucestrie adjacente, feodum unius militis in Landogh quod heres Johannis de Wynton quondam tenuit et quod ad sex libras extenditur per annum cum accidentibus, feodum unius militis in Sancto Donato quod Edwardus de Stradlynge quondam tenuit et quod ad xx*li.* extenditur per annum cum accidentibus . . . .

. . . .

et advocationem ecclesie de Kylthgaire que ad x*li.* extenditur per annum cum accidentibus in comitatu et Marchia predictis . Prætextu quarundam litterarum patentium Domini Edwardi nuper Regis Anglie filii Regis Henrici de diversis castris maneriis terris et tenementis predictis et aliis premissis cum pertinentiis ac de aliis confectarum per quas quidem litteras patentes prefatus nuper Rex Edwardus xxvii°· Maii anno regni sui xviii°· recitans qualiter dilectus et fidelis ejus Gilbertus de Clare tunc comes Gloucestrie et Herefordio nuper sibi reddiderat concesserat et quietum clamaverat pro se et heredibus suis omnia castra terras et tenementa cum omnibus pertinentiis que habuit in Anglia et Wallia per cartas suas quas eidem nuper Regi Edwardo separatim inde fecit tenendum eidem nuper Regi Edwardo et heredibus suis faciendo inde voluntatem suam sine ullo retinemento ac volens idem nuper Rex Edwardus prefato nuper comiti graciam facere specialem dedit concessit et confirmavit per easdem litteras suas patentes eidem nuper comiti et karissime filie dicti nuper Regis Edwardi Johanne tunc uxori dicti Gilberti nuper comitis omnia premissa in dicta Marchia dicto comitatui Gloucestrie adjacentia cum suis pertinentiis inter alia per nomen omnium castrorum terrarum et tenementorum suorum cum omnibus suis pertinentiis que habuit tam in Anglia quam in Wallia ex redditione et concessione predicti Gilberti nuper comitis exceptis certis terris et tenementis in eisdem litteris contentis exceptis sine ulto retinemento . Habendum et tenendum eisdem nuper comiti et Johanne et heredibus de corporibus eorundem nuper comitis

et JOHANNE legittime procreatis de ipso nuper Rege EDWARDO et heredibus suis per servicium ante reddicionem predictam inde debitum et consuetum imperpetuum adeo integre quiete libere et honorifice in omnibus juribus regalitatibus honoribus dominiis libertatibus liberis consuetudinibus feodis militum advocationibus domorum religiosarum et ecclesiarum et omnibus pertinentiis quoquomodo ad predicta castra terras et tenementa pertinentibus ut predictum est sicut idem nuper comes omnia predicta tenuit die quo ea in manu dicti nuper Regis EDWARDI reddidit ad voluntatem suam inde faciendam sine ullo retinemento prout per predictas litteras patentes prefatis juratis super capcionem istius inquisitionis in evidencia monstratas plenius poterit apparere, que quidem castra dominia maneria terre et tenementa feoda advocationes et alia premissa que prefata ISABELLA sic tenuit in feodo talliato sunt parcelle terrarum et tenementorum que in dictis litteris patentibus specificantur et sunt in MARCHIA WALLIE dicto comitatui GLOUCESTRIE adjacente. Et dicunt quod pretextu predictarum litterarum patentium prefati nuper Regis EDWARDI prefati GILBERTUS nuper comes et JOHANNA de dominiis castris maneriis terris et tenementis et de omnibus et singulis premissis in eisdem litteris specificatis cum suis pertinentiis seisiti fuerunt in dominico suo ut de feodo talliato et habuerunt postea exitus inter eos quendam filium nomine GILBERTUM et tres filias videlicet ALIANORAM primogenitam MARGARETAM mediam et ELIZABETHAM tertiam postnatam, et dicunt quod postea predicta JOHANNA obiit et postmodum dictus GILBERTUS nuper comes etiam obiit post cujus mortem omnia predicta dominia castra terre tenementa cum suis pertinentiis que fuerunt predicti GILBERTI nuper comitis prefato GILBERTO filio et heredi predictorum GILBERTI nuper comitis et JOHANNE descenderunt. Qui quidem GILBERTUS filius GILBERTI de dominiis castris maneriis terris et tenementis et de omnibus et singulis premissis in eisdem litteris patentibus specificatis cum suis pertinentiis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo talliato per formam donacionis predicte et de tali statu inde obiit seisitus post cujus mortem omnia eadem maneria dominia castra terre et tenementa cum suis pertinentiis ac omnia

premissa que fuerunt predicti GILBERTI filii GILBERTI prefatis ALIANORE MARGARETE et ELIZABETHE ut sororibus et heredibus predicti GILBERTI filii GILBERTI descenderunt per formam donacionis predicte eo quod idem GILBERTUS filius GILBERTI obiit sine herede de corpore suo exeunte . Et dicunt quod predicta dominia castra maneria terre et tenementa [et omnia] et singula premissa in dictis litteris patentibus specificata cum suis pertinentiis in predictis comitatu GLOUCESTRIE et MARCHIA WALLIE eidem comitatui adjacente inter alia allocata fuerunt HUGONI le DESPENSER chivaler juniori et prefate ALIANORE adtunc uxori ejus in propartionem ipsius ALIANORE ipsam de omnibus c[astris] maneriis terris et tenementis cum pertinentiis ac de aliis premissis que fuerunt GILBERTI filii GILBERTI contingentem prout per partitionem illam inter predictos HUGONEM le DESPENSER et ALIANORAIN et HUGONEM de AUDELEY juniorem et predictam MARGARETAM adtunc uxorem ejus et ROGERUM DAMORY et predictam ELIZABETHAM adtunc uxorem ejus de castris maneriis terris et tenementis ac de aliis premissis cum pertinentiis que fuerunt predicti GILBERTI filii GILBERTI factam et in rotulo cancellarie domini Regis EDWARDI nuper Regis ANGLIE filii predicti domini Regis EDWARDI filii Regis HENRICI irrotulatam plene liquet virtute quorum descensus et particionis predicti HUGO le DESPENSER et ALIANORA fuerunt seisiti de dominiis castris maneriis terris et tenementis predictis ac de omnibus et singulis premissis cum suis pertinentiis que fuerunt predicti GILBERTI nuper comitis inter alia in dominico suo ut de feodo talliato ut de jure predicte ALIANORE et habuerunt exitus inter eos duos filios videlicet HUGONEM seniorem et EDWARDUM juniorem qui quidem HUGO pater obiit. Et postea prefata ALIANORA de tali statu de dominiis castris maneriis terris et tenementis predictis ac de omnibus et singulis premissis cum suis pertinentiis que fuerunt predicti GILBERTI nuper comitis obiit seisita post cujus mortem dominia castra maneria terre et tenementa predicta ac omnia et singula premissa cum suis pertinentiis que fuerunt predicti GILBERTI nuper comitis inter alia descenderunt prefato HUGONI filio ut filio et heredi predictorum HUGONIS le DESPENSER et ALIANORE qui quidem HUGO filius de

dominiis castris maneriis terris et tenementis predictis ac de omnibus et singulis premissis cum suis pertinentiis que fuerunt predicti Gilberti nuper comitis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo talliato per formam donationis predicte et de tali statu inde obiit seisitus post cujus mortem omnia eadem dominia castra maneria terre et tenementa predicta ac omnia et singula premissa cum suis pertinentiis que fuerunt predicti Gilberti nuper comitis Edwardo filio predicti Edwardi le Despenser fratris predicti Hugonis filii ut consanguineo et heredi predicti Hugonis filii videlicet filio Edwardi fratris predicti Hugonis filio descenderunt eo quod idem Hugo filius obiit sine herede de corpore suo exeunte qui quidem Edwardus filius Edwardi de dominiis castris maneriis terris et tenementis predictis ac de omnibus et singulis premissis cum suis pertinentiis que fuerunt predicti Gilberti nuper comitis inter alia fuit seisitus in dominico suo ut de feodo talliato per formam donationis et particionis predictarum et de tali statu inde obiit seisitus post cujus mortem omnia eadem dominia castra maneria terre et tenementa ac omnia et singula premissa cum suis pertinentiis que fuerunt dicti Gilberti nuper comitis Thome nuper Domino le Despenser filio et heredi predicti Edwardi filii Edwardi le Despenser per formam donacionis et particionis predictarum descenderunt qui quidem Thomas ea tenuit de Rege die quo obiit . Et dicunt quod predictus Thomas nuper Dominus le Despenser postea obiit . post cujus mortem omnia eadem dominia castra maneria terre et tenementa predicta ac omnia et singula premissa cum suis pertinentiis que fuerunt dicti Gilberti nuper comitis inter alia descenderunt Ricardo filio et heredi predicti Thome et dicunt quod predictus Ricardus adtunc infra etatem et in custodia domini Regis existens obiit seisitus de tali statu de predictis dominiis castris maneriis terris et tenementis predictis ac de omnibus et singulis premissis cum suis pertinentiis que predictus Thomas nuper Dominus le Despenser tenuit dicto die quo obiit ut predictum est per formam donacionis et particionis predictarum post cujus mortem dominia castra maneria terre et tenementa predicta ac omnia et singula premissa cum suis pertinentiis que predictus Thomas nuper Dominus le Despenser

tenuit dicto die quo obiit ut predictum est inter alia dicte Isabelle in dicto brevi nominate sorori et heredi predicti Ricardi filii et heredi predicti Thome nuper domini le Despenser defuncti descenderunt ut heredi lineali in tallia per formam donacionis et particionis predictarum eo quod idem Ricardus filius Thome obiit sine herede de corpore suo exeunte . Que quidem Isabella de eisdem castris maneriis et aliis premissis que prefatus Gilbertus nuper comes tenuit fuit seisita in dominico suo ut de feodo talliato sibi et heredibus suis de corpore suo procreatis per formam donacionis et particionis ac predictarum litterarum patentium prefato Gilberto nuper comiti ut prefertur confectarum . Et de tali statu inde obiit seisita . Et sic dicunt dicti jurati quod prefata Isabella tenuit die quo obiit in feodo talliato sibi et heredibus de corpore suo procreatis ut heres linealis in tallia virtute litterarum patentium predictarum omnia eadem castra maneria dominia terras et tenementa feoda advocaciones et alia premissa in dictis Marchia et litteris patentibus specificata cum pertinentiis post cujus mortem omnia eadem castra maneria et alia premissa que fuerunt predicti Gilberti nuper comitis cum pertinentiis descenderunt Henrico nunc comitis War[rewik] adhuc infra etatem et in custodia domini Regis existenti ut filio et heredi ejusdem Isabelle nuper comitisse ac ut heredi lineali in tallia per formam donacionis particionis ac litterarum patentium predictarum . Et dicunt quod eadem castra dominia comitatus patrie et alia premissa que prefata Isabella sic tenuit in feodo talliato tenentur de domino rege in capite set per quod servicium ignorant et dicunt quod omnia eadem castra dominia maneria terre et tenementa cum eorum pertinentiis sunt parcelle de dominio de Glamorgan et valent per annum cum omnibus exitibus ultra reprisas —— ccc*li.* Item dicunt dicti jurati quod dicta Isabella tenuit die quo obiit castrum et manerium de Seyntfagan et manerium de Leswreny alias dictum castrum et manerium de Seyntfagan ac manerium de Leswreny cum pertinentiis in predicta Marchia Wallie eidem comitatui Gloucestrie adjacente sibi et heredibus suis imperpetuum . Set de quo vel de quibus predicta castrum et maneria tenentur jurati

predicti penitus ignorant . Et dicunt iidem jurati quod eadem castra et maneria valent per annum in omnibus exitibus ultra reprisas —— xx. marcas . Et dicunt quod dicta Isabella nuper comitissa obiit in festo Sancti Stephani martyris ultimo preterito . Et quod Henricus nunc comes Warrewik' est filius et heres ejus propinquior et fuit xxii. die Martii ultimo preterito etatis xv. annorum . Et dicunt quod dicta Isabella nuper comitissa non tenuit aliqua alia neque plura terras seu tenementa de domino Rege nec de aliquo alio in comitatu et Marchia predictis die quo obiit. In cujus rei testimonium jurati predicti huic inquisitioni sigilla sua alternatim apposuerunt.

Datum die anno et loco supradicto.

MCLIX.

ACQUITTANCE BY WILLIAM, ABBOT OF TEWKESBURY, TO MARGAM ABBEY, FOR A FARM RENT DUE FOR THE CHURCHES OF KENEFEK AND NEWCASTLE.

[Margam Charter.]

23 April. 19 Hen. VI. 1441.

Noverint universi per presentes nos Willelmum permissione divina abbatem monasterii beate Marie de Teukesbury recepisse, etc., de religiosis viris abbate et conventu de Margan undecim libros et decem solidos, etc., de termino Pasche ultimo preterito post datum presencium. De quibus, etc.

Datum apud Teukesbury, vicesimo tertio die mensis Aprilis, anno regni Regis Henrici sexti post conquestum decimo nono.

Seal in green wax, as described in No. mclxv.

Endorsed—' An acquittans of farme of ye Churche of Kenefek.'

MCLX.

CHARTER OF HENRY VI. TO MARGAM ABBEY, RECITING HIS LETTERS PATENT GRANTING TO THE SAME THE RESTITUTION OF LANDS, ETC., OF EGLISKEYNWIR, BETWEEN UKGEMORE AND GARWE, IN THE DEMESNE OF OGEMORE (ORIGINALLY GRANTED BY WILLIAM DE LONDONIIS FOR FORTY SHILLINGS RENT), 28 APRIL, 18 HENRY VI., 1440, AND CONFIRMING THE SAME.

[Margam Charter.]

15 May. 19 Hen. VI. 1441.

Henricus D. g. Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie . Omnibus ad quos p. l. pervenerint salutem.

Sciatis quod cum nos quasdam litteras nostras patentes dilectis nobis in Christo abbati et conventui abbatie B. M. de Morgan in SooutHwallia sub sigillo ducatus nostri Lancastrie fieri fecimus in hec verba :—

Henricus D. g. Rex Anglie (etc. ut supra). Omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem :—

Sciatis quod nos per quandam supplicacionem per dilectos nobis in Christo abbatem et conventum abbatie B. M. de Morgan in S. W. nobis presentatam intelleximus qualiter ipsi per quinque annos et ultra jure transactos in diversis multis locis et temporibus per supplicaciones continue penes nos sunt prosecuti ad restituendum eis omnia terras tenementa molendinum aquas prata pasturas nemora redditus reversiones et servicia sua inter aquas de Ukgemore at Garwe existentia vocata Egliskeynwir in domino nostro de Ogemore in S. W. cum suis pertinenciis . que quidem terre (etc. ut supra . . . . .) servicia per tempus non modicum transactum data fuerunt et concessa Deo ecclesieque predicte ac monachis i. D. s. in feodi firmam et perpetuam elemosinam ad tempus fundacionis ejusdem per quendam Willelmum London' tunc

dominum de Ogemore. Reddendo inde annuatim sibi et heredibus suis ad festa Sancti Michaelis et Pasche quadraginta solidos per equales porciones pro omnimodis serviciis custumis et accionibus prout in carta ipsius Willelmi London' predecessoribus dictorum abbatis et conventus inde confecta, cujus copia penes consilium nostrum ducatus nostri Lancastrie remanet, plenius continetur. Salva semper fforestario dicti Willelmi ibidem existenti custodia dictorum nemorum cum consilio abbatis ecclesie predicte. Ac salvo dicto Willelmo et hominibus suis tanto bosco quantum ipsi indigent ad usus suos proprios. quod quidem dominium de Ogemore dicti ducatus nostri modo est parcella, et dicta terra (etc. ut supra . . . . . .) servicia ad tunc infra dictum dominium existentia et parcelle ejusdem, de quibus quidem terra (etc. ut supra . . . .) serviciis predecessores predictorum abbatis et conventus virtute dicti doni pacifice possessi et seisiti fuerunt in dominico suo in jure ecclesie sue predicte, ut in feodo, usque ad annum undecimum illustris progenitoris nostri Edwardi tercii nuper Regis Anglie, et tunc pro defectu solucionis dictorum quadraginta solidorum certi officiarii ejusdem dominii dicta terras (etc. ut supra . . . . .) servicia ad usum domini dicti dominii tunc temporis existentis seisiverunt et ea extunc continue ad usum domini de Ogemore ac illustrium progenitorum nostrorum et nostrum occupaverunt. Que quidem supplicaciones cum aliis notabilibus et sufficientibus evidenciis et declaracionibus superinde per mandatum nostrum. Consilio nostro dicti ducatus nostri pro jure dictorum abbatis et conventus et ecclesie antedicte exibite fuerunt. Videlicet confirmacionibus per sanctissimum dominum et patrem nostrum Papam Alexandrum, Regem Johannem progenitorem nostrum, Thomam de London' fratrem predicti Willelmi, Beaufr'[1] de Maundevile comitem Gloucestrie et Essex', dominam Isabellam comitissam Gloucestrie, dominum Gilbertum de Clare comitem Gloucestrie et Hereford' (*sic*) Hugonem de Spencer, Edwardum le Spencer dominos de Glomorgan et Morgannok ac tunc capitales dominos dicti dominii de

Ogemore . Super quo dictum consilium ordinavit et dedit in mandatis Waltero Gorfen' clerico generalis Receptoris nostri ducatus nostri predicti ad scrutandum evidencias ejusdem ducatus in custodia Johannis Leventhorp' existentes ac relacionem inde facere et certificare dicto consilio nostro id quod ipse in materia illa inveniret tam pro parte nostra quam pro parte predictorum abbatis et conventus, et superinde eidem abbati responsum facere, prout per quendam actum in dicto concilio nostro plenius apparet . quod quidem scrutinium factum fuit et nichil versus prefatos abbatem et conventum repertum extitit ut dicitur, super quo iidem abbas et conventus ad dictum consilium nostrum prosecuti fuerunt pro liberacione terrarum (tenementorum) molendini aquarum pratorum pasturarum nemorum reddituum reversionum et serviciorum predictorum habenda, quod eis ut asserunt extitit denegatum. Consilium tamen nostrum predictum appunctuavit et ordinavit litteras nostras sub sigillo nostro predicti ducatus nostri Roberto Symond' auditori nostro ducatus nostri predicti ac receptori nostro de Monemotha fore dirigendas . eis injungentes ad scrutandum evidencias nostras apud Monemotham Ogemore et Kedwelly . et ad certificandum superinde ad quindenam Sancti Michaelis ultimo preteritum, dictum consilium nostrum omne id quod ipsi de dicta materia scirent invenire tam pro parte nostra quam pro parte dictorum abbatis et conventus, que quidem certificacio retornata et deliberata est dicto consilio nostro, et nichil versus eosdem abbatem et conventum repertum fuit ibidem . set ob defectum solucionis predictorum quadraginta solidorum prout superius est recitatum . quod ipsos causat nullam liberacionem eisdem abbati et conventui fecisse ad importabilia onera exheredacionem et adnichilacionem dictorum abbatis et conventus et ecclesie sue antedicte prout per ipsos sumus certitudinaliter informati, absque gratia nostra speciali eis exhibita in hac parte.

Nos igitur in consideracionem premissorum ac eciam pro eo quod dicta ecclesia grangie et domus eidem pertinentes tempore rebellionis Wallie spoliate et

destructe fuerunt per OWYNUM de GLENDORE et complices suos, et ulterius quod terre dominice dicte abbatie et grangie ejusdem submerse sunt et destructe per inundaciones aquarum maris per spacium quatuor miliariorum et ultra . Considerantes eciam quod dicti abbas et conventus onerati extiterunt de decimis pro eisdem terris et pratis inter dictas aquas apud EGLISKEYNWIR predictam prout in scaccario nostro apparet de recordo . Ac eciam quod nos et incliti progenitores nostri hactenus annuatim contentati fuimus de predictis quadraginta solidis pro dictis terris tenementis molendino aquis pratis pasturis nemoribus redditibus reversionibus et serviciis citra dictum undecimum annum Regis EDWARDI tercii supradicti ut per possessionem revencionum terrarum tenementorum molendini aquarum pratorum pasturarum nemorum reddituum reversionum et serviciorum supradictorum . Nolentesque possessionem eorundem terrarum tenementorum molendini aquarum pratorum pasturarum nemorum reddituum reversionum et serviciorum diucius custodire, volumus et concedimus quod integra restitucio et plena liberacio ac possessio fiant dictis abbati et conventui et successoribus suis de terris tenementis molendino aquis pratis pasturis nemoribus redditibus reversionibus et serviciis antedictis cum suis pertinenciis . Habendum et tenendum eisdem abbati et conventui ac successoribus suis de nobis et heredibus nostris in perpetuam elemosinam. Reddendo nobis et heredibus nostris dominis de OGEMORE quadraginta solidos annuatim imperpetuum pro omnimodis serviciis custumis et accionibus ut predictum est . salvis custodia et proficuis dictorum nemorum eodem modo prout reservata fuerunt ad primam donacionem per prefatum WILLELMUM LONDON'. Hec etenim concedimus abbati et conventui predictis et successoribus suis in relevacionem paupertatis domus predicte et in augmentacionem divini servicii in eadem, ad intencionem quod ipsi devocius orent pro bono statu nostro et pro animabus progenitorum et heredum nostrorum imperpetuum . Aliqua possessione terrarum tenementorum molendini aquarum pratorum pasturarum nemorum reddituum reversionum et serviciorum predictorum aut aliqua materia

seu causa per dictos dominos de Ogemore progenitores nostros sive per nos retroactis temporibus habita non obstante. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Datum sub sigillo nostro ducatus nostri Lancastrie apud palacium nostrum Westmonasterii vicesimo octavo die Aprilis anno regni nostri decimo octavo. (1440.)

Jamque prefati nunc abbas et conventus nobis monstraverunt quod licet ipsi possessionem terrarum t. m. a. p. p. n. r. r. et serviciorum predictorum cum pertinenciis pretextu litterarum predictarum fuerunt adepti; Ipsi tamen quominus exitus revenciones et proficua eorundem terrarum t. m. a. p. p. n. r. r. et serviciorum predictorum propter varias ambiguitates excepciones contrarietates et minus veras sive injustas ut dicitur recitaciones in eisdem litteris nostris fore suppositas, per quosdam ministros et officiarios nostros prepediti existunt in eorundem nunc abbatis et conventus dispendium non modicum et gravamen, unde nobis humilime supplicarunt ut eis gratiam nostram in hac parte impartiri benignissime dignaremur; Nos eorum precibus favorabiliter inclinati, de gratia nostra speciali ac ex mero motu et certa sciencia nostris, concessimus et per presentes concedimus eisdem nunc abbati et conventui et successoribus suis plenam et integram restitucionem ac liberacionem omnium terrarum, etc., etc., serviciorum cum suis pertinenciis que unquam habuimus inter dictas aquas de Ukgemore et Garwe ab eo loco ubi Garwe cadit in Ukgemore usque ad terram de Rothini, ac eisdem nunc abbati et conventui et successoribus suis terras, etc., etc., et servicia illa cum pertinenciis suis reddimus restituimus damus et concedimus per presentes. Habendum et tenendum eisdem nunc abbati et conventui et successoribus suis ea terras, etc., etc., servicia predicta cum pertinenciis suis a predicto vicesimo octavo die Aprilis una cum exitibus et proficuis inde ab eodem die provenientibus de nobis et heredibus nostris in relevamen paupertatis et inopie eorundem nunc abbatis et conventus et successorum suorum in perpetuam elemosinam imperpetuum . Aliqua varietate contrarietate contradiccione repugnancia suggestione

indebita seu minus vera aut incerta recitacione excepcione seu omissione in litteris nostris predictis seu aliqua particula earundem facta, seu statuto ordinacione provisione sive actu ante hec tempora facto edito vel proviso aut aliqua causa materia seu re quacunque per dictos dominos de OGEMORE progenitores nostros sive per nos retroactis temporibus habita non obstante . Reddendo inde nobis et heredibus nostris dominis de OGEMORE quadraginta solidos annuatim imperpetuum pro omnimodis serviciis custumis et accionibus . Salvis custodia et proficuis dictorum dictorum nemorum eodem modo prout reservata fuerunt ad primam donacionem per prefatum WILLELMUM LONDON' factam. Damus autem universis et singulis ministris et ligeis nostris quibuscumque tenore presentium firmiter in mandatis quod ipsos nunc abbatem et conventum et successores suos terras, etc., etc., predicta cum pertinenciis una cum exitibus et proficuis inde a predicto vicesimo octavo die Aprilis provenientibus habere gaudere et tenere permittant juxta tenorem litterarum nostrarum patentium predictarum, ac eisdem ligeis et ministris similiter firmiter inhibemus ne ipsi eosdem abbatem et conventum aut successores suos contra tenorem litterarum predictarum molestent in aliquo neque gravent. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Datum sub sigillo nostro ducatus nostri predicti apud manerium nostrum de SHENE quinto decimo die Maii anno regni nostri decimo nono.

Per ipsum Regem. MORPATH.

Upon the fold below—'Memorandum quod infrascripti abbas et conventus promiserunt domino nostro Regi infrascripto quod in missa cotidiana ad magnum altare ecclesie de MORGAN infrascripte celebranda dicetur specialis collecta pro dicto domino Rege imperpetuum tam in vita sua quam post mortem.'

The seal is gone, but the plaits, in alternate lengths of yellow and red silk, remain.

Endorsed, in a very late hand—'Confirmation of the grant or charter of Henry VI. to the convent of Margan of all lands, etc., between the rivers of Ogwr and Garw. 19th year of the reign. Duke of Lancaster.'

(1) An error for Geoffrey de Mandeville, 4th Earl of Gloucester.

This charter covers a large sheet of vellum, 25 inches broad by 21 inches long. 4 inches of which latter form a fold for the attachment of the seal plaits. The upper, left hand, and right hand margins are occupied by an illuminated band of foliage of great delicacy, that on the left hand being much fuller and broader. The first letter includes an illuminated miniature of the King, crowned and upon his throne, with the sceptre in his right hand, in a blue robe trimmed with ermine. The background is diapered in gold on a red ground.

The whole is in fair preservation.

MCLXI.

CONFIRMATION BY JEVAN GETHYN AP JEVAN AP LEISON TO DAVID AP JEVAN KILWERT OF LAND IN LE BALLIS.

[Harley Charter. 75. C. 2.]

21 Sept. 20 Hen. VI. 1441.

Sciant presentes et futuri quod ego Jevan Gethyn ap Jevan ap Leison dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi David ap Jevan Kilwert omnia terras et tenementa mea cum omnibus suis pertinentiis que et quas habui de Jevan filio Jevan David Madoc in le Ballis infra comitatum Glamorgancie et Morgancie sicut jacent ibidem particulatim per antiquas metas et bondas. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinentiis prefato David heredibus et assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per redditus et servicia inde prius debita et de jure consueta. Et ego vero predictus Jevan Gethyn et heredes mei omnia predicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinentiis prefato David ap Jevan Kylwert heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Johanne Turberville armigero .

JOHANNE . . . . domino JOHANNE KENGFIK Rectore de NEWTON . MADOC TAILOUR . DAVID WYTHE . RECE ap JEVAN ap RECE . THOMA ap JANKYN . et multis aliis.

Datum apud KENGFIK vicesimo primo die Septembris anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum vicesimo.

Neither seal nor endorsement.

MCLXII.

ENROLMENT OF SEVERAL TITLE DEEDS LEADING UP TO THE RECOVERY, BY SIR EDWARD STRADLYNG AND JOAN, HIS WIFE, OF THE MANOR OF LANFEY IN THE COURT OF OGMORE.

[G. G. F.]

4 DEC. 20 HEN. VI. 1441.

Ad curiam de OGMORE tentam ibidem die Lune quarto die Decembris anno regni Regis HENRICI sexti xx$^{mo.}$ coram JOHANNE TURBERVILE locum tenente GILBERTI GAMAGE tunc senescalli ibidem JOHANNE EIRE . JOHANNE FLEMYNG et WILLELMO ap JEVAN VAUGHAN sectatoribus ejusdem curie etc. Venerunt tam EDWARDUS STRADLYNG miles et JOHANNA uxoris ejus quam HENRICUS BEAUFORD Dei gratia Cardinalis ANGLIE et episcopus WYNTONIE MORGANUS ap JANKYN KEMYS et THOMAS LYDDYN et petunt quod omnia facta et munimenta subscripta pro terris et tenementis in domino de OGMORE irrotulentur in hiis verbis :—

(1) Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presentes litere pervenerint HENRICUS BEAUFORD Dei gratia Cardinalis ANGLIE et episcopus WYNTONIE MORGANUS ap JANKYN KEMYS et THOMAS LYDDYN salutem in Domino sempiternam. Cum EDWARDUS STRADLYNG miles nuper nobis dederit concesserit et per cartam suam indentatum confirmaverit manerium de LANFEY cum pertinenciis infra dominium de OGMORE etc. habendum et tenendum

nobis heredibus et assignatis nostris secundum vim formam et effectum carte predicti EDWARDI indentate nobis inde facte cujus tenor sequitur in hec verba :—

(2) Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presentes litere indentate pervenerint EDWARDUS STRADLYNG miles salutem in domino. Noveritis me dedisse concessisse et per presentes confirmasse HENRICO BEAUFORD Dei gratia Cardinalis ANGLIE que WYNTONIENSE episcopo MORGANO ap JANKYN KEMYS et THOME LYDDYN manerium meum de LANFEY cum pertinenciis infra dominium de OGMORE quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre arabilis tres acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus. Habendum et tenendum omnia predicta manerium cum pertinenciis quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre arabilis tres acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus prefatis Cardinali MORGANO et THOME heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitalibus dominis feodorum illorum per redditus et servicia inde debita et consueta. Et ego predictus EDWARDUS et heredes mei omnia predicta manerium cum pertinenciis quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre arabilis tres acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus ut predictum est prefatis Cardinali MORGANO et THOME heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et imperpetuum defendemus per presentes. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee indentate sigillum meum apposui. Hiis testibus . JOHANNE ST. JOHN milite . THOMA MALYFANT seniore . JOHANNE le EIRE . WILLELMO FLEMYNG . THOMA NERBER armigeris et aliis.

Datum primo die Aprilis anno regni Regis HENRICI sexto post conquestum ANGLIE septimo. [1429.]

Possessione inde deliberata prefato THOME LYDDYN in propria persona sua tam nomine suo quam nominibus nostrorum Cardinalis et MORGANI per predictum EDWARDUM in propria persona sua ac nos prefati Cardinalis MORGAN et THOMAS dedimus dimisimus liberavimus et per cartam nostram indentatam confirmavimus prefatis EDWARDO STRADLYNG militi et JOHANNI uxore ejus predictum manerium cum pertinenciis etc. Habendum et tenendum eis secundum vim firmam et effectum carte nostre indentate inde eisdem EDWARDO et JOHANNE facte cujus tenor sequitur in hec verba :—

(3) Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum indentatum pervenerit HENRICUS BEAUFORD Dei gratia Cardinalis ANGLIE et episcopus WYNTONIE MORGAN ap JANKYN KEMYS et THOMAS LYDDYN salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos tradidisse dimisisse liberasse et hac presenti scripto nostro indentato confirmasse EDWARDO STRADLYNG militi et JOHANNE uxori ejus manerium de LANFEY cum pertinenciis infra dominium de OGMORE quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre arabilis tres acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus que nuper habuimus ex dono et feoffamento predicti EDWARDI. Habendum et tenendum omnia predicta manerium cum pertinenciis quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre arabilis tres acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus predictis EDWARDO et JOHANNE uxori ejus et heredibus de corporibus eorundem EDWARDI et JOHANNE legitime procreatis de capitalibus dominis feodorum illorum per servicia inde debita et de jure consueta. Et si contingat predictum EDWARDUM et JOHANNEM sine heredibus de eorum corporibus legitime procreatis obire quod tunc omnia predicta manerium cum pertinenciis integre remaneant rectis heredibus predicti EDWARDI tenendum de capitalibus dominis feodorum illorum per servicia inde debita et de jure consueta. In cujus rei testimonium nos prefati HENRICUS MORGAN et THOMAS huic presenti scripto

nostro indentato sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . JOHANNE SEYNT JOHN . OLIVERO SEYNT JOHN militibus . THOMA MALYFANT juniore . THOMA NERBER . JOHANNE le EIRE et WILLELMO FLEMYNG armigeris.

Datum vicesimo die Maii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum ANGLIE septimo. [A.D. 1429.]

Possessione inde deliberata per PAGANUM de AUNE et WILLELMUM TECKO attornatos per literas nostras inde seisinam deliberandum constitutos et ordinatos quarum tenor sequitur in hec verba :—

(4) Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum indentatum pervenerit HENRICUS BEAUFORD Dei gratia Cardinalis ANGLIE et episcopus WYNTONIE MORGANUS ap JANKYN KEMYS et THOMAS LYDDYN salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos ordinasse constituisse et in loco nostro posuisse dilectos nobis in CHRISTO PAGANUM de AUNE et WILLELMUM TECKO conjunctim et divisim nostros veros et legitimos attornatos ad deliberandum nomine nostro EDWARDO STRADLYNG militi et JOHANNE uxori ejus et heredibus de eorum corporibus legitime procreatis plenam et pacificam seisinam de et in manerium de LANFEY cum pertinenciis infra dominium de OGMOUR quatuor carucatas terre viginti quinque acras et dimidiam prati centum acras terre arabilis tribus (tres) acras bosci viginti quatuor acras pasture sexaginta acras vasti et sexaginta solidos annui redditus que nuper habuimus ex dono et feoffamento predicti EDWARDI ibidem secundum vim formam et effectum cujusdam carte nostre indentate eisdem EDWARDO et JOHANNE uxori ejus et heredibus de eorum corporibus legitime procreatis confecte cujus datum est vicesimo die Maii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum ANGLIE septimo. In cujus rei testimonium nos prefati HENRICUS MORGAN et THOMAS huic presenti scripto nostro indentato sigilla nostra apposuimus.

Datum vicesimo die Maii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum ANGLIE septimo [1429.][1]

Et predictus PAGANUS de AUNE et WILLELMUS TOCKE attornati predictorum HENRICI MORGANI et THOME virtute literarum suarum superius specificatarum plenam et pacificam seisinam et possessionem eisdem EDWARDO et JOHANNE predicti manerii de LANFEY cum pertinenciis ibidem in modo et forma superius declaratis nomine eorum deliberaverunt. Et super hoc tam predicti HENRICUS BEAUFORD Dei gratia Cardinalis ANGLIE et episcopus WYNTONIE MORGANUS ap JANKYN KEMYS et THOMAS LYDDYN quam predictus EDWARDUS et JOHANNA uxor ejus petunt quod facta et munimenta predicta et omnia premissa pro predicto manerio de LANFEY cum pertinenciis ibidem etc. in eadem curia de OGMORE irrotulentur. In cujus rei testimonium tam prefatus JOHANNES TURBERVILLE locum tenens ibidem quam JOHANNES EIRE . JOHANNES FLEMYNG . et WILLELMUS ap JEVAN VAUGHAN . sectatores ejusdem curie tunc ibidem presentes sigilla sua huic indenture apposuerunt etc.

Below on the fold—Pro EDWARDO STRADLYNG milite et JOHANNA uxore ejus. OGMOUR.

Endorsed—'Recuperatio manerii de Lanfey in curia de Ogmore.'

Deed indented. No seal has been appended.

Jankyn Kemeys was of Begansley, but Morgan his son is not elsewhere noticed. The parties to the deed of 1429 already given were still alive, and here find it expedient as trustees of Joan Beaufort to suffer a recovery of the manor of Lanfey, which they now convey to Sir Edward Stradling and Joan his wife, and constitute an attorney to give seizin.

(1) No. 4. An original sealed deed resembling this is attached, and has the following variant readings :—

. . . . . . HENRICUS episcopus WINTONIE MORGANUS, etc. . . . . . . et WILLELMUM TECKO conjunctim, etc. . . . . . manerium de LANFEY SEYNTDONET et ESTORCHARD tam infra comitatum GLAMORGAN quam infra feodum de OGGEMORE cum suis pertinentiis necnon de et in omnibus terris tenementis redditibus reversionibus et serviciis cum suis pertinentiis que nuper habumius ex dono et feoffamento predicti EDWARDI in LANFEY SEYNTDONET et ESTORCHARD predictis et alibi infra comitatum et feodum predictum secundum vim, etc. . . . . ANGLIE secundo, etc. . . . . prefati HENRICUS episcopus WINTONIENSIS MORGAN

ap JANKYN KEMYS, etc. . . . . . . ANGLIE secundo [A.D. 1424] . . . . WILLELMUS TECKO attornati, etc.

With fragments of three seals.

MCLXIII.

GRANT BY JEVAN AP LLEWELYN GOUZ TO HOWEL CARNE OF LAND AND TENEMENTS IN LLAMBLETHIAN.

[CARNE MS.]

21 DEC. 20 HENRY VI. 1441.

Sciant presentes et futuri quod ego JEVANUS ap LLEWELYN GOUZ alias MAP' DHUE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi HOWELO CARNE heredibus suis et assignatis omnia terras tenementa prata pasturas boscos et vasta cum omnibus suis pertinenciis que habeo infra dominium de LLAMBLETHIAN habendum et tenendum predicto HOWELO heredibus suis et assignatis de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta imperpetuum. Et ego vero predictus JEVANUS alias MAP' DHUE et heredes mei omnia predicta terras et tenementa prata pasturas boscos et vasta cum omnibus suis pertinenciis predicto HOWELO heredibus suis et assignatis contra omnes gentes imperpetuum warantizabimus et defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . WILLELMO STRADLYNGE armigero. JOHANNE BASSET seniore . JOHANNE le WALSSH . WILLELMO WALTER . JOHANNE ap HENRY et aliis.

Datum apud LLAMBLETHIAN in festo Sancti THOME apostoli anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum vicesimo.

Seal, red wax. Centre ornament effaced. Legend not deciphered.

This and the following deed, giving power to give seizin, relate to the sale and delivery, by Jevan ap Llewelyn Gouz or Goch, *alias* Map' Dhue, of lands in the lordship of Llanblethian, to Howel Carne. Of the witnesses, William Stradling, Esq., was probably of Merthyr Mawr, the third son of Sir William of

St. Donats, by Elizabeth St. Barbe. John Basset the elder probably was of St. Hilary, and so called in distinction from John his grandson, whose sister married John Carne of Nash. Who John le Walsh was is unknown. The principal family of the name were of Llandough Castle, by Cowbridge, and ended in two heiresses above a century earlier. There was a William Walter of Gelligaer, who married Wenllian, daughter of William David of Cefn y Fforest, who may be the person here named.

MCLXIV.

POWER OF ATTORNEY BY JEVAN AP LLEWELYN GOUZ TO WILLIAM WALTER TO GIVE SEISIN TO HOWEL CARNE IN THE LANDS AND TENEMENTS GRANTED BY THE PRECEDING DEED.

[Carne MS.]

21 Dec. 20 Henry VI. 1441.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . Jevanus ap Llewelyn Gouz alias Map' Dhue salutem in domino sempiternam. Noveritis me ordinasse constituisse et in loco meo posuisse dilectum michi in Christo Willelmum Walter meum verum attornatum ad deliberandum vice et nomine meo plenam et pacificam possessionem ac seisinam Howelo Carne heredibus suis et assignatis de omnibus terris tenementis pratis pascuis pasturis et vastis cum omnibus suis pertinentiis que habeo infra dominium de Lamblethyan . Ratum et gratum habens et habiturus quicquid dictus Willelmus Walter attornatus meus in nomine meo fecerit in premissis in deliberatione seisine predicte . Ita plene et integre sicut ibidem personaliter interessem. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum apposui.

Data in festo Sancti Thome apostoli anno regni Regis Henrici sexti post conquestum vicesimo.

Seal, red wax, bearing, in rude execution, an 'I' between two upright palm-branches.

MCLXV.

ACQUITTANCE BY WILLIAM, ABBOT OF TEWKESBURY, TO MARGAM ABBEY, FOR ELEVEN POUNDS TEN SHILLINGS FARM RENT FOR THE CHURCHES OF KENEFEK AND NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.]

6 OCT. 21 HEN. VI. 1442.

Noverint universi per presentes nos WILLELMUM permissione divina abbatem monasterii B. M. de TEUKESBURY recepisse (etc. . . . . etc. ut supra) de religiosis viris a. et c. de M. undecim libras et decem solidos sterlingorum nobis ab eisdem et eorum monasterio debitos de perpetua ffirma ecclesiarum nostrarum de KENEFEK et NOVO CASTRO de termino Sancti MICHAELIS Archangeli ultimo preterito ante datum presencium. De quibus quidem undecim libris et decem solidis de ffirma predicta de termino predicto fatemur nos fore solutos dictosque abbatem et conventum inde quietos per presentes sigillo nostro sigillatas.

Datum apud TEUKESBURY sexto die mensis Octobris anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum vicesimo primo.

Seal, slightly oval, $1\frac{1}{8}$in. by 1in., green wax. In a niche with triple Gothic canopy the Virgin and Child seated; the abbot, holding his pastoral staff, kneeling at her proper left, the crook towards himself.

'S' SECRETU' . WILL'I . ABB'IS . TEUKESBUR'.'

MCLXVI.

BOND OF HENRY WEGGE, CLERK, AND ANOTHER, TO SIR EDWARD AND JOHN STRADELYNG FOR SIX MARKS.

[G. G. F.]

9 Jan. 21 Hen. VI. 1443.

Noverint universi per presentes nos Henricum Wegge clericum et Johannem Goolde de North Cory in comitatu Somerset' baker teneri et firmiter obligari Edwardo Stradelyng militi et Johanni Stradelyng filio Edwardi Stradelyng armigeri in sex marcis legalis monete Anglie solvendis eisdem Edwardo Stradelyng et Johanni Stradelyng aut eorum assignatis in festo Pasche proxime futuro post datum presentium ad quam quidem solucionem bene et fideliter faciendam obligamus nos et utrumque nostrum per se pro toto et in solidum heredes et executores nostros per presentes. In cujus rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus.

Dat' nono die mensis Januarii anno regni Regis Henrici sexti post conquestum Anglie vicesimo primo.

Seal gone. Endorsed—'Obligacio facta Edwardo Stradlynge militi et Johanni Stradlynge.'

MCLXVII.

GRANT BY WILLIAM HARRY TO HOWELL CARNE OF LAND IN LYSWORNEY.

[Carne MS.]

13 Jan. 21 Hen. VI. 1443.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Harry dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Howello Carne dimidiam acram prati jacentem in Lysworny inter pratum dicti Howelli in parte australi et terras domini comitis Warwici in parte boreali et pratum Johannis Mondy in parte orientali et pratum Johannis Hulle in parte occidentali. Habendum et tenendum predictam dimidiam acram prati cum suis pertinenciis prefato Howello Carne heredibus et assignatis suis imperpetuum de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde prius debita et de jure consueta. Et ego vero predictus Willelmus Harry et heredes mei predictam dimidiam acram prati cum suis pertinenciis prefato Howello Carne heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Roberto Ragelan . Willelmo Flemyng . Willelmo Adam . Jevan Thue . Llewys Davy . et multis aliis.

Datum in festo Sancti Hilarii anno regni Regis Henrici sexti post conquestum Anglie vicesimo primo.

Seal circular, two inches diameter, of reddish wax. The device is illegible.

Llysworney was the burial place of the Carnes. Of William Harry, William Adam, and Lewis Davy nothing is known. Jevan Thue may be the 'Jevan ap Llewelyn Gouz, *alias* Map' Dhue,' of the two Charters of 1441, already given. Robert Raglan is probably of Carnllwyd, son of John, who first assumed that name. William Fleming was probably of Flemingston or Flimston. The then Earl of Warwick was Henry de Beauchamp.

MCLXVIII.

PRIVY SEAL LETTERS OF HENRY VI., TO JAMES LORD AUDELEY AND OTHERS, RECITING AND CONFIRMING HIS LETTERS PATENT DATED 18TH FEBRUARY LAST, RESPECTING THE GOVERNMENT OF THE ABBEY OF STRATA-FLORIDA COMMITTED TO THE ABBOTS OF MARGAM AND WHITELAND.

[BRIT. MUS., HARL. CHARTER, 75 A. 11.]

3 MARCH. 21 HEN. VI. 1443.

HENRICUS Dei gracia Rex ANGLIE et FRANCIE et dominus HIBERNIE . Predilecto et fideli nostro JACOBO domino de AUDELEY ac dilectis et fidelibus nostris JOHANNI STANLEY armigero . PHILIPPO ap RES decretorum doctori . MEREDUTH ap OWEYN . JEUAN ap JANKYN HYOT (?) . JOHANNI ap RES ap THOMAS . WILLELMO BURGHULL' et RES ap MEREDUTH ap OWEYN et eorum cuilibet salutem.

Scire vos volumus quod literas sub magno sigillo nostro fieri fecimus sub hac forma.

HENRICUS Dei gracia Rex ANGLIE et FRANCIE et dominus HIBERNIE . Omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem.

Ex parte WILLELMI MORYS dicentis se abbatem abbatie de STRATA FLORIDA de ordine CISTERCIENSI MENEVENSIS diocesis nobis est graviter conquerendo monstratum quod cum abbatia illa de fundacione nobilium progenitorum nostrorum quondam principum WALLIE et nostro patronatu existat et licet idem WILLELMUS vacante nuper abbatia illa per mortem cujusdam RES nuper abbatis ejusdem ac pastoris solacio destituta, Requisitis solempnitatibus in ea parte requirendis per priorem et conventum dicti Loci in abbatem et pastorem ejusdem canonice electus et creatus, et per quosdam DAVID abbatem de WHITLOND patrem abbatem dicte abbatie de STRATA FLORIDA et quendam

Johannem ap Res tunc abbatem de Kymer ordine Cisterciensi observato ibidem installatus eleccionemque creacionem et installacionem hujusmodi per quosdam eciam Johannem abbatem de Bildwas et Thomam abbatem de Morgan dicti ordinis Cisterciensis visitatores ut asseritur realiter confirmatus extitisset necnon possessionem ejusdem abbatie cum suis juribus et pertinenciis universis per biennium et ultra absque ulla interrupcione adeptus fuisset pacifice et quiete . prefatus tamen Johannes ap Res machinans dictum Willelmum Morys a possessione sua abbatie sue predicte subdole expellere et amovere, quandam suggestionem ut dicitur minus veram nobis protulit sub hac forma, quod licet idem Johannes per deposicionem prefati Willelmi Morys nuper abbatis de Strata Florida in abbatem loci illius rite et canonice extitit electus creatus et installatus, et in realem possessionem ejusdem inductus dictum tamen Willelmum Morys post hujusmodi deposicionem pretensam abbatiam illam injuste occupasse ac nonnulla dampna et detrimenta eidem abbatie asseruit perpetrasse, in ipsius abbatie dispendium non modicum et gravamen. Super qua quidem suggestione dicti Johannis ap Res supposita fore vera, nos in favorem suggestionis hujusmodi et specialiter in subvencionem abbatie predicte literas nostras patentes certis personis in eisdem specificatis direximus tintorias, abbaciamque illam sub proteccione tuicione et defensione nostris eisdem personis ad tempus commisimus conservanda quarum quidem literarum nostrarum vigore predictus Johannes ap Res aggregatis sibi quampluribus malefactoribus et pacis nostre perturbatoribus abbatiam de Strata Florida predictam cum non modica potencia non a diu est violenter intravit contra pacem nostram ipsamque abbatiam de bonis rebus et jocalibus suis adtunc ibidem spoliavit ac prefatum Willelmum Morys necnon quosdam commonachos suos ab eadem nedum expulit et ejecit, verumeciam ad castrum de Abrustuth ibidem imprisonandos duci fecit et ibidem diris carceribus mancipatos maliciose custodiri procuravit, quousque justicia suadente per quendam

Willelmum Thomas extiterant liberati, idemque Johannes ap Res abbatiam predictam extunc manuforti detinuit et sic detinet in presenti in divini cultus deterioracionem prefatique Willelmi Morys injuriam dampnum et depauperacionem necnon prefate abbatie adnichilacionem et desolacionem manifestas ut accepimus, unde idem Willelmus nobis humiliter supplicavit sibi et abbatie predicte de remedio congruo in hac parte providere. Nos supplicacioni sue hujusmodi in quantum cum justicia poterimus equanimiter inclinati volentes indempnitati et relevacioni dicti abbatie nostre de Strata Florida ne divinus cultus inibi depereat aut alia incommoda propter contenciones predictas eveniant ad eandem ipsam abbatiam ac religiosos ejusdem ibidem Deo famulantes et famulaturos necnon omnia et singula terras tenementa redditus res bona catalla et possessiones quecunque ad eandem abbatiam pertinencia sive spectancia pendentibus lite et controversia inter predictos Willelmum et Johannem abbates se pretendentes indiscussis in proteccionem tuicionem et defensionem nostras suscepimus speciales, omnibus et singulis inhibentes ne quis abbatie predicte aut religiosis ibidem Deo servientibus et servituris terris tenementis redditibus rebus bonis catallis aut aliquibus possessionibus ad eandem spectantibus sive pertinentibus injuriam molestiam dampnum aliqualiter inferat seu gravamen, nec quicquam aliud ibidem quod in pacis nostre lesionem cedere valeat faciat vel attemptet quovis modo sub pena indignacionis nostre . Et pro majori securitate ejusdem abbatie pertinenciarumque suarum necnon religiosorum ejusdem ibidem Deo serviencium et servitururum, ut ipsi eo securius valeant ibidem morari et omnipotenti Deo quiecius famulari, commisimus dilectis nobis in Christo Thome abbati de Morgan reformatori dicti Ordinis Cisterciensis in partibus Wallie et David abbati de Whitelond' antedictis custodiam regimen et gubernacionem dicte abbatie nostre de Strata Florida ac omnium terrarum tenementorum reddituum rerum bonorum catallorum et possessionum quorumcunque pertinencium sive spec-

tancium ad eandem. Habenda sibi quamdiu abbatia illa sub proteccione tuicione et defensione nostris propter contencionem predictam indiscussam contigerit remanere. Proviso semper quod dicti abbates de Morgan et Whitelonde bona et revenciones dicte abbatie nostre de Strata Florida in quantum possibile est eisdem absque vasto seu dissipacione eorundem pro indempnitate dicte domus fideliter conservent et faciant conservari. Sic ita speciali quod neutri dictorum Willelmi et Johannis pro jure illius abbatie nostre sic contendencium de bonis et revencionibus ejusdem abbatie quicquam ministretur nec per eosdem contendentes aut eorum alterum aut alicujus alterius ipsorum nomine aliquid de eisdem bonis et revencionibus capi expendi aut ministrari qu[ovismodo] permittatur. Sed quod dicti abbates de Morgan et Whitelonde cum bonis et revencionibus hujusmodi abbatiam nostram predictam ac religiosos ibidem Deo servientes et servituros necnon divinum cultum in eadem regant gubernent manuteneant et sustentent quodque ipsi omnium bonorum mobilium dicte abbatie nostre fidele inventarium inter se et conventum ejusdem indentatum quam citius commode facere possunt facient et bona illa ad usum prefate abbatie nostre tantum prout nobis inde respondere voluerint fideliter custodiant et conservent ac quicquid boni eidem abbatie nostre facere vel procurare valeant, dum sic custodiam regimen et gubernacionem illa habuerint juxta posse suum faciant et procurent. Damus autem universis et singulis Justitiariis vicecomitibus Escaetoribus Ballivis et ministris nostris comitatus de Cardigan in Suthwallia et aliis quibuscumque quorum interest tenore presencium firmiter in mandatis quod prefatis abbatibus de Morgan et Whitelond commissariis nostris in hac parte in execucione premissorum intendentes consulentes favorabiles sint et auxiliantes prout decet et necessitas rei expostulat et requirit. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso apud Westmonasterium xviii. die Februarii anno regni nostri vicesimo primo.

Vobis igitur mandamus quod nichil in contrarium hujus ordinacionis nostre attemptetis nec attemptari seu procurari faciatis nec aliquis vestrum attemptet seu procuret quovis modo sed dictos abbates de Morgan et de Whitelond custodiam regimen et gubernacionem dicte abbatie nostre de Strata Florida ac omnium terrarum tenementorum reddituum rerum bonorum catallorum et possessionum quorumcumque pertinencium sive spectancium ad eandem nostram abbatiam libere et quiete regere et gubernare permittatis juxta vim formam et effectum literarum nostrarum patencium predictarum.

Datum sub privato sigillo nostro apud Manerium nostrum de Shene tercio die Marcii anno regni nostro vicesimo primo.

MCLXIX.

INSPEXIMUS BY ROBERT THOMAS, VICAR-GENERAL IN SPIRITUALS OF THE DIOCESE OF LLANDAFF, OF (1) A DEED BY JOHN AP DAVID GRONO KNAYTHO, RURAL DEAN OF GROUNETH AND SPECIAL COMMISSARY, RECITING THE (2) MANDATE OF THE SAID ROBERT THOMAS TO HIM, FOR A JURY TO SETTLE THE BOUNDS OF LLANGONETH AND KENFEK, AND THE TITHES AND ALTAR DUES, 29 JULY, 1443; AND SETTING FORTH THE FINDING THAT THE TITHES, ETC., APPERTAIN TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] 1 Dec. 1403 (for 1443).

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere nostre pervenerint Robertus Thomas prout infrascriptum est in civitate et diocesi Landavensi vicarius in spiritualibus generalis ac custos eorundem salutem in omnium salvatore.

Noverit universitas vestra nos litteras infrascriptas discreti viri domini JOHANNIS ap DAVID ap GRONO KNAYTHO decani decanatus de GROUNETH LANDAVENSIS [dioceseos] nobis directas recepisse sub tenore verborum qui sequitur.

(1) Venerabili et circumspecto viro magistro ROBERTO THOMAS, reverendi in CHRISTO patris et domini domini NICHOLAI Dei gratia episcopi LANDAVENSIS, extra suam diocesim in remotis agentis, in civitate et diocesi LANDAVENSI vicario in spiritualibus generali ac custodi eorundem . Vester humilis dominus JOHANNES ap DAVID GRONO KNAYTHO decanatus de GROUNETH decanus necnon vester in hac parte ad infrascripta commissarius specialiter deputatus obedienciam et reverenciam eidem tanto viro et magistro debitas cum honore.

Litteras vestras venerandas nuper recepi sub tenore verborum qui sequitur.

(2) ROBERTUS THOMAS in civitate et diocesi LANDAVENSI reverendi in CHRISTO patris et domini domini NICHOLAI Dei gratia episcopi LANDAVENSIS, extra suam diocesim in remotis agentis, vicarius in spiritualibus generalis ac custos eorundem, dilecto nobis in CHRISTO domino JOHANNI ap DAVID decano decanatus de GROUNETH' LANDAVENSIS dioceseos salutem in auctore salutis.

Ad sedendum vocandum citandum et ad inquirendum et debitam inquisicionem faciendum per viginti quatuor viros fidedignos de secularibus de parochia de LLANGUNETH' et de aliis parochiis propinquioribus de senioribus et per alios viros ecclesiasticos in numero sufficientes qui sciverint et noverint dicere et deponere ac facere debitam inquisicionem de et super veros fines limites et bundas dicte parochie de LLANGUNETH' et KENFEK LANDAVENSIS dioceseos antedicte et in quibusdam partibus se extendentes et debitam inquisicionem inde faciendum et expediendum circumquaque dictam parochiam spectantem, et de decimis et altaragiis ad dictam vicariam de LLANGUNETH' debitis et omnia alia et singula faciendum et exercendum que in hac parte fuerint necessaria vel eciam oportuna vobis de cujus fidelitate circumspectione industria plenarie in domino

confidimus -vices nostras in ea parte committimus omni cujuslibet cohercionis canonice potestate presencium cum tenore.

Datum apud LANDAFF' die VENERIS videlicet XXIX°. die mensis Julii anno domini millesimo CCCC^o. XLIIJ^o.

(1) Quarum auctoritate litterarum vestrarum antedicto die Martis videlicet decimo die Septembris anno domini supradicto in capella Sancte CRUCIS de COUBR[UGGE] ejusdem LANDAVENSIS dioceseos citari feci ad dictas diem et locum dominos JOHANNEM ap JEVAN . JOHANNEM HYR' . OWENUM . THOMAM . JOHANNEM . RICARDUM . JOHANNEM . et JOHANNEM DAVID . ecclesiarum parochialium de LLANRIRID . SANCTE BRIGIDE minoris . SYNTMARYCHURCH . LANDOGH . BONVILSTONE . EGLUSPRUYS . SANCTI MICHAELIS . et JULESTON rectores . ac per dominos DAVID et DAVID . JOHANNEM . THOMAM et HUGONEM ecclesiarum parochialium de LANGADDOK . SANCTI DONATI . LANDEVODOK . SANCTI HILLARII . et PENDEULYN . perpetuos vicarios . necnon per REES ap JEVAN ap REES et REES ap MORGAN . JEVAN GWYN et JEVAN VAGHAN . JEVAN ap MORGAN . RICARDUM ap JEVAN ap HOEL . RICARDUM ap JEVAN ap JANKYN . JEVAN ap HOEL HYR' . LLEWELLYN ap JEVAN VAGHAN . DAVID GOUGH . JEVAN ap HOEL ap JEVAN . et DAVID PREUCH' . seculares fidedignos. Qui onerati per ipsorum sacramenta dicunt quod omnia alteragia et decime contenta inter aquam de AVAN et aquam de KENFEG' inclusive concludendo dictas aquas sicut dicte aque descendunt in mare erant soluta abbati et conventui monasterii beate MARIE de MORGAN et eorum precessoribus et predecessoribus . a tempore cujus contrarii memoria hominum non existit. Et ulterius dicunt quod limites et bunde parochie antedicte ab aqua de AVENA usque ad aquam de KENFEG ut superius recitatur secundum formam et effectum carte ROBERTI filii Regis primi fundatoris dicti monasterii [extendunt,] etc. Et sic mandatum vestrum juxta posse meum humiliter sum executus. In cujus rei testimonium sigillum officii mei presentibus apposui . una cum sigillis dictorum inquisitorum.

Datum die loco et anno superius recitatis . etc.

Quibus litteris per nos vicarium generalem antedictum visis et inspectis et diligenter examinatis . ipsasque per dictos inquisitores deposiciones invenimus fore veras justas et honestas ac in nullo prejudiciales . ut accepimus . easdem litteras quantum in nobis est approbamus et sigillo officii nostri impensione una cum dicti domini JOHANNIS decani de GROUNETH commissarii nostri sepedicti et sigillis dictorum inquisitorum et sigillo officii sui hiis appensis confirmamus presencium cum tenore.

Datum quoad sigillacionem nostram presencium apud LANDAFF primo die mensis Decembris anno domini millesimo cccc^mo. tercio.[1]

One small seal, a crowned J, and fragments of others, red wax.

Endorsed—'De metis de Langonod et Kenfig.' 'Margam.'

(1) This date appears to be a mistake for 1443, the year of the deed recited in the text.

MCLXX.

QUIT-CLAIM BY RICHARD MORYS OF COWBRIDGE TO HOWEL CARNE OF LAND IN LANBLETHYAN.

[CARNE MS.]

7 FEB. 22 HEN. VI. 1444.

Omnibus CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit RICARDUS MORYS burgensis de COUBRUGGE salutem in Domino sempiternam. Noveritis me remisisse et imperpetuum quietum clamasse pro me et heredibus meis HOWELO CARNE heredibus et assignatis suis totum jus meum et clameum quod unquam habui habeo seu quovismodo imposterum habere potero in quatuor acris terre et tribus rodis prati cum pertinentiis simul jacentes in campo vocato SUBTUS LE BYNCH in feodo de LANBLETHYAN prout ibidem jacent inter terram

nuper WALTERI LONGE in parte occidentali et terram JOHANNIS PYGGE[1] in parte orientali et terram HUGONIS BASSET[2] in parte eadem et terram nuper WILLELMI HERYOT in parte australi que quatuor acre terre et tres rode quondam fuerunt JOHANNIS BRITT. Habendum et tenendum predicte quatuor acras terre et tres rodas prati cum pertinentiis prefato HOWELO heredibus suis et assignatis de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta. Ita quod ego prefatus RICARDUS nec heredes mei nec aliquis alius nomine nostro aliquid juris vel clamei in predictis quatuor acras terre et tribus rodis prati cum pertinentiis decetero exigere [vel] clamare poterimus seu vendicare set ab omni actione juris et clamei simus in perpetuum exclusi per presentes. In cujus rei testimonium presenti scripto meo sigillum meum apposui.

Data septimo die Ffebruarii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum vicesimo secundo.

A lump seal in brown wax. In the centre an equilateral shield charged with a griffin segreant. The legend is not legible.

(1) Pigge is a Gower name, but John Pigge was of Whitewell, a place near Carnllwyd, unless, indeed there be another in Gower.

(2) Hugh Bassett was a younger son of John Bassett of St. Hilary, from whom he inherited the de la Bere lands in Gower, which he forfeited for killing Sir Thomas Ddw ap Grono. They were granted to Sir Rhys ap Thomas, then reverted to the Crown, and finally were granted to the Earl of Pembroke. Bassett's mother was Joan, daughter and heiress of Thomas ap Madoc ap Rhys, from whom he inherited Liege Castle, near Llancarvan, which seems to have passed to John Herbert, or Raglan, who married Catherine, *circa* 1475, Bassett's half-sister, Joan's daughter by her first marriage with Lewis Matthew, a cadet of the family of Llandaff.

The Manor was long held by their descendants, though the Hall with its open roof in the decorated style was probably built by their predecessors. The Manor was probably purchased by Sir — Lewis, from the Raglans, who settled it on his son. The Raglans buried in the East end of the South aisle of the Parish Church called the Raglan aisle.

MCLXXI.

ACQUITTANCE BY JOHN, ABBOT OF TEWKESBURY, TO MARGAM ABBEY, FOR ELEVEN POUNDS TEN SHILLINGS, FARM RENT DUE FOR THE CHURCHES OF KENEFEK AND NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.]

19 APRIL. 22 HEN. VI. 1444.

Noverint universi per presentes nos JOHANNEM permissione divina abbatem monasterii beate MARIE de TEUKESBURY recepisse, etc. [et supra] de religiosis viris abbate et conventu de MORGAN undecim libras et decem solidos, etc., de termino PASCHE ultimo preterito ante datum presencium. De quibus, etc.

Datum apud TEUKESBURY decimo nono die mensis Aprilis anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum vicesimo secundo.

Imperfect seal in green wax, as described.

MCLXXII.

GRANT BY PHILIP, SON AND HEIR OF JOHN MAUNSELL OF OXWICH, TO DOM. WILLIAM CRESSY, VICAR OF LANGENYTH, AND OTHERS, OF ALL HIS LANDS IN THE DEMESNES OF GOWER AND KIDWELLY.

[MARGAM CHARTER.]

14 MAY. 22 HEN. VI. 1444.

Sciant p. et f. q. e. PHILLIPUS MAUNSELL' f. et h. JOHANNIS M. de OXYNWYCH in comitatu GOVAR' dedi concessi et hac p. c. m. confirmavi domino WILLELMO CRESSY vicario de LANGENYTH JOHANNI MAUNSELL' filio et heredi meo ROGERO

Strangwych' et Henrico Crompp omnia illa terras et tenementa redditus et servicia cum molendinis pratis pasturis viis aquis semitis stagnis piscariis releviis vivariis boscis subboscis wardiis maritagiis eschaetis et sectis curiarum tam liberorum quam nativorum unacum revercionibus moris marescis communis et omnibus suis juribus et pertinenciis quibuscumque que habeo et que michi jure hereditario descendebant post decessum predicti Johannis patris mei in villis et dominiis de Gover' et Kydwelle. Habendum et tenendum predicta terras et tenementa redditus et servicia cum omnibus suis juribus et pertinenciis prefatis domino Willelmo Johanni Rogero Henrico heredibus et assignatis suis inperpetuum de capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego predictus Philippus et heredes mei omnia predicta terras et tenementa cum ceteris prenominatis et suis pertinenciis prefatis domino Willelmo Johanni Rogero et Henrico heredibus et assignatis suis c. o. g. w. imperpetuum. In c. r. t. huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . domino Thome Tayler' . David ap Gwyllym ap Ryse . Willelmo Bemond . Philippo More . Stephano Benet et aliis.

Datum apud Oxynwych' predicto qurato (*sic*) decimo die mensis Maii a. r. R. Henrici sexti p. c. vicesimo secundo.

Seal gone.

This deed was probably intended to save Philip Mansel's estates from confiscation by assigning them to John, otherwise Jenkin, his son and heir.

MCLXXIII.

ROYAL GRANT BY HENRY VI., TO TRUSTEES, OF THE CASTLES OF KIDWELLY, OGMORE, Etc.

[W. Hardy, 'Charters of the Duchy of Lancaster,' 1845, p. 228, from Rot. Parl. 23 Hen. VI., m. 24, No. 17, in Turr. Lond.]

29 June. 23 Hen. VI. 1445.

Henricus Rex etc. etc. omnibus ad quos presentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod nos . ex certa scientia et mero motu nostris . certis necessariis et notabilibus de causis nos intime moventibus . dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris venerabilibus patribus Johanni cardinali archiepiscopo Eboracensi . Johanni archiepiscopo Cantuariensi . Roberto Londoniensi . Willelmo Lincolniensi . Willelmo Saresberiensi . Thomæ Bathoniensi et Wellensi . ac Johanni Wigorniensi episcopis . Willelmo marchioni Suffolchie . Henrico Northumbriæ comiti . Johanni vicecomiti Beaumont . Waltero domino de Hungerford . Radulpho domino de Cromwell . et Radulpho de Seudeley . Johanni Somerset . Henrico Seuer . Johanni Langton . Ricardo Andrewe . Adæ Moleyns . Johanni de la Bere . Waltero Lyhert . et Waltero Shirington . clericis . Edmundo Hungerford . Johanni Beauchamp . Jacobo Fenys . et Edwardo Hull militibus . Johanni Saintlo[1] . Johanni Hampton . Johanni Noreys . Willelmo Tresham . Johanni Vampage . et Ricardo Alred . armigeris . castra . dominia et maneria de Kedwelly . Kairkenny . Iskenny . et Karnwalthan . cum membris et pertinentiis suis . castrum . manerium . et dominium de Oggemore cum membris et pertinentiis suis . castra dominia et maneria de Monnemouth . Grossemont . Skenfrith et Whitecastell cum membris et pertinentiis suis . et manerium sive dominium de Ebboth cum membris et pertinentiis suis in Suthwallia et marchiis ejusdem . etc. Habendum et tenendum omnia prædicta castra . etc., eisdem cardinali . archiepiscopo .

episcopis etc. . heredibus et assignatis suis per fidelitatem tantum absque aliquo alio nobis vel heredibus nostris inde reddendo inperpetuum. Salvis semper et reservatis nobis et heredibus nostris ducibus LANCASTRIÆ . advocationibus ecclesiarum . abbatiarum . prioratuum . vicariarum . cantariarum . capellarum . hospitalium et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque eisdem castris . dominiis . etc., ullo modo spectantibus. Et nos et dicti hæredes nostri castra dominia . etc., prefatis cardinali . archiepiscopo . episcopis . etc., heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et defendemus inperpetuum. Eo quod expressa mentio de vero valore . etc.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Dat. sub sigillo nostro ducatus nostri LANCASTRIÆ apud castrum nostrum de WYNDESORE . vicesimo nono die Junii anno regni nostri vicesimo tertio.

(1) The name occurs in a Berkeroles Charter late in the 12th Century. Simon de St. Lo witnessed the Keynsham Foundation Charter in 1169. (CXLVII.) They were of Newton St. Loo, County Somerset, but do not appear as Landowners in Glamorgan.

The above inspected and confirmed in the Parliament Roll, 6 April, 24 Henry VI. [1446].

MCLXXIV.

LETTER OF THE ABBOT OF CLAIRVAUX CERTIFYING THAT THE ABBOT OF MARGAM IS VISITOR OF ST. CROSS AND OTHER CISTERCIAN MONASTERIES IN IRELAND.

[HARLEY CHARTER, 75 A. 7.] 4 AUG. 1445.

Nos frater GUILLERMUS abbas CLAREVALLIS CISTERCIENSIS ordinis LANGONENSIS dyocesis notum facimus universis quorum interest et interesse debet quod venerabilis co-abbas noster de MORGAN sicut in nostris et antiquis ordinis nostre registris reperimus est frater abbas et visitator immediatus ordinario jure monasteriorum de SANCTA CRUCE de KYRIELEYSON de CHORO SANCTI BENEDICTI et de MAGIOMO et ad nullius jurisdiccionem spectat dicta monasteria

visitare seu in eorum capitulis loco seu vice visitacionis presidere nisi manifeste ac temeriter velit patrem abbatem jurisdiccioni contra apostolica et nostri ordinis instituta dampnabiliter derogare. In cujus rei fidele testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum contrasigillumque nostrum earum dorso imprimendum die quarta mensis Augusti anno Domini millesimo cccc° quadragesimo quinto. De PONCELLO.

There remains appended the central part of a seal of the thirteenth century, with a figure of a abbot under tabernacle-work, and the legend, ". . . . GU . . ERMI ABBATIS . . . . ' The counter-seal is a shield of arms surmounted by a hand holding a pastoral staff. On either side, 'S. B.' (for Sanctus Bernardus.) Legend, 'CONTRASIGILLUM CLARE . . . . .'

Harl. Charter 75 A. II. is a letter by Henry VI. to James Lord Audley and others concerning the claim of William Morys to be abbot of Strata Florida, which mentions John abbot of Buildwas, and Thomas abbot of Margam, as Visitors of the Cistercian Order. Dated Shene, 3rd March, 21 Henry VI., 1443. See No. MCLXVIII.

The four Irish Monasteries hereby appointed to be ruled by Margam Abbey are:—1, Holy Cross, co. Tipperary; 2, Kyrieleison, in Munster; 3, Chorus Sancti Benedicti, or Middletown, co. Cork; and 4, Maig, co. Limerick. See Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 345.

MCLXXV.

GRANT BY WILLIAM WHITE TO HOWEL CARNE OF LAND AT LE NASSHE.

[CARNE MS.]

15 NOV. 24 HEN. VI. 1445.

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS WHITE de ABERBERTHYNNE dedi concessi et hac presenti c[arta mea con]firmavi HOWELO CARNE heredibus suis et assignatis omnia terras et tenementa prata pasturas et vasta cum pertinentiis que [nuper] habui ex dono et feoffamento JOHANNIS WHITE patris mei prout divisim jacent apud le NASSCHE in dominio de LLANDAFF una dimidia acra terre in parte boriali vie ducentis de la NASSCHE versus LAMBLETHIAN dumtaxat excepta. Habendum et tenendum omnia predicta terras et tenementa

prata pasturas et vasta cum pertinentiis excepta preexcepta prefato Howelo [Carne] heredibus suis et assignatis de capitali domino feodi illius per redditus et servicia inde debita et de jure consueta imperpetuum. Et ego vero predictus Willelmus White et heredes mei omnia predicta terras et tenementa prata pasturas et vasta cum pertinentiis exceptis preexceptis prefato Howelo heredibus suis et assignatis contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Johanne Flemyng . Lodowico Mathew . Willelmo Flemyng . Thoma ap Oweyn . Willelmo ap Muric Gouz . et aliis.

Data apud Aberberthyn quintodecimo die Novembris anno [regni Regis] Henrici sexti post conquestum vicesimo quarto.

Seal lost.

This, and the following deed, relate to the sale and delivery by William, son of John White of Aberberthynne, of certain lands in Nash to Howel Carne. Aberthin, where the Whites lived, is a very old, small, and picturesque village in the northern suburb of Cowbridge, traversed by a brook, from the junction of which with the Cowbridge Thaw the place derives its distinctive name. Of the Whites, nothing further is known. Wilton is a village on the other side of Cowbridge. Mathew and the two Flemings were, doubtless, related to Carne ; and Thomas ap Owen and William ap Meuric Gouz, or Meyric Goch, to the Whites. Carne was quietly augmenting his estate around Nash.

MCLXXVI.

POWER OF ATTORNEY BY WILLIAM WHITE TO IEVAN VAGHAN TO GIVE SEIZIN TO HOWEL CARNE OF LAND AT LE NASSH.

[Carne MS.]

15 Nov. 24 Hen. VI. 1445.

Noverint universi me Willelmus White de Aberberthynne attornasse et in loco meo posuisse dilectum in Christo Ievan Vaghan de Wylton attornatum meum ad deliberandum vice et nomine meo Howelo Carne heredibus suis et assignatis plenam et pacificam possessionem de et in omnibus terris et tenementis pratis pasturis et vastis cum pertinentiis que nuper habui ex dono et feoffamento

Johannis Whyte patris mei prout jacent apud le Nassh in dominio de Llandaffe juxta vim formam et effectum cujusdam carte feodi simplicis inde confecte una dimidia acra terre in parte boriali vie ducentis de le Nasshe versus Lambletthyam dumtaxat excepta. Ratum et gratum habens et habiturus quicquid dictus attornatus nomine meo faciet in premissis ita plene et integre sicut ibidem personaliter interessem. In cujus rei testimonium presentibus sigillum meum apposui.

Data apud Aberberthyn quintodecimo die Novembris anno regni Regis Henrici sexti post conquestum vicesimo quarto.

Seal gone.

MCLXXVII.

KING HENRY VI. GRANTS AN ANNUITY OF SIXTY POUNDS TO JOHN NANFAN, HIS ESQUIRE OF THE BODY, CHANCELLOR AND CONSTABLE OF CARDIFF AND RECEIVER OF GLAMORGAN FOR THE LATE DUKE AND EARL OF WARWICK, DURING THE MINORITY OF ANNE [DE BEAUCHAMP], DAUGHTER AND HEIRESS OF THE SAID DUKE.

[Harley Charter, 84 C. 20].

17 July. 25 Hen. VI. 1447.

Henricus Dei gratia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Sciatis quod nos considerantes diutinum servicium quod dilectus et fidelis armiger noster pro corpore nostro Johannes Nanfan tam carissimo domino et patri nostro defuncto in guerris suis Francie ubi prisonarius captus et excessive financie mancipatus extitit ut dicitur quam nobis ac carissimis consanguineis nostris nuper comiti Warrewici et uxori sue necnon nuper duci

WARREWICI circa quem in teneri (*sic*) etate sua de speciali mandato nostro idem JOHANNES attendebat impendit et nobis indies impendere non desistit, absque aliquo feodo de nobis infra regnum nostrum ANGLIE habito, quodque predictus JOHANNES nuper habuit ex propria hereditate ipsorum nuper ducis et nuper comitis et uxoris sue certa officia et feoda, videlicet officia cancellarij et constabularij de KAERDYF et receptoris de GLOMORGAN pro quibus idem JOHANNES quadraginta libras nomine feodi sui annuatim recepit et officium capitalis forestarii de GLOMORGAN pro quo nomine feodi sui viginti libras annuatim similiter recepit que quidem officia et feoda post decessum predicti nuper ducis super peticionibus nobis inde factis certis personis per nos data fuerunt et concessa in sui grave dampnum et deperditum ut dicitur; de gratia nostra speciali et in recompensacionem premissorum concessimus prefato JOHANNI sexaginta libras percipiendas annuatim durante juniori etate ANNE filie et heredis predicti nuper ducis de exitibus proficuis et revencionibus omnium dominiorum maneriorum terrarum et tenementorum que fuerunt ejusdem nuper ducis in WALLIA et marcheis ejusdem per manus receptorum firmariorum vel occupatorum ibidem pro tempore existentium ad festa Sancti MICHAELIS et PASCHE per equales porciones . Aliquo statuto actu ordinacione vel restriccione in contrarium facto non obstante. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud WESTMONASTERIUM XVIJ. die Julij anno regni nostri vicesimo quinto.

STURGEON.

Per breve de privato sigillo et de data predicta auctoritate Parliamenti.

Endorsed :—'Irrotulatur in Memorandis Scaccarij videlicet inter Recorda de termino Sancti Michaelis, anno vicesimo sexto Regis HENRICI sexti, Rotulo XVIJ$^{mo.}$ ex parte Rememoratoris Regis.'

An imperfect example of the great seal in yellow wax is appended.

MCLXXVIII.

ACQUITTANCE BY JOHN, ABBOT OF TEWKESBURY, TO MARGAM ABBEY, FOR ELEVEN POUNDS TEN SHILLINGS, FARM RENT FOR THE CHURCHES OF KENEFEK AND NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.]

5 OCT. 26 HEN. VI. 1447.

Noverint universi per presentes nos JOHANNEM, etc., etc., ut supra . . . . De quibus quidem undecem libris et decem solidis sterlingorum de firma predicta . de termino predicto . fatemur nos fore solutos . dictumque abbatem et conventum de MARGAN' inde esse quietos per presentes.

Datum apud TEUKESBURY quinto die mensis Octobris anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum vicesimo sexto.

Fragment of a seal in red wax, $1\frac{1}{8}$in. by 1in., in a niche with three Gothic canopies. Virgin and Child seated; on her proper left, the abbot kneeling, and holding a pastoral staff before her.

'S . . . . B'IS . TEUK . . . UR'.'

Endorsed—' A quittans of the ferme of the Churche of Kenfike."

MCLXXIX.

LEASE BY NICHOLAS ASHBY, BISHOP OF LLANDAFF, TO HOWEL CARNE OF THE MANOR OF LITTLE NASH FOR SIXTY YEARS AT A YEARLY RENT OF THIRTY SHILLINGS.

[CARNE MS.]

10 JULY. 26 HEN. VI. 1448.

NICHOLAUS permissione divina episcopus LANDAVENSIS universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum nostrum pervenerit salutem graciam et benediccionem. Sciatis nos concessisse et ad firmam dimisisse dilecto nobis in CHRISTO HOWELO CARNE manerium nostrum de PARVA FFRAXINO alias LYTELL NASH cum omnibus terris et tenementis redditibus pratis pascuis pasturis boscis vastis cum omnibus aliis commoditatibus et proficuis eidem manerio spectantibus et pertinentibus universis. Habendum et tenendum manerium predictum cum omnibus terris et tenementis redditibus pratis pascuis pasturis boscis et vastis cum omnibus aliis commoditatibus et proficuis eidem manerio spectantibus predicto HOWELO heredibus et assignatis suis ad terminum sexaginta annorum proxime sequentium post datum presencium. Reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris triginta solidos legalis monete solvendos ad ffestum Sancti MICHAELIS archangeli tantum pro omnibus aliis serviciis exaccionibus et demandis exceptis sectis curie nostre ibidem. Et nos vero NICHOLAUS episcopus antedictus et successores nostri predictum manerium cum omnibus terris et tenementis redditibus pratis pascuis pasturis boscis et vastis cum omnibus aliis commoditatibus et proficuis dicto manerio pertinentibus et spectantibus prenominato HOWELO heredibus et assignatis suis durante termino predicto sexaginta annorum contra omnes gentes warantizabimus et defendemus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presenti scripto fecimus apponi.

Datum in palacio nostro de LANDAFF decimo die mensis Julii presentibus tunc ibidem testibus subscriptis . DAVID MATHEWE . LUDOWICO MATHEWE . armigeris .

Howell ap Lewelyn . Thoma ap Roberto Mathewe . Jevan Blayne . et multis aliis . Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo et anno regni Regis Henrici sexti post conquestum vicesimo sexto et nostre consecrationis anno septimo.

Proviso semper quod si aliqua forisfactura bonorum quorumcumque ibidem contigerit infra terminum supradictum nobis et successoribus nostris omnino reservetur.

The Bishop's seal, red wax, is appended.

Nicholas Ashby, Prior of Westminster, the granter of this Charter, was appointed Bishop of Llandaff, 18th February, 1441, and died 1458. He dates from the Palace of Llandaff, of which the strong gateway and a continuous fragment of wall are now the only remains.

Jevan Blayne, who appears among the witnesses, was probably of Llangonydd, son of Howell, whose father David was a cadet of the family of Prees of Glyn Nedd. Jevan married Wenllian, daughter of Jenkin ap Rhys of Glyn Nedd. He left several children, of whom Llewelyn, the eldest, left three daughters, coheirs.

MCLXXX.

APPROVAL BY THE CHAPTER OF LLANDAFF OF THE PRECEDING LEASE OF NASH.

[Carne MS.]

12 July. 26 Hen. VI. 1448.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes litere pervenerint archidiaconus et capitulum ecclesie cathedralis Landavensis salutem in eo qui est omnium vera salus.

Noveritis nos inspexisse scriptum reverendi in Christo patris et domini domini Nicholai permissione divina Landavensis episcopi in hec verba.

Nicholaus permissione divina . . . . anno septimo. [mclxxix.]

Quas quidem concessionem tradicionem et dimissionem modo quo prefertur factas utiles fore reputantes pariter et honestas ac in nullo nobis aut successoribus nostris prejudiciales tractatu inter nos in domo nostro capitulari Landavensi

qui in hujusmodi concessionem tradicionem et dimissionem requiritur sepius prehabito ipsas concessionem tradicionem et dimissionem sub forma in dicto scripto contenta approbamus ratificamus [et] in quantum in nobis est tenore presencium confirmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus duximus apponendum.

Datum in domo nostra capitulari LANDAVENSI duodecimo die mensis Julii anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

The seal, red wax, has been a pointed oval, about three inches in length. The lower and remaining fragment represents the west front of a Cathedral, with a door; above it, three windows; and in the gable, two windows and a large quatrefoil above. The cross on the apex of the gable is projected upon what seems to have represented a central tower. All the openings shown are round-headed.

MCLXXXI.

CONFIRMATION OF SEVERAL IMPORTANT POWERS AND PRIVILEGES BY HENRY VI., DUKE OF LANCASTER, AS LORD OF OGMORE, TO MARGAM ABBEY.

[HARLEY CHARTER, 75 A. 12.]

13 JULY. 26 HENRY VI. 1448.

HENRICUS Dei gratia Rex ANGLIE et FRANCIE et dominus HIBERNIE justiciariis vicecomitibus senescallis receptoribus auditoribus ballivis constabulariis prepositis et omnibus aliis ministris nostris dominii nostri de OGGEMORE in SUTHWALLIA et eorum cuilibet salutem.

Cum nos per literas nostras patentes datas sub sigillo nostro ducatus nostri LANCASTRIE apud castrum nostrum de WYNDESORE terciodecimo die Julii anno regni nostri vicesimo sexto ob internam affeccionem quam ad beatam virginem MARIAM matrem domini nostri JESU CHRISTI gerimus et habemus ac pro salute

et succursu anime nostre et progenitorum nostrorum quos sancta intercessione sua pre aliis mediis cum opus habuerit certissime ab omnipotente Domino credimus impetrari volentes abbathiam de MORGAN in SUTHWALLIA in honorem ipsius beate MARIE a diu fundatam et omnes possessiones ejusdem diversis libertatibus quietanciis immunitatibus et privilegiis ab incursu et gravamine aliorum dominorum magnatum et eorum ac nostrorum ministrorum quorumcunque protegi et defendi de gratia nostra speciali et ex mero motu et certa sciencia nostris concesserimus ratificaverimus approbaverimus et confirmaverimus abbati abbatie predicte et ejusdem loci conventui et monachis in eadem degentibus et Deo servientibus et successoribus suis imperpetuum quod ipsi dominium et terras suas inter aquas de OGGEMORE et GARREWE ab eo loco ubi GARREWE cadit in OGGEMORE usque ROTHENEY quantum terra sua durat in SUTHWALLIA habeant et teneant de nobis et heredibus nostris in perpetuam elemosinam imperpetuum. Salvis inde nobis et heredibus nostris antiqua annua feodi firma quadraginta solidorum prout antea reddere consueverunt scilicet viginti solidos ad festum Sancti MICHAELIS et viginti solidos ad PASCHA pro omni servicio consuetudine et exaccione et quod iidem abbas et successores sui inter aquas predictas habeant curiam suam coram senescallis et ballivis suis apud EGLISKEYNWYRE de tribus septimanis in tres septimanas tenendam et potestatem tenendi et cognoscendi quolibet anno in eadem omnia placita tam personalia quam realia et mixta et assisas tam nove disseisine quam mortis antecessoris de quibuscumque terris et tenementis inter aquas predictas et de quibuscumque contractibus transgressionibus convencionibus titulis clameis rebus casibus et demandis inter aquas predictas contingentibus factis seu qualitercumque emergentibus et ea per querelas in eadem curia levandas et alia debita media prosequendi per summoniciones attachiamenta districtiones ac capciones personarum pro earum insufficientia et alios processus legitimos terminandi ac justiciam et judicia de eisdem ultimate faciendi reddendi et plenarie exequendi necnon potestatem et auctoritatem audiendi et terminandi in eadem curia coram eisdem senescallis et ballivis omnia et omnimoda

felonias transgressiones et alia malefacta inter easdem aquas qualitercumque facta seu perpetrata ac omnes illos quos rebelles inter aquas predictas invenerint justificandi imprisonandi et castigandi quousque recto stare voluerint et justiciari se permiserint de delictis transgressionibus criminibus et offensis que perpetraverint in hac parte et si per eosdem senescallos et ballivos se justiciari reliquerint tunc per abbatem abbatie predicte vel senescallos et ballivos predictos pro tempore existentes prisone castri nostri de Oggemore committantur ubi eos per janitorem ejusdem absque contradiccione sua recipi voluerimus quandocumque evenerint ibidem tenendi quousque justicientur de transgressione et iniquitate et rebellione per eosdem perpetratis et plenam satisfactionem inde fecerint et quod per preceptum dicti abbatis pro tempore existentis seu ejus senescallorum vel ballivorum suorum ibidem et non aliter post hujusmodi satisfactionem factam a castro et prisona predictis deliberentur quieti de aliqua prestacione solucione seu feodo preterquam de quinque denariis pro feodo janitoris castri predicti sibi pro quolibet ibidem imprisonato solvendis.

Et ulterius ut iidem nunc abbas et conventus et successores sui Deo in ecclesia abbatie predicte poterint inantea quiecius deservire concesserimus eisdem quod ipsi et successores sui ac omnes tenentes eorum et residentes in feodo dominico et dominio eorundem inter aquas predictas decetero sint quieti de omnibus donis theoloniis auxiliis talliagiis nobis aut heredibus nostris solvendis sectis et adventibus ad comitatum hundreda turna commota commortha sessiones justiciariorium itinerantium et aliorum commissionariorum nostrorum et alias curias nostras heredum et successorum nostrorum quorumcunque in perpetuam elemosinam imperpetuum salvis nobis et heredibus nostris quadraginta solidis annuis supradictis . Set super eosdem homines et residentes in curia abbatis predicti et non aliter nec alibi de omnibus rebus et casibus emergentibus fiat justicia exhibenda.

Et insuper de uberiori gratia nostra dederimus concesserimus ratificaverimus et confirmaverimus predictis nunc abbati et conventui et eorum successoribus in perpetuam elemosinam imperpetuum omnimoda fines amerciamenta exitus

forisfactos forisfacturas et redempciones de tenentibus et residentibus supradictis vel quovismodo delinquentibus in dicta curia sua qualitercumque facta forisfacta seu emergencia et catalla felonum et fugitivorum necnon omnimodas forisfacturas et escaetas omnium terrarum tenementorum bonorum et catallorum eorundem tenencium dicti abbatis et successorum suorum et aliorum residencium infra aquas supradictas felonum fugitivorum seu qualitercumque dampnatorum unacum libera piscaria in dictis aquis quantum terra sua de OGGEMORE se extendit . Et voluerimus quod bene liceat eisdem nunc abbati et conventui et successoribus suis per ministros suos se in seisinam eorundem ponere et ea pacifice habere et possidere absque aliqua prosecucione nobis seu ministris nostris pro eisdem aliqualiter facienda licet eadem terras tenementa possessiones bona seu catalla prius in manus nostras seu heredum nostrorum seisita fuerint . Et insuper volentes eisdem abbati et conventui et successoribus suis de omnibus terris et possessionibus suis securitatem facere tuciorem omnimodo cartas literas patentes scripta munimenta et evidencias de omnibus terris tenementis et possessionibus suis tam per nos et progenitores nostras quam per alios quoscumque ante hec tempora facta innovaverimus ac ea et omnia et singula in eis contenta eisdem nunc abbati et conventui et successoribus suis pro nobis et heredibus nostris approbaverimus ratificaverimus et confirmaverimus licet de hiis in presentibus expressa mencio facta non fuerit . Volentes quod si quod hiis dono et concessione nostris in aliquo prevaleat abbas ibidem pro tempore existens effectum eorum et cujuslibet eorum habeat et eo gaudeat et utatur hiis dono confirmacione et concessione nostris in aliquo non obstante . Et ulterius concesserimus pro nobis et heredibus nostris predictis abbati et conventui et successoribus suis predictis quod nec ipse abbas nec successores sui de aliquibus libertatibus franchesiis quietanciis terris tenementis possessionibus sectis et privilegiis eisdem abbati et conventui perantea datis collatis seu per eos habitis et usitatis ratione accepcionis presentis carte nostre aliqualiter excludantur vel quovismodo prejudicentur molestentur inquietentur seu graventur.

Has autem donaciones concessiones innovaciones confirmaciones et ratificaciones prefatis nunc abbati et conventui et successoribus suis fecimus in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum ad omnipotentis Dei laudem et in honorem beate Marie virginis supradicte et pro bono statu nostro dum vixerimus et salute anime nostre cum ab hac luce migraverimus et animarum omnium progenitorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum. Eo quod expressa mencio de vero valore annuo seu aliquo valore premissorum seu alicujus eorundem aut de aliis donis confirmacionibus ratificacionibus restitucionibus et concessionibus per nos seu progenitores nostros eisdem nunc abbati et conventui seu predecessoribus suis ante hec tempora factis in presenti facta non existit aut aliquo statuto actu ordinatione seu restriccione incontrarium factis in aliquo non obstante prout in literis nostris patentibus supradictis prefatis abbati et conventui et eorum successoribus superinde confectis plenius poterit apparere. Volumus ac vobis et vestrum cuilibet precipimus et mandamus quod prefatos abbatem et conventum et successores suos omnes donaciones concessiones innovaciones confirmaciones et ratificaciones predictas literis patentibus specifice contentas habere gaudere uti et tenere pacifice quiete et in pace permittatis et quilibet vestrum permittat juxta tenorem et effectum literarum nostrarum patencium supradictarum. Ac eciam tam vobis et cuilibet vestrum quam deputatis vestris et cujuslibet vestrum prohibemus ne vos aut aliquis vestrum dictos abbatem et conventum aut successores suos contra tenorem et effectum earundem literarum nostrarum patencium molestetis inquietetis in aliquo seu gravetis molestet inquietet in aliquo sive gravet.

Datum sub sigillo nostro dicti ducatus nostri terciodecimo die Julii anno regni nostri vicesimo sexto.

Per billam signo manuali ipsius Regis signatam signeto aquile sigillatam et de data predicta auctoritate parliamenti.

Seal, a fragment only, red wax.

These are letters of Henry VI., under seal of the Duchy of Lancaster, addressed to the officers of his Lordship of Ogmore, enjoining their observance of a Charter of the same date, in which he attests his

affection for the Virgin Mary by granting to St. Mary of Margam the land between the rivers Ogmore and Garw, from their meeting to Rotheney, at a fee rent of 40s., to the abbot; a court to be held at Egliskeynwyre (Llangeinor) with certain very ample powers here set forth, including the use of the Duchy prison in Ogmore Castle, certain liberties to the tenants, and certain fines to the abbot; free fishing in the waters, etc.

The Lordship of Ogmore, originally won by the family of de Londres, founders of Ewenny Priory, descended through the family of Chaworth or de Cadurcis to the Earls of Lancaster, and was afterwards merged in that Duchy. Of Ogmore Castle, on the left bank of the Ogwr, part of the rectangular Norman keep remains. That and Penllyne are the only examples of such a keep in the Lordship of Glamorgan.

'Commortha' is a tax levied on a marriage, but connected with the duties of a certain set of people, possibly derived from 'Commota.' It was abolished by a late Act of Henry VIII.

MCLXXXII.

POWER OF ATTORNEY BY JOHN MOWBRAY, 3rd DUKE OF NORFOLK, LORD OF GOWER, TO WM. MATHEW AND OTHERS, TO GIVE SEISIN OF THE LANDS OF GOWER, ETC., TO HUMPHREY STAFFORD, 1st DUKE OF BUCKINGHAM.

[Brit. Mus., Add. Ch., 17,740.]

20 July. 26 Hen. VI. 1448.

Noverint universi nos Johannem ducem Norff' . comitem Marescallum et Notinghamie Marescallum Anglie dominum de Moubray de Segrave et de Gower attornasse posuisse et loco nostro constituisse dilectos nobis in Christo Willelmum Mathew armigerum Willelmum Gourley Thomam Morys et Johannem Wylne priorem de Rependon' conjunctim et divisim nostros veros et legitimos attornatos ad deliberandum pro nobis vice et nomine nostro plenam et pacificam seisinam Humfrido duci Buckinghamie Thomæ domino de Roos Johanni domino de Lisle Radulpho domino de Sudeley Henrico Inglose militi et Ricardo Wallere armigero de et in dominiis nostris de Gower et Kylvey cum omnibus pertinenciis suis in Southwallia, de et in manerio nostro de Bretby cum membris et suis pertinenciis in comitatu Derb', ac de et in manerio nostro de Northpydill' in comitatu Wigorn' cum suis pertinenciis juxta vim formam et effectum certarum cartarum indentatarum prefatis Humfrido

Thome Johanni domino de Lisle Radulpho Henrico et Ricardo inde confectarum . Ratum et gratum habituros quicquid prefati nostri attornati nomine nostro fecerint seu aliquis eorum fecerit in premissis. In cujus rei testimonium presentibus sigillum nostrum fecimus apposui.

Datum vicesimo die mensis Julii anno regni Regis Henrici sexti post conquestum vicesimo sexto.

Signed by the Duke of Norfolk. I M'y Norff', *i.e.*, J[ohannes] M[owbra]y Norff[olk].

MCLXXXIII.

FINAL CONCORD WHEREBY HOWEL CARNE RECOVERS AGAINST RICHARD AP HOEL VAUGHAN AND ALICE HIS WIFE, LAND IN BRITTESLEY.

[Carne MS.]

10 Dec. 27 Hen. VI. 1448.

Hec est finalis concordia facta in curia de Llanblethian tenta ibidem x$^{mo.}$ die Decembris anno regni Regis Henrici sexti xxvij$^{mo.}$ coram Thoma Butteler et Thoma ap Jevan ap David ap Thomas locumtenentibus Walteri Skull militis tunc vicecomitis Glamorgancie et Morgancie Willelmo Stradlyng Roberto Nerber Johanne Flemyng et aliis dominis sectatoribus et fidelibus tunc ibidem presentibus inter Hoellum Carne querentem et Ricardum ap Hoel Vaughan et Aliciam uxorem eius deforcientes de tribus acris et dimidia terre libere in Brittesley prout jacent per antiquas metas et bundas. Unde placitum convencionis summonitum fuit inter eos in eadem curia. Scilicet quod predicti Ricardus et Alicia recognoverunt predictas tres acras terre et dimidiam esse jus ipsius Hoelli ut illas quas habent ex dono et feoffamento predictorum Ricardi et Alicie tenendum de capitalibus dominis feodi illius per servicia que ad illas pertinent imperpetuum . et illas remiserunt

et quietum clamaverunt de ipsis Ricardo et Alicia et heredibus ipsius Alicie predicto Hoello heredibus et assignatis suis imperpetuum. Et predicti Ricardus et Alicia et heredes ipsius Alicie predictas tres acras et dimidiam prefato Hoello et heredibus suis modo et forma supradictis contra omnes gentes warantizabunt et defendebunt imperpetuum. Et pro hac recognicione donacione warantia fine et concordia idem Hoellus dedit prefatis Ricardo et Alicie quinque marcas sterlingorum et domino de fine loco unius esparuerii sori ijs.

Deed indented.

Glamorgan fines were very rare, and the few that remained were passed in the lord's court at Cardiff. In England, fines were passed in the King's courts, before the justices of the Common Pleas; but, as the late Mr. Burtt observed, Llanblethian being a Welsh manor, and belonging to the lord of Glamorgan (a lord Marcher), the fine is passed in the lord's local court, and before his representative, the sheriff. Sir Walter Skull, who held that office, belonged to a Breconshire family, and his connexion with Glamorgan is unknown. Thomas Butler was, no doubt, of Dunraven. The fine of two shillings in lieu of a "sore" sparrow-hawk is in recognition of the right of the lord. Howell and Alicia or Aliva Vaughan occur also in a following Charter of 1463. John Bassett, also there named, was of Beaupré.

MCLXXXIV.

ACQUITTANCE BY JOHN, ABBOT OF TEWKESBURY, TO MARGAM ABBEY, FOR TWENTY-THREE POUNDS, FARM RENT FOR THE CHURCHES OF KENEFEK AND NEWCASTLE.

[Margam Charter.]

31 March. 27 Hen. VI. 1449.

Noverint universi per presentes nos Johannem, etc., etc., ut supra . . . . de Margan viginti et tres libras sterlingorum nobis ab e. et eodem m. debito de p. f. ec. n. de K. et Novo Castro . de terminis videlicet Sancti M. a. anno r. R. Henrici sexti post conquestum xxvi^o. et annunciationis B. M. virginis extunc proximo sequentis anno ejusdem Regis vicesimo septimo . videlicet pro uno integro anno ultimo preterito ante datum presencium . de quibus quidem viginti et tribus libris sterlingorum de firma predicta . de terminis predictis

fatemur nos fore solutos dictumque abbatem de Margan' inde esse quietum per presentes sigillo nostro signatas.

Datum apud Teukesbury ultimo die mensis Marcii anno regni Regis Henrici sexti post conquestum vicesimo septimo.

Fragments, in green wax, of the secretum of Abbot John (mclxv.)

MCLXXXV.

PRECIPE BY RICHARD NEVILLE, EARL OF WARWICK, LORD DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, MORGAN, AND ABERGAVENNY, TO THE SHERIFFS, ETC., DECREEING PROTECTION OF MARGAM.

[Margam Charter.]

24 March. 28 Hen. VI. 1450.

Ricardus Nevill' comes Warrewick dominus le Despencer dominus Glamorgancie et Morgancie et de Bergevenny omnibus vicecomitibus seneschallis constabulariis ac omnibus aliis ballivis ministris et fidelibus dominiorum nostrorum Glamorgancie et Morgancie salutem.

Ex gravi querela religiosorum virorum ac oratorum nostrorum Thome Ffrankelen abbatis et conventus monasterii beate Marie de Morgan' accepimus quod quidam ballivi ac ministri nostri circa ffestum circumcisionis Domini ac aliis diversis vicibus cum magna multitudine virorum ac equorum veniunt ad dictum monasterium in magnam oppressionem dictorum abbatis et conventus et ab ipsis petunt et recipiunt diversas pecuniarum summas nomine feodi eis debiti ac eciam colligunt super tenentes [et molendinarios] suos colore officiorum suorum pecuniam bidentes et alia diversa averia et similiter vendunt servisiam et tabernas in oppressionem dictorum abbatis et conventus et tenencium [et molendinariorum] suorum predictorum. Et ideo vobis et cuilibet vestrum precipimus et prohibemus quod nullum tale feodum decetero petatis nec aliquis vestrum

petat recipiat seu colligat [seu aliquis vel aliqui alii aliquo colore quesito petat vel petunt colligat aut colligant aliquo tempore in futuro aliqua bona vocata comortha] pecuniam bidentes bestias seu aliqua alia averia bona seu catalla nec vendant cervisiam vinum medonem nec aliquam tabernam in oppressione dictorum abbatis conventus et tenencium [et molendariorum] suorum predictorum sub pena gravis finis et indignationis nostre. Et eciam sciatis quod suscepimus in protectionem et defencionem nostras speciales dilectos oratores nostros dictum abbatem et conventum commonachos et confratres suos servientes homines tenentes molendinarios terras res redditus decimas [piscarias] necnon omnes possessiones. Et ideo vobis et cuilibet vostrum committimus et mandamus firmiter injungentes quod ipsum abbatem commonachos confratres servientes homines tenentes molendinarios res redditus decimas [piscarias] et omnes possessiones suas supradictas manuteneatis protegatis et defendatis non inferentes vel inferri permittentes eis nec eorum alicui injuriam molestiam dampnum aliquod seu gravamen. Et si quid eis injuriatum fuerit id eis sine dilacione debite corrigi et emendari faciatis. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri facimus patentes.

Datum in cancellaria nostra de KAERDYFF' sub sigillo cancellarie nostre ibidem vicesimo quarto die Marcii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum vicesimo octavo.

A fragment of the Earl's 1st Chancery seal, about 3in. diam., creamy white wax.

Obverse. A knight in armour, riding to the right, on a horse with caparisons of heraldic charges as on the reverse.

Reverse. A shield of arms; quarterly, 1, 4, CLARE, 2, 3, DESPENSER.

Legends wanting.

There are two forms of the above deed, one of which contains the additional protection against 'Comortha,' etc. (as between the brackets [ ]), of the same date. Endorsed—'Dominus Glamorgan. A prohybyc'on to Comorth or exacte of the abbot or his tenentes.'

MCLXXXVI.

ACQUITTANCE BY JOHN, ABBOT OF TEWKESBURY, TO MARGAM ABBEY, FOR ELEVEN POUNDS TEN SHILLINGS, FARM RENT FOR THE CHURCHES OF KENEFEK AND NEWCASTLE.

[Margam Charter.]

1 April. 28 Hen. VI. 1450.

Noverint universi per presentes nos Johannem permissione etc., etc., ut supra . . . . de Kenefek et N. C. de termino annunciationis beate Marie ultimo preterito ante datum presencium. De quibus quidem undecim libris et decem solidis sterlingorum de firma predicta de termino predicto fatemur nos fore solutos dictumque abbatem et conventum de Margan inde esse quietos per presentes . sigillo nostro signatas.

Datum apud Teukesbury primo die mensis Aprilis anno r. R. Henrici sexti p. c. vicesimo octavo.

Imperfect seal, green wax. The secretum of the Abbot of Tewkesbury, as described.

MCLXXXVII.

INSPEXIMUS BY RICHARD NEVILLE, EARL OF WARWICK, AND ANNE HIS WIFE, OF (1) THE CHARTER OF ISABELLA, COUNTESS OF WORCESTER, LADY LA DESPENSER OF GLAMORGAN, 13 JUNE, 1423, WHEREIN IS INSPECTED (2) THE CHARTER OF THOMAS LE DESPENSER, LORD OF GLAMORGAN, GRANTING PRIVILEGES TO THE BURGESSES OF CARDIFF, 1397, WITH CONFIRMATION AND GRANT OF FURTHER PRIVILEGES.

[Uncertain Authority.]

12 March. 29 Hen. VI. 1451.

Ricardus Nevill comes Warrewici dominus le Despenser Glamorgan et Morgan et Anna uxor ejus omnibus presentes literas nostras inspecturis salutem. Inspeximus literas patentes carissime matris nostre Isabelle nuper comitissa Warrewici domine la Despenser Glamorgan et Morgan factis in hec verba.

(1) Isabella comitissa Wigornie domina la Despenser Glamorgancie et Morgancie omnibus fidelibus ad quos presentes littere pervenerint salutem.

Inspeximus confirmacionem Thome le Despenser domini Glamorgancie et Morgancie patris nosti quam fecit burgensibus nostris de Kardif in hec verba. [(2) Vide No. mlxxiii. a.d. 1397.]

(1) Et nos igitur prefata Isabella comitissa Wigornie de liberiori gracia nostra concessimus prefatis burgensibus nostris heredibus et successoribus suis infra burgum nostrum predictum residentes quod si ipsi aut eorum aliquis accusatus vel attachiatus fuerit in posterum in comitatum nostrum Glamorgancie pro aliqua felonia infra libertatem ville nostre predicte [contin]genti quæ in eodem comitatu nostro debet triari et [justici]ari quod iidem burgenses eorum heredes et successores et eorum quilibet inde per burgenses

burgi nostri predicti et non per forinsecos com[itatus predicti] triari et [justici]ari possint vel possit ad primum vel secundum comitatum GLAMORGANCIE postquam ipsos vel eorum aliquem sic accusari vel attachiari contigerit. Concessimus etiam prefatis burgensibus nostris eorum heredibus et successoribus infra burgum nostrum predictum residentes quod [nec] ipsi aut eorum aliquis ponantur vel ponatur in processu prout felones in aliqua curia curiarum nostrarum membrorum dominii nostri GLAMORGANCIE et MORGANCIE [sed] quod ipsi burgenses eorum heredes et successores et eorum quilibet in comitatum nostrum GLAMORGANCIE placitari et ibidem per sex burgenses burgi nostri predicti et per sex de visineto [burgi] predicti triari et [justici]ari possint vel possit futuris temporibus duraturis ita quod ipsi aut eorum aliquis in aliqua curia curiarum nostrarum predictorum cum manuopere non capiantur nec capiatur.

(1) Concessimus insuper et per presentes ordinamus quod constabularius noster de KARDIF qui pro tempore fuerit vel Major burgi nostri predicti prout antiquitus fieri consueverint de burgensibus nostris predictis eligant duodecim burgenses de magis sufficientibus et discretioribus ejusdem burgi qui coram nobis presentent sacramentum ad burgum nostrum predictum bene et fideliter gubernandum. Et quod iidem duodecim burgenses imposterum nominentur aldermanni burgi nostri predicti. Et quod ad festum Sancti MICHAELIS archangeli proxime futurum et quolibet anno imposterum iidem predicti aldermanni et burgenses nostri predicti eligant de dictis burgensibus nostris quatuor homines de sufficientibus qui vocabuntur portreeves de quibus constabularius noster de KARDIF eligat duos nomine nostro qui imposterum nominati erunt ballivi burgi nostri predicti. Et quod eligant eciam duos servientes cum baculis vocatis mases de armis nostris portantes qui imposterum nominati erunt sergeaunts. Et quod dicti ballivi et servientes ad dictum burgum nostrum cum dictis aldermannis bene et fideliter gubernandum ac donaria et costumos inde nobis debitos

colligendum et levandum coram constabulario nostro in scaccario nostro de Kardif [juramentum presta]bunt prout de antiquis fieri consueverunt. Et quod decedente aliquo aldermanno infra burgum predictum residui aldermanni superstites duos vel alium de magis sufficientibus et discretioribus burgensibus burgi nostri predicti loco suo eligant et eos vel eum constabulario nostro de Kardif pro tempore existente presentent qui coram ipso tanquam Majore duo pr[est]abunt vel [prest]abit modo supradicto. In cujus rei testimonium huic presenti carte donationis et confirmationis nostre sigillum cancellarie nostre de Kerdif apposuimus. Hiis testibus . venerabilibus viris Leisano abbate de Neeth . Willelmo abbate de Margam . Johanne Stradlinge . tunc vicecomiti nostre Glamorgancie et Morgancie . et Olivero de Sancto Johanne militibus . Johanne Merbury . Johanne Russell . Roberto Andrew . Johanne Laurence . et Roberto Walshe armigeris.

Datum tercio decimo die Junii anno regni Regis Henrici sexti post conquestum primo. [1423.]

Nos autem donationes concessiones ratificationes et confirmationes predictas ac omnia alia et singula in cartis et literis predictis contentas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus et successoribus nostris quantum in nobis est acceptamus approbamus ratificamus et confirmamus prout carte nostre predicte rationabiliter testantur. Et preterea nos siquidem considerantes fidelitatem magnam integrumque amorem quem prefati burgenses erga nos et antecessores nostros continue habuerunt et qualiter ipsi in manifestationem fidelitatis et amoris hujusmodi profectionem et sustentationem villam nostram predictam tam in muris turribus portis et fossatis quam aliter non absque eorum maximis laboribus custibus et expensis jam tarde multum laudabiliter fortificaverunt munierunt et pararunt unde gravem indignationem odiumque ab externis commorantibus diversis modis habuerunt et incurrerunt et sic habent et incurrunt de presenti volentesque perinde ipsos pro meritis suis in hac parte condigne

premiare de gratia nostra speciali concessimus pro nobis heredibus et successoribus nostris prefatis burgensibus et residentibus ville nostre predicte et libertatis ejusdem ac heredibus et successoribus suis quod eorum nullus pro aliquibus ffeloniis transgressionibus convencionibus seu contractibus extra villam nostram predictam et libertates ejusdem factis alibi quam coram constabulario ville predicte et ballivis ejusdem ville pro tempore existentibus seu in absencia prefati constabularii coram dictis ballivis implacitetur inquietetur aut molestetur in aliquo seu gravetur nisi fuerit ita quod talis burgensis sive residens extra villam et libertatem predictam cum manuopere de ffelonia captus fuerit. Et quod prefatus constabularius et ballivi sui in absencia constabularii predicti et ballivi pro tempore existentes habeant plenam cognitionem omnimodorum placitorum tam de ffeloniis transgressionibus debitis convencionibus et contractibus quam de libero tenemento et aliis accionibus querelis et denariis quibuscunque infra villam et libertates predictas factis et emergentibus. Et quod omnia hujusmodi placita acciones querele et demanda per prefatum constabularium et ballivos in absencia ejusdem constabularii per dictos ballivos [et] non alibi triari sint judicari discurri et remediari [possunt]. Et insuper de ampliori gratia nostra et pro melioratione ville nostre predicte volumus et concedimus pro nobis heredibus et successoribus nostris prefatis burgensibus et residentibus et successoribus suis quod si quis ad villam et libertatem predictam venire et ibidem stare et morari voluerit ipse abinde pro aliquo transgressione debito confecto convencione seu aliquo alio contractu quocunque nullo modo trahi debet nec amoveri sed si aliquis burgensis eum in premissis vel in aliquo premissorum conqueri voluerit sive prosequi coram constabulario et ballivis ville predicte pro tempore existentibus seu in absentia ejusdem constabularii coram ballivis ejusdem ville pro tempore existentibus prosequatur justicia coram eisdem constabulario et ballivis seu in absentia dicti constabularii coram ballivis dicte ville pro tempore existentibus et non alibi super querelam suam celeriter habebitur. Hiis testibus . venerabili patre Nicholao episcopo Landavensi . Johanne abbate de Neath . et Thoma abbate de

MORGAN . carissimo fratre nostro THOMA NEVILL vicecomite GLAMORGAN et MORGAN milite . ac dilectis nobis EDWARDO STRADLINGE milite . JOHANNE NANFAN . DAVID MATTHEW . THOMA COLT . THOMA PORTHALLYN . JOHANNE EYRE . et aliis.

Datum in castro nostro de CARDIFF duodecimo die Martii anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum vicesimo nono.

The text of this Charter has been corruptly copied in the first instance; it has been conjecturally restored here in a few places.

MCLXXXVIII.

GRANT IN REMAINDER BY JOHN DALDEYN TO DAVID DALDEYN OF HIS LANDS, ETC., IN GLAMORGANSHIRE, WITH SPECIFIED REMAINDERS.

[CARNE MS.]

8 MARCH. 29 HEN. VI. 1451.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES DALDEYN de LONDON' filius et heres EDWARDI DALDEYN de GLAMORGANCIA gentylman ex mera voluntate mea concessi statui et firmiter stabilivi quod omnia terre et tenementa mea prata pascua pasture vasta redditus et servicia cum eorum pertinentiis que habeo in dominiis et comitatibus GLAMORGANCIE et MORGANCIE ac infra libertatem ville de CARDY[F] et infra dominium de LANDA[F] in provincia WALLIE post decessum mei prefati JOHANNIS et heredum de corpore meo exeuntium integre remaneant DAVID DALDEYN fratri meo et heredibus de suo corpore exeuntibus. Et si idem DAVID sine hujusmodi herede moriatur extunc omnia predicta terre tenementa redditus et servicia cum pertinenciis integre remaneant KATERINE sorori mee et heredibus de corpore suo legitime procreatis. Et pro defectu hujusmodi heredum ejusdem KATERINE remanere inde WILLELMO fratri meo et heredibus de suo corpore exeuntibus. Et pro defectu hujusmodi heredum de corpore ejusdem WILLELMI exeuntibus remanere inde JOHANNI fratri meo et heredibus de suo corpore legitime procreatis. Et pro defectu hujusmodi heredum de corpore

eiusdem Johannis remanere inde Isabelle sorori mee et heredibus de corpore suo exeuntibus. Et pro defectu hujusmodi heredum ejusdem Isabelle remanere inde Willelmo Matheu et heredibus de corpore suo exeuntibus. Et pro defectu hujusmodi heredum de corpore ejusdem Willelmi Matheu remanere inde Reymbrando fratri meo et heredibus de corpore suo exeuntibus. Et pro defectu hujusmodi heredum dicti Reymbrandi omnia predicta terre tenementa redditus et servicia cum eorum pertinentiis integre remaneant rectis heredibus mei prefati Johannis Daldeyn imperpetuum. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui.

Datum octavo die Marcii anno regni Regis Henrici sexti post conquestum Anglie vicesimo nono.

The seal is wanting.

The Daldens, of whom nothing but a few imperfect descents are on record, were of West Place in Penarth [or Penmark]. John, the granter, here mentions his father Edward and his brother David, his sister Katherine, his brothers William and another John, his sister Isabel, another brother Reymbrand, and William Mathew, perhaps a brother-in-law. The Welsh Pedigrees state that Joan, daughter and heiress of Lewis Dalden, married Thomas ap Richard ap Howel Carne, of Nash. and that a Dalden heiress married into the Carne family there is no doubt.

MCLXXXIX.

INDENTURE WHEREBY RICHARD NEVILLE, EARL OF WARWICK, LORD OF GLAMORGAN AND MORGAN, EXCHANGES HIS PURPARTY OF THE MANORS OF NEWTON AND NOTESHE WITH MARGAM ABBEY FOR THAT OF ROSSOULYN, FOR THREE YEARS.

[Margam Charter.]

4 May. 30 Hen. VI. 1452.

Hec Indentura facta quarto die mensis Maii, anno regni Regis Henrici sexti post conquestum Anglie tricesimo, inter Richardum comitem Warrewick, dominum Glamorgancie et Morgancie ex parte una, et Thomam abbatem

monasterii beate Marie de Margan et ejusdem loci conventum ex parte altera testatur, quod nos predictus Richardus tradidimus concessimus et hac presenti carta nostra indentata confirmavimus predicto abbati et conventui et eorum successoribus purpartem nostram maneriorum de Newton et Notesche cum omnibus suis pertinentiis in excambio pro manerio de Rosoulyn cum omnibus suis pertinenciis. Habendum et tenendum predictam purpartem maneriorum predictorum cum omnibus suis pertinentiis prefato abbati et conventui et successoribus suis ad terminum trium annorum proxime sequentium et plenarie complendorum post datum presencium. In cujus rei testimonium tam sigillum cancellarie nostre quam sigillum commune dicti monasterii presentibus sunt appensa.

Datum in castro nostro de Kerdyff' die et anno supradictis.

Fragment of the 2nd Chancery seal, in white wax, as described in No. mcxciv.

MCXC.

POWER OF ATTORNEY BY EDMUND STRADELYNG TO JOHN DEE AND ANOTHER TO DELIVER TO JOHN HAY SEIZIN OF THE GRET PARK, ETC., IN COYTYF.

[G. G. F.]

29 Sept. 31 Hen. VI. 1452.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit. Ego Edmundus Stradelyng armiger salutem in Domino sempiternam. Noveritis me attornasse et in loco meo posuisse michi in Christo dilectos Johannem Dee de Brugeende juxta Coytyf capellanum et Gryffith ap Morgan de Colyngston juxta Cowbrege veros attornatos meos ad deliberandum nomine meo plenam possessionem de uno clauso integro vocato Gret Parke et in omnibus terris pratis pascuis pasturis boscis subboscis viis semitis aquis stagnis

vivariis aquariis pissibus haiis fossis fossatis warennis vastis comunis et in uno manso vel messuagio cotagio cum omnibus libertatibus dicto parco messuagio vel manso pertinentibus JOHANNI HAY de SUTTON BENGER in comitatu WILTS' yoman secundum vim formam et effectum cujusdam carte mee inde predicto JOHANNI HAYE plenius confecte ratum et gratum habiturum quicquid iidem JOHANNES DEE et GRYFFTH ap MORGAN conjunctim et divisim fecerint in premissis. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui.

Dat' apud COYTYF in festo Sancti MICHAELIS archangeli anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum tricesimo primo.

Seal, red wax, broken. Shield of arms, quarterly. 1 and 4 defaced; 2 and 3. Three bars wavy.

Endorsed—'A letter of attourney to delyuer seizin of the Grete park in Coitiff.'

Deed poll.

MCXCI.

GRANT BY ROBERT NERBER TO THOMAS LYDDYN AND WILLIAM AP LLEWELLYN, OF THE MANOR OF LANCOVIAN.

[FONMON MS.]

TUESDAY AFTER ST. DENIS' DAY. 3 OCT. 31 HEN. VI. 1452.

Sciant presentes et futuri quod ego ROBERTUS NERBER armiger dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi THOME LYDDYN et WILLELMO ap LLEWELLYN manerium meum de LANCOVIAN cum pertinenciis infra feodum de LANBLETHIAN necnon omnia terras et tenementa prata pascua pasturas boscos redditus pensiones et servicia, cum pertinenciis que habui in LANCOVIAN predicto etc. Habendum et tenendum manerium predictum necnon omnia terras et tenementa prata pascua pasturas boscos redditus pensiones et servicia predicta cum pertinenciis prefatis THOME et WILLELMO heredibus et assignatis suis de

capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et ego vero predictus Robertus et heredes mei manerium predictum necnon omnia terras et tenementa etc. prefatis Thome et Willelmo heredibus et assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus et in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . Johanne Bassett . Willelmo Bawdrip . Johanne Fflemynge seniore . Howel Carne . Willelmo Basset . et multis aliis.

Datum apud Lancovian die Martis proximo post festum Sancti Dionisii martiris anno regni Regis Henrici sexti post conquestum tricesimo primo.

The seal, of red wax, and attached by a label, is broken and defaced.

MCXCII.

LEASE FOR LIFE BY THOMAS LYDDYN AND WILLIAM AP LLEWELYN, TO ROBERT NERBER, OF THE LAND, ETC., CONTAINED IN THE PRECEDING DEED, WITH REVERSION TO LEWIS MATHEWE AND ELIZABETH HIS WIFE.

[Fonmon MS.]

Thursday after St. Denis' Day. 3 Oct. 31 Hen. VI. 1452.

Sciant presentes et futuri quod nos Thomas Lyddyn et Willelmus ap Llewelyn tradidimus dimisimus et hac presenti carta nostra indentata confirmavimus Roberto Nerber armigero manerium de Lancovian cum pertinentiis infra feodum de Lanblethian necnon omnia terras et tenementa prata pascua pasturas boscos redditus reversiones et servicia cum pertinentiis in Lancovian predicta que nuper habuimus ex dono et feoffamento predicti Roberti. Habendum et tenendum manerium predictum necnon omnia terras et tenementa prata pascua pasturas boscos redditus reversiones et servicia predicta cum pertinentiis prefato Roberto ad terminum vite sue absque aliqua impeticione vasti de capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. Et

post decessum predicti Roberti volumus et per presentes concedimus quod predictum manerium cum pertinentiis necnon omnia terre tenementa prata pascua pasture bosci redditus reversiones et servicia predicta cum pertinentiis integre remaneant Ludowico Mathewe armigero et Elizabethe uxori ejus. Habendum et tenendum eisdem Ludowico et Elizabethe ac heredibus et assignatis suis in perpetuum de capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita et de jure consueta. In cujus rei testimonium huic presenti carte nostre sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Johanne Basset . Willelmo Bawdrip . Johanne Flemyng seniore . Howell Carne . Willelmo Basset . et multis aliis.

Datum apud Lancovian die Jovis proximo post festum Sancti Dionisii martyris anno regni Regis Henrici sexti post conquestum Anglie tricesimo primo.

There are two labels, from which the seals have been broken off.

Endorsement, in a somewhat later hand, 'Manerium de Lancovian, alias Llanquian, infra dominium de Llanblethian.'

MCXCIII.

LEASE FOR LIFE BY EDMUND STRADELING TO JOHN HAY OF THE GRET PARK, IN COYTY, Etc.

[G. G. F.]

23 Oct. 31 Hen. VI. 1452.

Sciant presentes et futuri quod ego Edmundus Stradeling armiger tradedi (*sic*) concessi et hac presenti carta mea confirmavi Johanni Hay unum clausum integrum vocatum le Gret Park cum tribus toftis eidem clauso adjacentibus vocatis Lleteres Lydeard et Spencer cum omnibus suis pertinenciis infra dominium de Koytiff in Wallia ut in terris pratis pascuis pasturis boscis subboscis viis semitis aquis stagnis aquariis vivariis pissibus (*sic*) haiis

fossis fossatis warennis vastis communiis cotagiis cum liberis consuetudinibus et omnibus aliis predicto clauso vocato le GRET PARK et toftis pertinentibus. Reddendo inde annuatim michi heredibus et assignatis meis durante vita ipsius JOHANNIS unam rosam rubeam ad festum Sancti JOHANNIS BAPTISTE si petatur. Habendum et tenendum omnia supradicta terras et tenementa cum omnibus suis pertinenciis ut supradictum est prefato JOHANNI et assignatis suis ad terminum vite ipsius JOHANNIS de me et heredibus meis. Et ego vero predictus EDMUNDUS et heredes mei omnia supradicta terras et earum redditus et servicia et reverciones cum omnibus suis pertinentibus ad terminum vite ipsius JOHANNIS contra omnes gentes warantizabimus acquietabimus et defendemus. In cujus rei testimonium huic presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus . JOHANNE VEGHAN . WILLELMO SMYTH . JOHANNE GARDENER et multis aliis.

Dat' apud MALMESBURY XXIII. die Octobris anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum tricesimo primo.

Seal red wax, circular, with a shield bearing quarterly, 1 and 4. Paly. of six, a chevron. STRADLING. 2 and 3, three bars undy. DAUNTESEY.

Endorsed—' Johannes Hay, a lease of land of Lideard and Spencer.'

Edmund Stradling is Sir Edmund of Winterbourne, son of Sir John S. and Joan Dauntesey.

MCXCIV.

PRECIPE OF RICHARD NEVILLE, EARL OF WARWICK, LORD OF GLAMORGAN AND MORGAN, FOR THE ARREST OF GRONO AND HOPKYN AP LLEWELYN VOIA, DEBTORS.

[MARGAM CHARTER.]

ALL SAINTS' EVE. 31 OCT. 31 HEN. VI. 1452.

RICARDUS comes WARREWICK dominus GLAMORGANCIE et MORGANCIE coronatoribus et omnibus et singulis ballivis comitatus GLAMORGANCIE et MORGANCIE ac omnibus et singulis ballivis omnium et singulorum membrorum predictorum tam infra franchesias et libertates villarum nostrarum quam extra . salutem.

Cum nuper habuimus ex concessione et dimissione abbatis et conventus de MORGAN manerium de REISOULOND cum omnibus piscariis et decimis garbarum et aliis suis pertinentiis in excambio pro manerio de NEUTON NOTAYSSHE cum pertinentiis suis quod quidem manerium de RESOULYN cum piscariis et pertinentiis suis GRONO ap LLEWELYN VOIA et HOPKYN' ap LLEWELYN VOIA habuerunt ad firmam . pro qua quidem firma manerii predicti cum suis pertinentiis predicti GRONO et HOPKYN' nobis debent viginti libras sterlingorum. Quare vobis et cuilibet vestrum precipimus firmiter injungentes . quod ubicumque vos inveneritis seu unus vestrum invenerit tam infra ballivias vestras quam extra predictos GRONO et HOPKYN' vel unum eorum . seu eorum bona et catalla arestari faciatis . et eos sic arestatos cum bonis [et] catallis suis ad proximam gaolam seu castrum nostrum ubicumque fuerit duci faciatis ibidem salvo custodiendos quousque nobis satisfactum fuerit de predictis viginti libris sterlingorum. Et hoc nullo modo omittatis . seu unus vestrum omittat . quin executionem istius brevis nostre faciatis seu unus vestrum faciat . sub pena centum librarum nobis incursuri.

Teste meipso apud KAERDYFF' in vigilia omnium sanctorum . anno regni Regis HENRICI sexti post conquestum ANGLIE tricesimo primo.

Seal in white wax, 4in. diam.

Obverse. An armed knight, riding to the proper left, arm extended and sword lifted. The crest gone. On the shield a saltire, and in chief a label of three points. On the horse's caparisons the quarterings described on the reverse. Background replenished with sprigs of foliage.

'. . . . . . . COMITIS . . . . . . OMINI . GLAMO . . . .'

Reverse. A shield of arms, quarterly; 1, 4, quarterly, CLARE and DESPENSER, 2, 3, quarterly, MONTACUTE and MONTHERMER. Two crests each on a helmet (facing), with ornamental mantling. Dexter crest, wanting; sinister, a dragon statant. Supporters, two bears, collared, chained, and ringed. In base two ragged staves.

'S . . . . COMITIS . . . . . . CI . D'NI . GLAM . . . .'



